

Αντ. 14102.

BKL  
C16 A'

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ  
ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟΥ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ



026000338940

Συνέγραψεν εν τῇ αρετῇ βιβλιοθή-  
κῃ καὶ ἀναφέρει 700 συγγραφεῖς καὶ  
2500 συγγραμμάτα ἄνω μαντικῆ-  
ρίοδῃ.



*[Handwritten signature]*



ΑΡΙΘ. 140815

ISAACI CASAUBONI  
ANIMADVERSIONUM  
IN  
ATHENAEI  
DEIPNOSOPHISTAS  
LIBRI QUINDECIM

ACCEDUNT  
VIRORUM DOCTORUM EMENDATIONES  
ADNOTATIONES VEL EDITAE VEL INEDITAE

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ  
ΕΥΛΟΓΙΟΥ ΚΟΥΣΙΑ  
ΛΑΥΡΩΤΟΥ  
ΑΥΕΩΝ ΑΡΙΘ.....

T O M U S I.

ANIMADV. IS. CASAUB. LIBR. I — V CONTINENS.

LIPSIAE  
IN BIBLIOPOLIO SCHÄFERIANO  
M D C C X C V I.

ΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ  
ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

ΕΥΛΟΓΙΟΥ ΚΟΥΡΙΑ

ΑΑΥΡΙΩΤΟΥ

ΑΥΕΩΝ ΑΡΙΘ.....

HENRICO IV.

CHRISTIANISSIMO


CALLIARUM REGI

ET NAVARRAE.

**A**nimadvertiones nostras in Athenaeum, Graecorum fere doctissimum scriptorem, ausus sum, Rex Christianissime, Majestati tuae consecrare. Ut auderem, multa me, praeter eximiam lenitatem tuam omnibus cognitam, impulerunt. Opus est laboriosissimum: Tu non principum modo, sed prope dixerim mortalium, qui sunt, qui unquam fuerunt, laboris patientissimus, amantissimus. Ad lucem et rerum et morum antiquorum scriptum est: Tua Majestas quanti cognitionem antiquitatis penderet, cum aliis claris testimoniis saepe, tum insigni nuper palam fecit, cum me viris amplissimis, qui tuum consilium participant, de hoc studio notum Lutetiam accivit, liberali stipendio donavit, marcentem ad spem meliorum erexit. Emendationem denique opus nostrum profitetur auctoris magni, a vetustate miris modis deformati: Tua Majestas pace domi forisque parta, virtute Dei, tua invicta dextera, in eam nunc curam toto pectore incumbit, ut, quicquid in Regno tuo superiorum temporum licentia depravavit, emendet, reformet, instauret. Hae sunt cogitationes, quae coelestem animum tuum dies noctes-



que exercent. Et merito, Rex maxime. Pater enim patriae et diceris consentientibus omnibus omnium ordinum vocibus, et es revera. Nam quis ille paterfamilias, cui suorum liberorum fortunae majori sint curae, quam tuorum tibi subditorum? Cui vero homini privato ita nota sunt domus suae negotia, ut tibi omnes Regni tui, maximae, minimae partes? Et jam tu quidem, magne Rex, in ordinatione Reipublicae tantum paucis annis promovisti, quantum vix multis fortasse lustris alius: nondum tamen, licet tot fessus praeliis, tot inclytus victoriis, ad otium et quietem, ut natura fert hominum, converteris. Quin difficiliora in dies, majora, et meliora, moliris, aggredieris, exsequeris. Ibit igitur in annales, Rex potentissime, unum te a multis retro seculis exstitisse, cujus mens ignea pari cura ac felicitate belli munia et pacis artes atque ornamenta coleret. O laudem etiam melioribus seculis, nedum isto ferreo et magnarum animarum sterilissimo raram atque inusitatam! Nec mirum: diversissima enim est ad utramque sectam via: dissimilis natura mentium: discrepantes pacis bellique rationes. Non replicabo ambitiose veterum aut recentium temporum monumenta, ut dicto faciam fidem. Sed profecto ita est: cum omnia evolverimus, vix Principum millesimus quisque invenietur, domi militiaeque juxta bonus. Enituit aliquis in bello? at obsolevit idem in pace. Alius in ista excelluit? at bellandi idem imperitus. Tua majestas res olim dissociabiles, prudentiam civilem et militaris rei scientiam, miscuit, ac novo exemplo temperavit. Sed bellicas laudes tuas aeternitate dignissimas tacere malo quam attaminare. Magnitudo quidem rerum a te gestarum ea est, ut celeberrimus quisque ingenio ad prodendam fortitudinis tuae memoriam sine gratia aut ambitione, bonae tantum conscientiae pretio, pelliciatur. Clementiam vero tuam, propriam et peculiarem tibi virtutem, silentio transire nefas ingens ducimus. Nam cujus miraculi est, bellatorem tantum, armis et praeliis innutritum, stillam cruoris humani nullam un-



quam nisi in acie fuisse? ibi quoque vel infensissimis hostium, herbam modo porrigerent, semper libentissime percussisse? vitam cum multis hominum millibus dederis, nemini unquam exprobrasse? ea denique moderatione constanter usum, facile ut omnibus appareat, oblivionem te belli civilis male quam gloriam? Quamobrem, magne heros tantae virtutis, hoc a Deo praemium tulisti, ut nutans et prope jam collapsum tuum et majorum tuorum Regnum in suam sedem restitueres, stabilires, et altioribus in posterum radicibus (quantum quidem humanis consiliis potest provideri) fundares. Quid dicam de fama nominis tui, qua orbem terrarum universum dudum implesti? Narrant rerum Romanarum auctores, Augustum principem divinitus ad maxima electum, post Janum clausum, mira lenitate et aequitate imperantem, moderationis hujus fama Parthos, veteres Romanorum hostes, ita cepisse, ut signa militaria, quae M. Crasso et M. Antonio ademerant, reposcenti redderent. Quid posterius de tua majestate, Rex augustissime, dicturi sunt? cujus fama tantum apud potentissimum Hispaniarum regem, Philippum illum tot regnorum everforem, valuit, ut non signorum inutilium, sed urbium munitissimarum redditione tuam amicitiam sibi suisque judicaverit redimendam. Nam quod pro magno in iisdem legimus historiis, nationes exteras amicitiam Augusti expetentes, legatos undique Romam misisse: quis miretur adeo, qui sciat, qua magnificentia, quo comitatu magnus Allobrogum dynasta, admiratione tuarum virtutum excitus, usque inde e finibus Italiae et Alpium radicibus ad Regiam tuam nuper sit profectus? Dies me deficiat, imo et annus, si decora figillatim tua recensere instituam. Sed enim, Rex maxime, tot palmis, tot lauris, tot coronis unus adhuc ut accedat titulus, **OBSERVATAS, ET PRISTINO SPLENDORI RESTITUTAS MUSAS, omnes, qui literarum puritatem amamus, vota assidue facimus, et ab indulgentia tua petimus, expetimus, ac (si fas dicere: sed fas) exigimus. Miserare, o Pacis et Innocentiae**



magne vindex, amicissimas pacis et innocentissimas divas. Patieris princeps benignissimus, jacere aeternum tuam illam Academiam, clarissimum quondam non solum Galliarum, sed totius Europae lumen? Patieris, doctissimos viros, qui se illi suamque operam addixerunt, opem tuam diutius desiderare? Patieris, ut ventura secula, postquam ingentes illas substructionum moles, et nitentis marmore auroque radiata palatia, quaeque in Urbe, quaeque alibi, tot simul locis regiis plane impensis a Majestate tua excitantur, fuerint mirata, causam spretae a te Academiae tuae possint requirere? Ne hoc Deus immortalis firmit. Illum nos, Rex invictissime, ut quam diutissime Majestatem tuam salvam atque incolumen praestet, utque tua omnia consilia fortunet, et ad gratum sibi, gloriosum tibi, utilem tuis finem dirigat, supplices quanta maxima possumus pietate oramus, obsecramus, obtestamur. Exaudi, Deus OPT. MAX., et sidus hoc, quod praecipitato in profundum ac demerso in tenebras orbi Gallico refulsit, velis perlucere. Scripsi Lugduni, in aedibus viri tuae Majestati addictissimi, Merici de Vicq, veteris Musarum nostrarum hospitis. A. d. XVII. Kal. Augusti, 1710.

*Majestati tuae, vel antiqua solduriorum lege,  
devotissimus*

IS. CASAUBONUS.

IS

Cuz

Et sua

Muzi,

Luz,

Azo ul

Bis se

Bis que

Ingens n

Dicitur in

Prodigi

Inmittitq


Nunc fdu

Et maria

Nunc magi

Aut ea, qu

Et qm e lase



---

JACOBUS LECTIUS  
ISAACO CASAUBONO V. CL.

*suas in Athenaeum Animadversiones evulganti.*

---

*Euge alius dites Arabas miretur et Indos,  
Et sua qui arboribus depectunt vellera, Seras  
Alcinoique ingentis opes, hortosque beatos,  
Ilicet, atque tuas ostendet, Myfia, messes:  
Aut ubi bis pleno fundit se copia cornu,  
Bis segetes suppleant sulci, bis pampinus uvas,  
Bisque arbor sua poma. Tui nos, magne Casaubon,  
Ingenii miramur opes, foetusque beatos  
Divitis ingenii, quod lampadis instar Eoae  
Prodigit in varios late sua munera tractus,  
Immittitque in culta novas Heliconia vires.  
Nunc fidus lingua monstras interprete ductor  
Et maria, et terras omnes, coelumque profundum.  
Nunc magis atque magis Latiae monumenta Minervae,  
Aut ea, quae Graji cecinerunt plurima vates,  
Eripis e latebris, et amico lumine complas.*





VI

*Nunc, bene quae depicta, manu meliore repingens,  
Moribus absterres pravis mortalia corda,  
Incendisque bonus verae virtutis amore.  
Hic quoque, Cecropia tui nomen ab urbe decorum,  
Plenior est multa tersus ferrugine frontem,  
Muneris ecce tui est, superas quod prodit in auras,  
Singula quid referam? libeat modo vera fateri,  
Et tibi Athenaeum et totas debemus Athenas.*



## CL. V. IS. CASAUBONO.

*Quamvis decore sat refulgeat suo  
 Tranquilla virtus, quam nec aura gloriae  
 Ventosa tollit, nec repulsa deprimit  
 Veris evantem et acquiescentem bonis:  
 Illam tamen procatur atque ambit volens  
 Secunda fama, calcas indolis bonae:  
 Comisque laus, ut umbra corpori comes,  
 Viros adulat, qui vel artibus togae,  
 Vel Martiali florere adorea.  
 Nam pauca gens selecta, queis nudum decus  
 Patescit, omni conscientiae student,  
 Rectique amore limitem rectum secant:  
 Plerosque laudum blanda siren allicit,  
 Ut arduae virtutis insistant iter,  
 Quod aspero labore vallavit Deus,  
 Ne gratuito tanta fors obtingeret  
 Qua segnibus reique nullae qua viris.  
 Hoc ducta sensu providens antiquitas  
 Contigua sana destinavit cultui  
 Virtutis atque Honoris. Hos enim decet  
 Clarere fama, ornari honore, laudibus  
 Ad astra ferri, quos benigna vi lacit,  
 Vulgoque ademptos consecrat Virtus sibi.*



Quod si quis unquam munere hoc dignus fuit,  
 Tu es unus ille, flos virum CASAUBONE,  
 Cujus nec altam spem repressit temporum  
 Morumque sidus pestilens menti bonae:  
 Nec tardius cultura coepta seduli  
 Votum coloni flore lusit irrito.  
 Quin ut malo invalescit ardor, et diu  
 Dilata surgit laetius foecunditas:  
 Sic vividae virtutis acer impetus  
 Favore coeli fretus invium nihil  
 Invenit. Ast amore peruico moras  
 Perrupit omnes. Dura per discrimina  
 Sic crevit olim robur invicti Herculis.  
 Sic altius radice comprehendit solum  
 Pulsata ventis arbor et saevo Jove.  
 Rubiginosus deterit ferrum situs,  
 Torpere inusu quod recondito finas.  
 Ignava virtus obsolescit, et gravi  
 Senet veterno: namque per cuniculos  
 Obrepit astu blandiens inertia,  
 Sensimque diae mentis occupat Larem,  
 Primo pedatu invisa, dein voti potens,  
 Quidquid viri est in homine, mancupat sibi.  
 Quae pestis in te fraudulenter aut palam  
 Grassata sensit artis impotentiam.  
 Quippe ejus omnes et dolos et impetus  
 Elusit atque elisit indoles tua,  
 Nil humile spirans, nec rudis certaminum.  
 Ergo Dei virtute provisum est tibi,  
 Ne possit unquam nomen enori tuum.  
 Tibi nitentem e transmarinis floribus  
 Plectit corollam Lucius: te civica  
 Tranquillus ornat arte servatus tua.  
 Te Sicelis Thalia rustice procaex  
 Ipsaque formae negligentia decens  
 Patrante oculo figit, et malo petit.  
 Te laude multa clarat ille, cui dedit



*Laus multa nomen: te Theophrasti lepos,  
 Te cura docti diligens Laërtii,  
 Straboque chartis cuncta terrarum sola  
 Permissus: et, quo clarius nullum viget  
 In literato nomen orbe, maximi  
 Regis magister, ipse major, si rudi  
 Vero movemur, non inanibus notis  
 Rerumque pompa. Sed citare singulos  
 Quid est necesse? Tota doctorum virum  
 Propago, quos eduxit Hellas artium  
 Nutrix bonarum, totus ille ordo pius  
 Te confitentur sospitatorem suum.  
 Gratoque laudes ore concinunt, tuas,  
 Uno tenore quod tot inclytos simul  
 Herous orci e fauce, mortis e manu  
 Raptos in oras lucis evocaveris.  
 Nam pejus omni morte fatum, mortuam  
 Vitam exiebant, et sibi superstites  
 In hoc trahabant lucis ingratae moras,  
 Ut se viderent atque sentirent mori,  
 Perenniterque funus efferrent suum,  
 Lurore turpes, et vetustate obsiti,  
 Lacerique plagis ora servili modo.  
 Qualem nivosis Caucasus affixum jugis  
 Titana vates fabulantur, cui Jovis  
 Satelles immortale concidit jecur,  
 Dirisque nulla interquies datur malis.  
 At nunc ovantes munere ingenti tuo  
 Solare fulgur irretorto lumine  
 Contra obtuentur, et caput coelo efferunt  
 Sublime: quiv et ore pleno nectaris  
 Ducunt liquorem, symbolasque conferunt  
 Mensis Sophorum. Macte ATHENAEI labor,  
 Cui nocte pulsa clarior dies redit,  
 Quam vere sudo solis emicat jubar.  
 Tua ista laus, vir erudite, qui simul  
 Facem extulisti mentis altae, protinus*



*Fugere nubes, priscus et fulsit nitor.  
Foelix laborum, si quid auditu dabit  
Vox nostra dignum, noscet aeras postera,  
Quam nunc et olim prosecutus sim tuas  
Honore dotes, hoc beatus unice,  
Quod me favore duxeris dignum tuo  
Quondam aemulum laboris atque industriae,  
Dum res sinebat, et vigeat indoles  
Amore laudis, atque doctrina calens.  
Sed me gravis Fortuna transverso impetu  
Plenis euntem passibus retro tulit:  
Te spes et indefessus ardor candidam  
Ad usque metam vexit illaeso gradu.*

DOMINICUS BAUDIUS.

---



## AD LECTOREM.

Vetus est eruditorum querela, candide Lector, mendis deformibus antiquorum scaterere monumenta. Quæsti sunt et sæpe et graviter de hoc studiorum malo accuratiores omnium aetatum philologi, historici, philosophi, medici, juris periti, et beati etiam Patres: atque uno verbo, sicut alibi clare ostendimus, quicumque fere apud Hebraeos, Graecos et Latinos ab annis retro bis mille amplius cum iudicio pariter et amore veritatis in literarum studiis sunt versati. Nimirum ita res habet: hominis et omnium humanorum operum, qua corporis, qua ingenii, si remps lex est. Nascitur ille et denascitur: sexcentis interea valetudinis adversæ incommodis aliisque casibus obnoxius. Scias, et in istis usu idem venire. Itaque cum ex infinita prope veterum scriptorum copia oppido pauci interitum effugere: tum horum plerique sic laceri, sic corrupti, sic mendis deturpati, vix ut ipsi in suis scriptis, si virgula, ut aiunt, divina huic luci fuerint reddidi, sese sint agnitori. *Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas.* Misera profecto res, et sapientiae studiosis vel veris lacrymis deflenda. Unde enim nobis eruditio parabilis, unde cognitio disciplinarum, unde totius praeteriti temporis notitia, nisi ex libris antiquorum? Iis si utimur depravatis, quid superest aliud, nisi ut Ixioni similes umbram pro re, errorem pro scientia, falsum pro vero amplectamur? Ut plane ridiculi sint, qui, emendatione an inemendato libro utantur, sua nihil putant interesse. Isti sunt partim Democriti populares et Arcades βαλανηφάγοι, partim vitilitigatores literas perverse docti, divinae Critices (legitimam intelligo, non istam volgivagam et, ut loquitur Tertullianus, passivam) hostes et contemptores: quorum fatuitatem aut κακοήθειαν tot locis magnus Galenus tam acriter est infectatus. Nos autem in eo libro, quem accuratissima diligentia de Critica fecimus, plurimos in vitam errores ab hoc fonte manasse, vero vicimus. Sed studii hujus necessitatem Hebraeorum doctores verbo indicant, qui Legis divinae, (quanto igitur meliore jure humanorum scriptorum?) sepem esse Criticam non minus vere quam eleganter pro-



nunciant. Enimvero, Lector, ex omnibus illis, quorum ad nos scripta pervenerunt, nullus est, quantum equidem memoria repeto, qui a vetustate pejus aut crudelius fuerit acceptus, quam Naucratica ATHENAEUS: scriptor vere πολυμαθής, vere undecunque doctissimus, et, ut paucis multa complectamur, Graecorum Varro aut Plinius. Hujus igitur tam eruditi auctoris Incultissima scripta priorum seculorum barbaries ita vexavit, ut nondum statuerim, magis gaudendumne studiosis fuerit, non penitus illa interciderit, an dolendum, quod sic affecta ad nos sint transmissa. Parum fuit, caput misero praecidisse et pedes: priores videlicet libros duos cum tertii principio et maxima ultimi parte: adjecta est artuum aliquot luxatio: in ipsum denique truncum ita saevitum, ut foricina naenia confossiorem eum nobis reliquerint. En temporum illorum immanitatem, quibus omnis humanitas et meliores literae ignorabantur: nedum ut Critices hominibus illis ullus superesset sensus. Postea vero quam singulari Dei beneficio in Europam literae sunt postliminio reductae, serius quidem, sed tamen exsistere tandem cordati viri, qui Athenaei alius editione, alius versione. iter ad famam affectarent. Anno demum M. D. XIV. Aldus ille, cui vitam multi scriptores Graeci debent, e tenebris illum in lucem produxit, adjutus a Musuro Cretenſi. Fatendum vero, quod negari non potest, viros solertissimos et doctissimos neque in exemplaribus nanciscendis felices fuisse, neque in editionis suae emendatione nimis accuratos. Et tamen Musuri diligentiam serio commendat Aldus. Quales igitur fuisse dicemus eos codices, quibus ille est usus, cum eorum comparatione Aldina editio emendatissima censeretur? Secuta est post annos XX. Basiliensis editio. Hanc concinnarunt Jacobus Bedrotus et Christianus Herlinus, ambo. opinor, juvenes Germani: qui etsi librorum praesidio imparati, neque multo fortasse minus ab idonea eruditione, oneri subierunt viribus suis impari: vel solo tamen bene de literis merendi studio, qui posteritati ostendantur, non sunt indigni. Sed enim destitutis libris melioribus ad Aldini exemplaris emendationem accedere, hoc vero erat. sine navigio mare magnum velle transmittere. Quemadmodum autem horum conatus manu exaratorum inopia in nervum erupit; sic illum Venetum, qui ante omnes alios, (nam de Sanga Romano vereor ut credendum sit Paulo Jovio,) Latinum fecit Athenaeum,



Criticae imperitia toto opere plus quam pueriliter coëgit ineptire. Quamobrem, etsi erat ille vir non inoectus, quod alia ipsius testantur scripta, versio tamen edita ab eo est adeo nullius frugis aut tam exiguae, ut praeter egregiae voluntatis testimonium nihil penitus inde laudis reportarit. Non multo post provinciam eandem celeberrimi nominis in hac frequentissima urbe medicus, Jacobus Dalecampius, suscepit. Cui viro eruditissimo si tantum otii ad hanc ornandam Spartam quotidiana aegrorum imperia concessissent, quantum fuit in ipso *Φιλοπονίας* et amoris erga literas: non dubitamus, et meliorem et accuratorem interpretationem potuisse ab eo sperari. Etsi memoria tenemus, dixisse illum aliquando nobis, huic potissimum curae per annos paulo minus triginta omnia se temporum successiva donasse. Caeterum quam feliciter hoc negotium viro optimo successerit, ANIMADVERSIONUM nostrarum libri isti palam facient. Quod tamen opus, candide Lector, scibis non ea fine institutum a nobis, ut in versiones interpretum curiose inquireremus. Neque enim ii nos sumus, qui alieni nominis obtreactione famam aucupemur. Apage hanc ab iis protervitationem, qui Virtuti sacramento dixerunt, quique verae laudi cupiunt litare. Equidem semper potius duxi mea peccata corrigere, quam aliena indagare. Sed nec Commentarios in Athenaeum scribere consilium nobis: vel quia propter abundantiam materiae in immensum erat opus excreturum: vel quia minus id esse necessarium, nec nimis difficile in hac literarum luce, semper iudicavimus. Nobis, mi Lector, cum huic scriptioni manum admoliremur, hic praecipuus scopus ob oculos fuit, quae erant in Athenaeo obscuriora necdum cuiquam illustrata, ipsi iremus illustratum: quae vitio librariorum corrupta multa, quorum interpretibus ne subolevisse quidem videbamus, ipsi pro virili corrigeremus. Id vero inceptum quantis laboribus, quantis molestiis nobis constiterit, frustra tibi narrare instituiam, nisi periculum ipse studii hujus fecisti. Porro cum emendandi veteres auctores duplex sit via, e libris scriptis, et ex ingenio: utramque nos viam in corrigendo Athenaeo institimus. Priorem quidem ante annos quatuor, cum impulsu optimi atque amicissimi Hieronymi Commelini eam editionem adornavimus, quae paulo ante immaturum et studiosis luctuosum illius viri obitum ex ipsius officina prodiit. Neque levis neque parum huic auctori utilis opera illa nostra ex-





stitit. Collata enim editione Basiliensi cum ea scriptorum codicum copia, quae tum erat ad manum, multa primi publicavimus, antehac Graece edita nunquam. Plurima item emendavimus in prioribus editionibus corruptissima, partim licet auctoritatem, partim certas et omnibus manifestas rationes. Fuit praeterea animus editioni illi breves Notas adjicere; et hoc amplius, omnium auctorum, librorum et dramatum ab Athenaeo laudatorum accuratam descriptionem: quam dudum ad lucem non Athenaei tantum (nihil enim ubique titulis librorum et fabularum corruptius) paraveramus. Migratio nostra ex Allobrogum finibus in Galliam eodem tempore instituta, et ne illa tum a nobis adjicerentur, impediit, et ut aliquanto inemendatior ea editio prodiret, fuit in causa. Haec igitur nos jam ante e libris. At longe operosior altera est ratio, quam sumus hic secuti. Priore illa opera vulgatas editiones e veteribus libris auximus et emendavimus: posteriore hac et vulgatorum et manu etiam scriptorum codicum lectionem ad rectae rationis obrusam exegimus. Nam in scriptis exemplaribus vel antiquissimae manus πολλά μὲν ἐσθλά, πολλά δὲ λυγρά. Itaque in illis tractandis iudicio magno opus, magna eruditione, nec mediocri usu; quae tria Criticum illum γοιμον perficiunt alibi nobis informandum. Qui autem codicum vetustatem, praesertim consentientium, recti argumentum et normam ubique certam esse arbitrantur: audiant illi Criticorum non minus quam medicorum principem Galenum: qui in tertio de diffic. respir., cum de Hippocratei loci cujusdam vera lectione disputaret, τις τῶν παλαιῶν, ait, βιβλιογράφων ἤμαρτεν. ἐπειδ' ἔτις ἔχον ἐφθασεν ἐκδοθῆναι τὸ βιβλίον ἐφυλάχθη τε εὐκρίτως μέχρι δεῦρο τῆτο τὸ σφάλμα. Jam olim, inquit, librariorum aliquis locum corruptit: deinde edito libro cum illo errore, non minus, servatum esse mendum usque adhuc. Causas postea servati erroris tamdiu assertit istas: τινῶν μὲν ὀλιγώρως ὀμιλούντων τοῖς τῶν παλαιῶν βιβλίοις, ὡς μήτ', εἰ λειπεί τι, μήτ', εἰ δὲ ἕτερος γράμμαχος εἴρηται, γνωρίζειν, ἐνίων δὲ γνωρίζοντων μὲν, ἀλλὰ προσθεῖναι τὸ λείπον ἢ τολμάντων. Et ita est: librariorum culpa et doctorum incuria atque ignavia factum, ut semel commissa in antiquissimis codicibus peccata in omnia deinceps exemplaria propagarentur, ac per multa secula constanter servarentur. Plura alibi Galenus de genere isto mendarum, quas Philemon, criticus vetustissimus, appellat τὰς ἐν τοῖς ἀντιγράφοις ἐμμεμενη-



*πυλας ἡμαρτημένας γραφάς.* Nihil ergo mirum, plenum esse hujus generis mendorum, quantum exstat hodie Athenaei exemplarium. Quae quidem e duobus inter se jam olim diversis omnia esse transfusa et descripta observavimus. Ab eorum altero manavit Aldinum illud, de quo diximus: cui per omnia fere simile est Palatinum, quod in Heidelbergensi bibliotheca illustrissimi Principis affervatur: item aliud, cujus nobis vir amplissimus, Regi ab intimis consiliis, Andreas Huraldus Meffaeus, copiam fecit. At longe istis tribus et aliis omnibus, quae ab eodem exemplo sunt orta, et emendatius et integrius illud est, quod in celebratissima Cardinalis Farnesii bibliotheca habetur. Ei libro acceptum ferre debes, quicquid in prioribus desideratum exhibet nostra editio. Multas autem voces, multas periodos integras, interdum etiam plures, singulis prope paginis adjecimus. Ut taceam de insigni fragmento libri ultimi, quod ante nos Gulielmus Canterus indidem nactus publicaverat. Parilem huic codicem etiam in Vaticana Romae servari, accepimus. Nostra editio Farnesianum fere exhibet, repraesentatum nobis a clarissimo viro, Henrico Stephano, qui ante annos ferme quinquaginta, cum Romae esset, accuratissime omnes varietates scripturae ad oram sui codicis adnotaverat. Idem fecerat paucis ante Stephanum annis et Benedictus Aegius Spoletinus, qui temporibus illis Romae inter peritissimos Graecarum literarum est habitus. Ejus etiam codicem vidimus nos inter alios neutiquam vulgares Petri Gelasii Hispani libros. Fecerunt idem postea et alii item multi. Itaque Farnesianas illas Notas passim reperias in eruditorum bibliothecis non solum Italicorum, sed et Cisalpinorum. Habuit eas uterque interpres: habuit et vir eximius, Conradus Gesnerus, cujus librum doctissimi Gasparis Wolfii opera nacti sumus. Easdem et nobilissimus studiorumque nostrorum studiosissimus Marcus Velferus Augusta Vindellicorum ad nos misit, ab Andrea Schotto, altae eruditionis viro, secum communicatas. Haec igitur omnia exemplaria, sicut modo dicebamus, mendis inquinata sunt adeo vetustis, ut ante Eustathium et eo priorem Excerptorum auctorem, qui multas illarum retinent, sint natae: adeo non facilibus ad emendandum, ut eruditus vir, qui ante multa secula Epitomen illam confecit, fateatur ingenue, multa se, quod essent corrupta, missa facere. *ἴτετο, αἶτ ἰλλε νον σεμει, ἐπει ἔσφαλται, ἔ μετέγραψα.* Non igitur hodie at-



que heri coepti sunt Athenaei codices depravati circumferri, verum antè annos quingentos et amplius. At qui non desunt, quibus, tantam esse mendarum, quae bonos auctores obsident, antiquitatem, aegre persuaseris. Sic ut anno accidit: orto enim super mensam apud amplissimum et praestantissimum virum, Mericum de Vicq, sermone de illa paginarum aliquot transpositione, quam in omnibus libris commissam, neque auctori Epitomes, neque interpretibus animadversam, libro quarto primi observavimus: mirari, qui aderant, viri doctrina iudicioque praestantes, et multa de auctoritate manu exaratorum differere. Clara res tamen est, certisque argumentis a nobis probata. Inter antiquissimas veterum librorum corruptelas trajectiones sunt hujuscemodi. Jam olim critici antiquissimi, quorum exstant in Hom. rum et Hippocratem observationes, corruptos hoc viti genere locos multos adnotarunt. Sed et aetatis nostrae docti viri similia peccata in multis libris deprehenderunt. Vel unus ille Hercules Musarum, Josephus Scaliger, quam multa apud Tibullum, Propertium et Manilium mire perturbata nitore pristino hac ratione restituit? qui etiam superioribus mensibus de illa Athenaei luxatione per literas nos monuit. At licet multo ante idem a nobis fuerat observatum: mirifice tamen vir incomparabilis hoc sui iudicii indicio et delectavit nos, et in sententia confirmavit. Utinam et caeteris omnibus conjecturis nostris eadem ubique *ἐνάργεια*! At enim, candide Lector, cum in genere omni literarum, tum in studio maxime critico verissimum Galeni dictum: *χαλεπὸν, ἀνθρώπων ὄντα μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς, τὰ μὲν ὁλῶς ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ κακῶς κρίναντα, τὰ δὲ ἀμελέσερον γράψαντα.* Nos vero et homines sumus, et occupati: adeo quidem, ut temporis totius, quod ab instituto opere est lapsum, partem multo maximam frequentes *ἀποδημίαι* nobis surripuerint. Ut alia fileam studiorum nostrorum gravissima damna. Sed non morabor te pluribus: neque committam, ut aequitati tuae diffusus possim videri. Vale, candide Lector, et Prolegomena nostra, quibus de Athenaeo operisque hujus argumento prolixè actum est, nec non de convivatore Larensi et omnibus convivis, quia casu quodam edi nunc non sunt quita, brevi, cum Deo. Iterum vale. Lugduni Segusianorum.




ISAACI CASAUBONI  
ANIMADVERSIONES  
IN  
ATHENAEI  
DEIPNOSOPHISTAS.

Athen. P. III. T. I.

A





ISAACI CASAUBONI  
ANIMADVERSIONUM  
IN  
ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS  
LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

*Hypothesis percurritur. Auctor epitomes, ejusque anti-  
tiquitas. παρεμβολαί, excerpta. Abbreviatoris  
et Eustathii aliquot notati errores. πατήρ τῆς βί-  
βλῆ. Timocrates, cui opus inscriptum. Titulus  
operis, Δειπνοσοφισαί. χρεῖται, loci auctorum.  
ἡ ἐγκύκλιος παιδεία. γραμματικῶν οἱ χαριέστα-  
τοι. Ulpianus Κεῖσθεῖτος. κεῖσθαι, κείμενον. ὦ-  
ρα pro diei parte. ἰσθός τὴν τέχνην καὶ τὰ ἤθη.  
Galenī scripta philologica. κατάλογος ἑρατιώ-  
τικός.*

**A**RGUMENTUM hoc scripsit is, qui totius operis epi- p. 1.  
tomen confecit: cujus tantum exstat editum, quan-  
tum de primis Athenaei libris hodie desideratur. Est in  
manibus nostris beneficio doctissimi, optimi, integerrimi-  
que viri David. Hoëschelii id opus integrum, primo li-  
bro excepto et secundi parte: tantum enim ferè ab epi-  
tome Hoëscheliana abest a fronte praecisum, quantum ex-  
stat libris editis insertum. παρεμβολὰς auctor vocat ali-  
cubi laborem suum, nomine convenientissimo. Moris  
fuit studiosis hominibus, inter legendum veteres auctores  
excerpere, quaecunque ad institutum quisque suum face-  
re judicabat. Ea sunt, quae Seneca *excerpta*, Graeci



ἐκλογάς, vel χρησομαθείας, aut σημειώσεις, itemque παρεμβολάς dixerunt: qua de voce plura alio loco nobis erunt dicenda. Quis autem fuerit is, quandoque, et ubi vixerit. pro certo non scimus. Antiquum esse satis, hoc vero scimus: qui observatum habeamus, usum saepe Eustathium hac epitome, integro Athenaei codice neglecto. Colligimus ex eo, quod sequi illum non raro lectionem videmus, quae in his excerptis, sprete ea, quae in contextu. longe interdum melior ac verior: imo falsam Athenaeo sententiam illum affingere παρά ταύτην τὴν αἰτίαν, locis aliquot deprehendimus. Ut cum, exempli gratia, ad Πλατ. λ. prolatis vocibus ὄψοφαγίσματος καὶ βλακίσματος, p. 2. addit: αὐτὸ δὲ λέγεται κείσθαι παρά Σοφοκλεῖ. Errat enim Xenophontis quippe verba Sophocli tribuit. Apud Athenaeum l. VII. scriptum est: ἐγὼ δ' ἐκ τῶν ὄψοφαγίσματος ἔγωγε γὰρ Ἐσσοφῶν ἀνόμασεν ἐν Ἀπομνημονεύμασι. γράφων ἔγωγε ὄψοφαγίσματος τε καὶ βλακίσματος ἐσιν. Non poterat planius significari, Xenophontis esse, quae diximus, verba: quia tamen multa eo loco Sophoclis est mentio, aliud agens auctor epitomae ista quoque Sophocli de suo est largitus, scribens in excerptis suis: ὄψοφαγίσματος καὶ βλακίσματος ἐσιν. Φησὶ Σοφοκλῆς. Hoc duce errat Eustathius. Sic etiam fallitur, cum scribit ad II. σ.: Ἀπολλόδωρος τὰς ἀκρατεῖς καὶ καταφερεῖς ἀλφισὰς εἶπεν ἐν τῷ, καταπυγοτέραν ἀλφισῶν. Non meminerat Eustathius, Apollodorum grammaticum fuisse, qui Sophronis Mimos libro commentario erat interpretatus. Ejus auctoritate utitur saepe Athenaeus. Libro autem VII. proverbium adfert natum ex Sophronis verbis, καταπυγοτέραν ἀλφισῶν: cujus interpretationem ex Apollodori commentariis subjicit. In verbis Athenaei nihil est obscuri: etsi ab interpretibus quoque male sunt accepta: Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Σώφρονος τῷ εἰς τὰς ἀνδρείας μίμης, προδείς τὸ, καταπυγοτέραν τ' ἀλφισῶν, φησὶν, ἰχθῦς τινες etc. Quae ita sunt vertenda: *Apollodorus Atheniensis commentariorum in Sophronem libro III., ubi viriles ejus mimos interpretatur, praepositis poetae verbis, καταπυγοτέραν τ' ἀλφισῶν, scribit etc.* Sed Eustathium decepit epitomes hujus confector, qui ex hoc loco negligenter lecto scribit in libro Hoëscheliano: τὰς ἀκρατεῖς καὶ καταφερεῖς ἀλφισὰς καλεῖσιν, ὡς Ἀπολλόδωρος. Init. libri V. laudans Athenaeus veterem morem hospites convivio excipiendi, δοκεῖ γὰρ, ait, ἔχειν πρὸς Φιλίαν τι ὁ οἶνος ἐλευσιμὸν: recte, et vere. Eustathius tamen legit πρὸς Φιλοσοφίαν: omnino ἀπροσ-



διονύσωσ et falso: sed ita invenerat in excerptis: nam et nos quoque in libro nostro ita invenimus. Init. libri VIII. *Φαγησίαν έορτήν* appellat Eustathius ex iisdem excerptis, quam membranae *Φαγήσια*, magis ex usu veterum Graecorum, vel monente Herodoto. Mitto dicere, quam p. 3. saepe in laudando hoc auctore aliis quam ipsius verbis utatur: quae nos in epitoma reperimus, ut locis non paucis lectorem monuimus. Si quis conjecturae locus est, putem, confectam Constantinopoli ante annos quingentos et amplius hanc epitomen ab aliquo grammatico: qualis fuit Hermolaus Byzantius. auctor eorum excerptorum, quae hodie pro *Έθνικῶν* Stephani libris in doctorum manibus versantur. Enimvero quicumque fuerit elogarius hic, neque eruditionis haud protritae testimonium illi denegare, neque excusare interdum negligentiam possumus. Culpas hominis non paucas suis locis necessario indicabimus. Eruditionis v̄ero multa passim in ejus verbis testimonia. Cujusmodi est, ut ad rem veniamus, initio istius hypotheseos hoc: *Ἀθήναιος μὲν ὁ τῆς βιβλίου πατήρ*. Eleganter *patrem* vocat, qui est auctor libri, et (si per veteres Latinos liceret) factor. Sed non habent Graeci cum omni sua copia, quomodo auctorem graece dicant: nam et *συγγραφεύς*, et *ποιητής*, non in universum de omni scriptione, sed de certis generibus dicuntur: etsi non negamus, *συγγραφεύς* pro *auctor* simpliciter cum aliis usurpari, tum Galeno passim: verum aliter antiqui Graeci, et quicumque sermonis diligentiores fuerunt. Propria igitur defectus voce, improprie, sed eleganter *πατήρ βιβλίου* dixit. Quid differant *κτίσης*, *ποιητής*, *δημιουργός*, et *πατήρ*, quid *ποιεῖν* et *γενεῖν*, non est loci hujus explicare. Sic loqui amat et Galenus. Ut l. II. de caus. puls.: *ὁ γὰρ τοῦ πατῆρ τῆ δόγματος ὁ θεῖος ἐκεῖνος Ἱπποκράτης*. In iis de Hippocratis et Platonis scitis: *ὁ Ζήνων πατήρ ἐστὶ τῆ περι τῆς Φωνῆς λόγος τῆδε*. Theodoritus in praef. l. de haeref.: *οἱ διαφόρων δογμάτων πατέρες ἐγένοντο*. Rufinus: *Rem majoris gloriae sequitur, ut pater verbi sit potius quam interpres*. Libanius de sua fort.: *τῷ δὲ ἐν ἄλλας οἷόν τ' ἦν, μὴ τὰ τοιαῦτα πάσχειν, πατέρι πολλῶν λόγων γεγενημένῳ*. Et in universum Graecis primus cujuscunque rei auctor dicitur *πατήρ*. Idem paulo post: *πατήρ γενόμενος τῆς τιμῆς: ἔ γὰρ ἦν, ὃν ἐμμεῖτο. πάππον τῆς διδασκαλίας* etiam legas in primo meth. ap. Gal., et *γενεῖν τέκνα* pro libros scribere apud mellitissimum Synesium: *γεγεννηκότας δόγματα* apud Theodoritum: *νόμων πατέρας* apud Leonem



Imperat.: et νομοθεσίαν ἐν ἀδελφῶν ἕσαν τῶν [sic] εἰς τῆς αὐ-  
 τῆς ἀποκηθεῖσαν Φιλανθρωπίαι [sic], et similia his apud opti-  
 mos scriptores. Addit eclogarius: ποιεῖται δὲ τὸν λόγον πρὸς  
 Τιμοκράτη. In membranis aliquot scriptum est constanter  
 et hic et aliis multis locis Echecratis nomen pro Timocrate.  
 Credo, id eo factum, quia apud Platonem in Phaedone, cu-  
 jus libri principium transtulit in sui initium Athenaeus,  
 Echecrates loquitur, non Timocrates. Plures et melio-  
 res libri eum, cui auctor misit hoc opus, Timocratem  
 vocant. Atheniensem hunc fuisse, suspicamur ex l. IX.  
 principio: verum incerta res omnino est. Sequitur: Δει-  
 πνοσοφισῆ: δὲ ταύτη τῆνομα. Ita membranae omnes: per-  
 p. 4. peram. Viros doctos, qui descripto hisce libris convivio  
 interfuerunt, Δειπνοσοφιστὰς fuisse vocitatos, Athenaeus  
 ait, qui etiam τραπεζορήτορας eos interdum nominat. Er-  
 go etiam id opus, quo descripti sunt illorum sermones,  
 Δειπνοσοφιστῶν λόγοι vel ἰσορίαι (sic aliquando Eustathius  
 appellat), vel brevius Δειπνοσοφισαὶ inscriptum est. Sui-  
 das: Ἀθηναῖος ἔγραψε βιβλίον Δειπνοσοφιστῶν. Scribe igitur  
 cum eruditissimo Dalecampio Δειπνοσοφισαὶ δὲ ταύτη.  
 Ubi ait, commemoratos hoc libro pisces καὶ τὰς τέτων  
 χρεῖαι, intelligit auctorum locos de unoquoque piscium  
 ab Athenaeo prolatos: non, ut putarunt\*), ipsorum piscium  
 usum. Nihil enim hic ea de re: at χρεῖαι et χρήσεις apud  
 philologos et grammaticos ipsae sunt auctorum ἐρήσεις:  
 paulo aliter alii scriptores, qui pro sententia mores infor-  
 mante vocem hanc usurpant. Demetrius Phalereus: τὰ  
 τοιαῦτα χρεῖαι λαμβάνει τάξιν καὶ γνώμης. Inde rhetorum  
 χρεῖαι. Si quis malit τὰς τέτων χρεῖαι eorum usum aut  
 utendi modum interpretari, referemus ad ea, quae ex li-  
 bris medicorum recitantur variis locis super cujusque cibi  
 natura, conditione atque usu. Placet tamen interpreta-  
 tio altera: quam multi loci confirmant, ut cum l. IX. Ul-  
 pianum sic appellat Democritus: εἰδένος μεταλαμβάνειν  
 εἰωθῶν τῶν παρασκευαζομένων, πρὶν μαθεῖν, εἰ ἢ χρήσεις μὴ  
 εἶη τῶν ὀνομάτων παλαιά. Infit eclogarius: καὶ ἔστιν ἡ τῆ  
 λόγος οἰκονομία, μίμημα τῆς τῆ δειπνῆ πολυτελείας, καὶ ἡ τῆς  
 βίβλου διασκευῆ, τῆς ἐν τῷ λόγῳ παρασκευῆς. Dalecampius  
 postrema verba emendavit, scripsitque τῆς ἐν τῷ δειπνῶ  
 τὰρ. Videtur membrum antecedens confirmare eam emen-  
 dationem. Ita fuerit, quae dicitur, ἐπιμονή, posita his  
 sententia eadem. Sed malo tueri librorum consensum, et

\*) [Putavit Dalecampius.]






aliter interpretari, servata lectione edita. Tria auctor ponit, *δειπνον, λόγον, βίβλον*. ait, *λόγον*, id est sermones in convivio habitos, fuisse convivii *μίμημα*. ut quidque enim mensae apponebatur, id erat deipnosophistis novorum sermonum occasio. Qui autem fuerat sermonum ordo, idem ab Athenaeo servatus in hujus operis contextu. Igitur ut coenae *μίμημα* et velut imago sermones fuere: sic sermonum sunt hi libri. Non abest, quin haec sit abbreviatoris mens et scriptura: qui tamen videtur sensisse, non rem gestam, sed merum Athenaei figmentum hoc totum fuisse convivium. Declarat mox particula *δηθεν* neglecta interpretibus, cum scribit: *οἱ δ' ἐν τῷ δείπνῳ δῆθεν ἐπιδημήσαντες δειπνοσοφιστὶ ἦσαν*. Separatur autem *ἢ ἐγκύκλιος ἀπὸ τῆς ἄλλης παιδείας*, hoc est, philologia et humaniores literae a reliquis disciplinis. Sic illa sunt accipienda, ut fusc alibi probamus. *γραμματικῶν οἱ χαριέστατοι* non sunt *festivissimi grammaticorum*, quomodo vertere docti \*): sed nobilissimi quique et doctissimi. Aristotelem iste imitatur, cujus in scriptis *οἱ χαριέντες* passim τοῖς πολλοῖς opponuntur: *ἦτοι*, inquit Eustratius, *τοῖς τυχεῖσι καὶ χυδαίοις οἱ χαριτός τινος μετέχοντες διὰ παιδείσεως*. Ita saepe apud philosophum. In quarto vero Polit. *οἱ χαριέντες* dicuntur homines probi et frugi, qui nemini factam velint a se injuriam. De Ulpiano loquens ait breviator: *ὧν κατέτρεχε μετὰ καὶ τῶν ἄλλων, ὅσοι τι ἐφθέγγοντο*. Haec vera est lectio, non *κατήρχε*, quod placet nonnullis. Toto opere inducitur Ulpianus et alios quidem, sed maxime Cynicos suis interrogatiunculis vexans, crucemque illis figens, hoc est, *αὐτῶν κατατρέχων*. Est autem allusum ad ea, quae de Ulpiano stomachabundus ait Cynulcus l. III. In istis, *ἔσχεν ὄνομα τῆ κυρίας διασημότερον*, Aldina editio vocem *κυρίας* asterisco insignivit, ut mendi suspectam: frustra. Nomen intelligit, quod recens nato parentes indiderunt. L. IV.: *σύ δέ μοι δοκεῖς, ὦ Κύνελκε, (τέτῳ γὰρ χαίρεις τῷ ὀνόματι, εἰ λέγων, ὃ ἐκ γενετῆς σε ἢ μήτηρ κέκλημε)*. Similis sententia apud Libanium declam. VIII.: *πολλάκις ὑμεῖς τρίτον ἀπὸ τῆς πράξεως ὀνομάζετε μᾶλλον, ἢ ὅπερ ὁ πατήρ ὀνομάτος ἔδειτο*. Idem de sua fort.: *γέροντα γλώττης ἡδονῇ τῷ Νέσορι παριστάμενον, καὶ αὐτὸ δὴ τρίτο καλέμενον μᾶλλον, ἢ ὅπερ ὁ πατήρ τε αὐτῷ καὶ ἡ μήτηρ ἔδειτο*. Pergit auctor, et ait de eodem: *ἔτος ἀνὴρ ὅμον εἶχε*. Suidae codex, *ἴδιον νόμον εἶχε*.

\* ) [literatorum festivissimi. Dalech.]



non otiosa voce auctor. Doctissimum vero et discendi studio flagrantissimum Ulpianum ait auctor fuisse *Κεῖται* nominatum, quod moris haberet, appositorum nihil comedere, *πρὶν εἰπεῖν, κεῖται ἢ ἔ κεῖται*; Ita edidimus ex fide membranarum: ante editum fuit *κεῖται ἢ πᾶ κεῖται*, quae scriptura ad vocis *Κεῖται* veriloquium explicandum minus quadrat. Sed jungamus censeo has duas lectiones, et scribamus: *κεῖται ἢ ἔ κεῖται, καὶ πᾶ κεῖται*; Est autem verbum *κεῖσθαι* eo sensu, quo hic sumitur, frequens in Graecorum interpretum libris. Dicunt enim *κεῖσθαι παρὰ τῷ δεῖν*, quae in ejus scriptis leguntur. In Graecorum commentariis, ut Nicetae in Gregorium Theologum, aliorumque, *κεῖμενον* est praepositus textus ad interpretandum, ut fieri amat ab interpretibus. Inter exempla quaestionum Ulpiani ponitur haec: *εἰ κεῖται ὥρα ἐπὶ τῆς ἡμέρας μορῆς, an reperiat in scriptis veterum Graecorum ὥρα pro diei parte*. Certum est, neque Platonis, Aristotelis, et aequalium saeculo, neque aliquanto post tempore has diei partes, quas horas vocamus, fuisse in usu. Quare vocabulum *ὥρα* in antiquorum illorum scriptis illa notione legi non potuit. Ideo Pollux l. I. voces recensens, quibus diei noctisque partes designantur, dictionis *ὥρα* non meminit. Sed mox scribit idem: *ὥρα δὲ καὶ ἡμιώριον, ὡς Μένανδρος, ἀνομάζειτο παρὰ τοῖς παλαιοῖς*. Et sane ita est: quod posterioribus Graecis Latinisque hora significat, id priores, qui gnomonum sciotericorum tantum usum habebant notum, *σημεῖον* et *σοιχεῖον* dixere, ut pluribus exponemus ad l. VI. Non nescimus. Batonem comicum in fabula *Ἀνδροφόνω* nominasse *ὠρολόγιον*, sed inter νέας κωμωδίας poëtas fuit hic Bato, cujus verba: — *ὡσε περιφέρειν Ὀρολόγιον δόξει τις, ἐχὶ λήκυθον*. In sequente quaestione, *εἰ μήτρα* p. 5. *κεῖται ἐπὶ τῶν ἐδαδίων βρωμάτων*, malim, mutato numero, *ἐπὶ τῶν ἐδαδίων βρωμάτων*, vel ita potius, *ἐπὶ τέτων ἐδαδίων βρωμάτων*. Daphnus Ephesius medicus, deipnosophistarum unus, abbreviatori dicitur *ἱερός τὴν τέχνην*, καὶ κατὰ τὰ ἤθη, τῶν Ἀναθηματικῶν λόγων ἔπαρέργως ἀπτόμενος, id est, *vir, sive artem ipsius spectes, sive mores, divinus*. Male vir eruditus [Dalech.]: *divinos honores ob artis suae peritiam meritis*: quasi esset idem *ἱερός* et *ἀνιερωθεῖς*, vel *ἀποθεωθεῖς*. Proprie dicitur *ἱερός* homo *θεῷ ἀνακείμενος*, ut apud Judaeos Levitae, qui etsi non erant omnes *ἱερεῖς*, erant tamen *ἱεροί*. Dicuntur etiam *ἱεροί* homines religione ipsa tuti, Latinis *sacrosancti*: quales olim ha-



biti populi quidam, ut Elei: quales item apud Romanos Tribuni plebis libera republ., postea Imperatores: apud omnes gentes legati et κήρυκες. Dio Chrysoft.: πολὺ τῶν σπονδοφόρων καὶ τῶν κηρύκων ἱερώτερος. Sed et pro homine sancto atque excellentis virtutis accipitur. Eo sensu ἱερός τὴν τέχνην καὶ τὰ ἥθη Daphnus medicus hic dicitur, et Hippocrates l. IX. ἱερώτατος. Vetus scriptor apud Suidam de Jacobo medico vere Christiano, etsi aliter scribunt alii: nam Photii verba sunt de hoc et ipsius patre in excerptis ex Isidori vita: ἀμφω δὲ καὶ ὁ παῖς καὶ ὁ Φύς ἀσεβέες ἦσαν, ex eorum, puto, sententia, qui magicas artes illis objiciebant, ἀσεβεῖς appellat, non Christianos, nisi scribendum εὐσεβέες: οἱ ἱατροὶ, inquit, διέβαλλον αὐτὸν ἀεὶ καὶ ἐλοιδορεῖν οἷά τινα ἐκ ἱατροῦ, ἀλλὰ θεοφιλεῖ τινα καὶ ἱερόν, hoc est, ceu divinum aliquem virum, qui non arte homines sanaret, suaque industria, sed favore numinis. Sic Platonem vocat ἱερώτατον l. XV. Et Lucianus in Fugit. de eodem, ὁ ἱερός ἐκεῖνος. Ejusdem successores in schola ἀνθρώπους ἱερός καὶ φιλολόγους alius apud Suidam nuncupat. Dio Cocc. vocem latinam sanctissimus vertit ἱερός, ut ad Sueton. Domit. notabamus. Paulo aliter scriptor incertus in Suidae collectaneis, πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἱερώτατος ἐγεγόνει, de Antonio monachorum principe. Interpretes, qui post τέχνην distinguunt, et sequentia verba uno spiritu cum reliquis hujus periodi connectunt, suam sententiam nobis non probant. Atque haec eo sunt a nobis pluribus exposita, ne quis temere putet, pro ἱερός esse hoc loco ἱατρός τὴν τ. scribendum. Divinum virum Galenum scribit auctor edidisse prope infinita συγγράμματα φιλοσοφὰ τε καὶ ἱατρικά. Praetermittit scriptorum Galeni genus illud, quod maxime ad fine est subjecto istius operis: quod quidem philosophicum proprie non est, ἱατρικὸν autem multo minus. Suspicabar, scriptum prius fuisse φιλοσοφὰ τε (vel φιλοσοφικά) καὶ φιλολογικά, καὶ ἱατρικά. Multa Galenum scripsisse ad philologiam pertinentia, ipse testis est nobis. Tales erant de dictionibus Atticis libri XLVIII. Nominum πολιτικῶν, quae apud Aristophanem, libri V. Quid autem appellet civilia νομῖνα, declarat hic ejusdem Galeni locus e tertio comment. in Epid. Hippocr.: φαίνεται (Hippocrates) συνηθεῶταίς τε καὶ διὰ τὸ σαφέσι τοῖς ὀνόμασι κεχρημένος, P. 7. ἃ καλεῖν ἔθος ἐστὶ τοῖς ῥητορικοῖς πολιτικά. Eorum, quae apud Cratinum, libri II. De vocibus, quae sunt comicis propriae, liber singularis, et similia his alia. Enu-




meratis convivis omnibus, quorum numerus sane magnus, ait brevior: καὶ ἦν ὁ κατάλογος ἕτος στρατιωτικός, Φησί, μᾶλλον ἢ συμποτικός. Respicit Archestrati versus de numero convivarum. Sunt, ait ille, convivae quinque ad summum, non plures: major numerus militum contuberniis quam conviviis magis convenit. Verba poëtae: — ἤδη γὰρ ἂν εἴη Μισθοφόρων ἀρπαξιβίων σκηνή στρατιωτῶν.

## CAPUT SECUNDUM.

*Platonis imitatio, ἐπικυλίκειοι λόγοι, et ἐπὶ τῇ κύλικι λέγειν. Proverbiū: Τρεῖς δ' ἀπομαζαμένοισι θεοὶ διδύασιν ἄμεινον. Veterum circumlationes, et similis superstitionis ritus. Larenis encomium. κριτική τις καὶ Σωκρατική ἐπισήμη. Socratis ars obstetricia. διγλωττος ἄνθρωπος, et diversarum linguarum pericia. Pandectae juris civilis Romanorum a Larense conditae. Error eclogarii. Pindarus κατασεσγασμένος. Euclides vetus Atheniensium Archon, Indicatae et sublatae aliquot mendae.*

Recte monebat auctor epitomae in fine superioris hypothesis, Athenaeum in operis sui principio Platonem esse imitatum. Nam et prima verba manifesto prompta sunt de illius Phaedone: et cum ἐπικυλίκειων λόγων meminit, graecum dicendi genus una voce expressit, quo usus Plato, λέγειν ἐπὶ τῇ κύλικι. Verba illius sunt in Convivio: ἕτως ἔτε τι λέγομεν ἐπὶ τῇ κύλικι, ἔτε τι ἄδομεν. Alii scriptores pro eo dixerunt ἐπὶ τῷ ποτηρίῳ, ut Theophrastus et Plutarchus. In primae periodi fine scribendum τοῖς ἐταίροις διεξήεις, non τοῖς ἑτέροις: hoc quoque a Platone. In eo, qui proxime sequitur, versus, Τρεῖς δ' ἀπομαζαμένοισι θεοὶ διδύασιν ἄμεινον, scribunt multi veteres codd. Τρεῖς δ' ἀποδεξαμένοισι. Quam παραδιόρθωσιν non dubito ab illis profectam, qui veram scripturam non intelligebant, pridem expositam nobis ad Theophrastum. Omnino enim ad veterem circumferendi et lustrandi ritum alludit poeta hujus versiculi auctor, sive is est Callimachus, sive Eratosthenes. Proprie id significatur hac paroemia, quod aliis verbis Cicero extulit, cum ait, *omnia levius casura rebus divinis procuratis*, de Divin. l. II. Longius deinde proverbii usus extendi coepit, et tunc quoque



usurpari, cum ad iterum fubeundum exhaustum jam labo-  
 rem hortari aliquem vellent. Sic hoc loco accipitur a Ti-  
 mocrate: eodem plane sensu, atque illud vulgo notum,  
*δὶς καὶ τρίς τὰ καλὰ*. Verebatur enim ille, ne grave esset  
 Athenaeo, longum adeo sermonem, narratum jam aliis,  
 retexere, et. ut poëta ait, *Αὐτίς ἀριζήλως εἰρημένα μν-* p. 8.  
*δολογεύειν*. Haec loci hujus mens, hic proverbii istius  
 usus: quod etiam confirmat anus illa, quae apud Anti-  
 phanem, comicum, stimulans ipsa sese ad bibendum, *Φέ-*  
*ρε*. inquit, *μέχρι τριῶν γάρ Φασι τιμᾶν τὲς θεές*. Ritui  
 circumlationis, quae voce *ἀπομάττεσθαι* declaratur, si-  
 milis fuit veterum illa superstitione, quae in XI. Geopon.  
 legitur, tergendis oculos tribus rosarum calyculis: quod  
 dixit ille auctor *τρισι ῥόδων κάλυξιν ἀπομάξασθαι τὰ ὄμ-*  
*ματα*. Similia his multa, item alia apud veteres, parum  
 iis observata. qui adeo absurdas versiculi hujus *παροιμιώ-*  
*δης* interpretationes sunt commenti. Proxima verba, *Εἶτα*  
*εἰσβάλλει μετ' ὀλίγον εἰς τὸν τῷ Λ. ἐπ.*, male tribuuntur ab  
 interprete [Dalech.] Timocrati, quasi Athenaei essent, quod  
 falsum est: sunt enim illius, qui haec excerpta excerptit  
 et contexit suo filo. Sic extremo argumento, *ἔτω γδὲν*  
*ἄρχεται*. Larensem suum plena manu dilaudans Athe-  
 naeus, hoc etiam nomine facit illum mirabilem, quod  
 inter disputandum de rebus obscuris cum suis sodalibus  
 nihil temere aut sine iudicio quaereret, sed mira quae-  
 stionum serie de singulis cum critica quadam et Socra-  
 tica scientia, ut qui maxime, interrogaret. Hoc sibi  
 volunt ista verba: *ἐκ ἀβασανίσως ἐδ' ἐν τῷ παρατυχόντος*  
*τὰς ζητήσεις ποιόμενος, ἀλλ', ὡς ἐνὶ μάλισσᾳ, μετὰ κριτι-*  
*κῆς τινος καὶ Σωκρατικῆς ἐπισήμης, ὡς πάντας θαυμάζειν*  
*τῶν ζητήσεων τὴν τήρησιν*. Quaenam est ista quaeso sci-  
 entia critica et Socratica? aut Socratem criticum quis  
 fando accepit unquam? In eo libro, quem de critica  
 fecimus, expositus est a nobis fufe hic locus: dicemus  
 tamen hic aliquid declarandae auctoris sententiae. Nem-  
 pe hoc significatur ab Athenaeo, fuisse in Larenfi ma-  
 gnam dialecticae cognitionem, magnamque praeceptorum  
 dialecticorum *τροιβήν* et usum. Ejus facultatis est, do-  
 cere nos, *πῶς δεῖ ἐρωτᾶν*, inquit Philosophus VIII. To-  
 pic. Est quippe ejusdem artis, viam ad recte interro-  
 gandum munire, cujus est, praeire ad bene responden-  
 dum. Scientiam vocat improprie, quae non est *ἐπισήμη*,  
 sed *δύναμις*, aut *τέχνη*, ut docent nos humanae sapien-  
 tiae promicondi peripatetici. Addit vero *κριτικὴν*, non



de illa utique sentiens critica, quae tot hodie passim rivales habet, unde critici dicti Eratosthenes, Aristarchus, Crates, alique veterum: neque de illa etiam animae κριτικῆ facultate, quae luculentis verbis in extremo Posteriorum est a philosopho descripta: sed de ea, quam diximus, disputandi arte, cuius partem alteram Stoici iudicium faciebant et vocabant. Sic Lucianus de Sectis, γυμνασάμενόν γε, inquit, πρότερον, καὶ κριτικὴν τῶν τοιούτων δύναμιν πορισάμενον. Atque haec est illa ars obstetricia, sive μαϊευτικῆ, quam in Socrate adeo praedicat Plato. Eὖ respexit Athenaeus, cum dialecticam vocaret Socraticam scientiam. Etiam apud dicendi magistros genus orationis invenias, quam proprie Socraticam veteres dixerunt, quod esset per interrogationem concepta. Demetrius Phalereus: Τὸ δὲ ἰδίως καλούμενον εἶδος Σωκρατικὸν μεταρρυθμίσειεν τῆτο τὸ πρᾶγμα τὸ προειρημένον εἰς ἐρωτησίαν, id est, *Illa, quae proprie dicitur, Socratica dicendi ratio in interrogationem converteret sententiam, quam aliter alii conciperent.* Praeterea appellat Larensem auctor Astropacum et ambidextrum, quod utramque linguam, Graecam dico et Latinam; calleret, atque utraque posset uti. Magnum videlicet illis temporibus videbatur, duabus linguis posse loqui: quod in nescio quo habitum loco miraculi refert Galenus: δίγλωττός τις, inquit, ἐλέγστο πάλαι, καὶ θαῦμα τῆτ' ἦν, ἄνθρωπος εἰς ἀκριβῶν διαλέκτας δύο· *bilinguis olim quidam dicebatur, eratque res miraculo mortalibus, homo unus duas exacte linguas tenens.* Haec Galenus in secundo de differ. puls. Quid obsecro dicturus, si patrum memoria revixisset, cum quidem cernebat, vel in una Lutetia quamplurimos omnium disciplinarum peritissimos viros non διγλώττας aut τριγλώττας, sed latine, graece, hebraice, chaldaice doctos? At enimvero tam immensum Dei O. M. donum, et peculiare seculi huius decus, non jam neglectu, sed contemptu et ignavia καὶ ἀφιλοκαλίᾳ nostra ne brevi amittamus, cautio est. Postea enim quam docentium culpa discipulorum ingenia ad λογομαχίας et funestas disputationum ἀπεραντολογίας sunt traducta, prorsus, quod olim Laco dixit, ἔρρει τὰ καλὰ. Sed inutilium querelarum desinamus, et ad Larensem laudes redeamus. Ait Athenaeus: ἔτι δὲ νόμων συναγωγὴν. ἃς ἔτι διδάσκουσιν. Inest orationi vitium: deest enim verbum, sine quo non potest esse ὁ λόγος ἀρτίπας· puta, ποιῆσαι, aut aliud simile. Imo vero ita scribendum est, ἔτι δὲ νόμους συναγαγεῖν, et paulo post,



ἤδη κατασειγασμένως· nam κατασειγασμένων in nostram editionem e MSS. male irrepsit. Quae sequuntur verba, ἔς ἔτι διδύσκουσι, Athenaei non esse, evincit particula ἔτι· neque enim sic esset locutus de re paucis ante instituta annis. Sunt vero abbreviatoris, qui post Justiniani tempora natus, et in liberalibus quam juris civilis studiis versatior, putavit falso, corpus legum, quae in utraque Roma et Beryti ipsius aetate docebantur, id ipsum esse, quod a Larenfi compositum ait Athenaeus. Nos non dubitamus, si quem Romanarum legum codicem Larenfis unquam composuit, delituisse eum in privatarum bibliothecarum, aut etiam fortasse propriae ipsius forulis. Nam si lucem vidissent illae pandectae, aut in juris scholas semel fuissent admittae, exstaret haud dubie illius hodieque in jurisconsultorum libris aliqua mentio: sicut perpetui edicti, quod a Salvio Juliano iisdem fere temporibus fuit compositum. Adrianus Turnebus, acerrimi iudicii vir et profundae eruditionis, emendabat olim ἔτι δὲ νόμων συναγωγῆς· ingeniosissima conjectura: quam equidem neque probem, neque improbem temere, priusquam doctiorum super ea fuerint habita comitia. Pin- p. 10.  
 darum dixit Eupolis comicus κατασειγᾶσθαι, id est, non solum legi, sed silentio quasi obrui a sui temporis hominibus. Certum est, dictum hoc fuisse ab Eupolide, corruptam suorum hominum disciplinam et vitam objurgante, quod mollia et lasciva aliorum poetarum erotopaignia Pindaricae Musae, hoc est, foedam plumbi scoriā puro puto auro anteponerent. Euclides, qui inter antiquissimos suppellectilis librariae collectores nominatur, Archon fuit Athenis non multo post institutum id genus magistratus. Is est enim, de quo exstat proverbium πρὸ Εὐκλείδου, vel ὑπὲρ Εὐκλείδου, quod nos multis exponimus et illustramus in nostro de proverbii libro. Lego deinde καὶ τὴν τὰ τέσσα διατηρήσαντα βιβλία Νηλέα, non τέτων. Unius enim, quod sciam, Aristotelis bibliotheca a Theophrasto prius possessa, ipsius dein Theophrasti testamento ad Neleum pervenit. Nota historia ex Strabone, Plutarcho, Diogene. Discas ex Strabone, quomodo illud παρ' ἑ μοx sit capiendum, et quam sit verum, emisse Ptolemaeum a Neleo aut ejus posteris libros philosophi.



## CAPUT TERTIUM.

*Indicantur errores aliquot qua librariorum, qua interpretum. εκατόμβη & ψευδώνυμος. Alcibiadis palmae Olympicae. Λεώφρων. Χῖον κεράμιον: vinum Chium: testa Attica. παραβοηθεῖν. Opum fructus maximus. Gellias Agrigentinus. πολωρεῖν et πολυωρεῖν, prava lectio apud Eustathium.*

Exposita Larenfis liberalitate, erga doctos munificentia, ait Athenaeus: Τοῖα τὰς εἶδει καὶ τὰς λοιπὰς εἶναι πλείους. Aut ego fallor, aut non est oratio ista Graeca. Scribo καὶ τῶν λοιπῶν. Potest et alia emendationis ratio iniri, mutata voce πλείους in πολλίτας. Falluntur interpretes, cum putant \*), haec, Τί μικρολογεῖς; ex aliquo poeta sumpta esse. Athenaei illa sunt: sequentia vero, Ἡλεῖχι τοι etc., summi vatium Ἰλιαδ. β. Cononem narrat auctor duabus maximis rebus ex animi sententia confectis εκατόμβην τῶν ὄντι θύσκι καὶ & ψευδωνύμως, vera hecatombe fecisse, non falso sic dicta. Intelligit centum boum sacrificium, non centum pecudum, ut visum interpretibus \*\*): ea vero est, quam auctor falsam hecatomben appellat: at vera, ut vult ille, et grammatici etiam scribunt, ἐξ εκατὸν κυρίως βοῶν γίνεται, ex solis bubus, iisque centum numero constat. Sed neque de ratione vocis hujus inter grammaticos, neque de illius usu inter auctores constat. Propterea est illud additum, καὶ & ψευδωνύμως. Exemplum hecatombae falso nomine sic dictae esto sacrificium, quod legimus aliquando fieri solitum ex centum ovibus et bove uno. Hesychius: Βάπρωρον· θυσία τις ἐξ εκατὸν προβάτων καὶ βοῦς ἐνός. Mox scribit auctor de Alcibiade, νικήσας ἄρματι πρῶτος καὶ δεύτερος καὶ τέταρτος, ex sententia Thucydidis, non Euripidis, quem tamen in hac re videtur sequi. Scriptum est a Thucydide, Alcibiadem ex ludis circensibus Olympicae solennitatis palmam reportasse. primam, secundam, et quartam. Euripides, ut observat Plutarchus, tertiam dixit loco quartae. Sic Euripides in eo cantico, cujus meminit Athenaeus: Σὲ

\*) [Putavit Dalechampius.]

\*\*) [Visum Daleshampio.]





δ' αἰεσομαι, ὃ Κλεινὸς παῖ· Καλὸν ἂ νίκα· κάλλισον, Ὁ μῆδεις ἄλλος Ἑλλάνων, Ἄρματι πρῶτα δραμεῖν, Καὶ δεύ-  
 τερα καὶ τρίτα. Leophronis nomen non Λεόφρων scri-  
 bendum, sed Λεώφρων, ut Λεωπρέπης et Λεώκριτος, alia-  
 que hominum Atheniensium ad hoc exemplum: aut Λαό-  
 φρων, ut Λαοσθένης. Leviculum hoc, illud non leve,  
 quod jam dicemus. Narrat deipnosophista, Ionem Chiium  
 tragicum Athenis coronatum contra suos antagonistas  
 ejusdem generis poëtas viritim cuique civium dedisse  
 Χῖον κεράμειον, *fictile Chium*. Neque interpretibus \*) ne-  
 que aliis viris doctis, qui hunc locum tractarunt, ulla  
 oborta mendii suspicio in his verbis. Ac fieri potest, ut  
 recte habeant. Acrius tamen cogitanti mihi de auctoris  
 mente videtur legendum Χῖς κεράμιον, *vini Chii plenum  
 fictile*, non Χῖον. Judicii hujus causas habeo istas: pri-  
 mum quod inter raræ cujusdam munificentiae exempla  
 recensetur hæc Ionis divisio. Egregiam vero liberali-  
 tatem, testis Atheniensis donare, populum celsi animi,  
 et altum adeo spirantem! Accedit eo, quod Chiarum  
 figlinarum tam altum apud veteres scriptores silentium,  
 quam frequens in eorum scriptis vini Chii habetur men-  
 tio. Quid, quod fictilium palma penes Athenienses fuit  
 illis temporibus? Qua de re vide infra c. XXII. Itaque  
 figulina Athenas ex Chio asportare, id vero fuisset, quod  
 Attici scurrae dicebant, Noctuam Athenas. Χῖς κερά-  
 μιον igitur, ut apud alios κάδος Χῖς. Hedyllus: Ἄλλὰ  
 κάδοις Χῖς με κατάβρεχε. Sed et Χῖον servari potest, ma-  
 nente ea, quam asserimus, sententia. Sic Χῖς κύλιξ  
 apud Hermippum pro Chii vini calyx, et Κλεωναῖται ὄξιδες  
 apud Aristophanem, *acetii Cleonaei acetabula*, et Machon,  
 Παρῆν ἔχων δύο Χῖα, Θάσια τέτταρα, nempe κεράμια. At-  
 que ita recitantur verba Athenaei in Aristoph. scholiis,  
 et apud Suidam non semel. In elegantissimis versibus  
 Antiphanis de usu opum legitimo scripsimus παραβοηθεῖν  
 ex libris pro περιβοηθεῖν, quod ante fuit: voce neque huic  
 loco apta, neque usu recepta. τὸ παραβοηθεῖν elegans  
 est et usu tritum verbum, de vicinis proprie usurpatum,  
 qui mutuas sibi operas opemque praestant, ut quemque  
 illorum premit necessitas. Postremorum versuum sen-  
 tentia neque in illis plene continetur, neque ab inter-  
 pretibus recte est expressa \*\*). Est autem hæc. Si ma-

\*) [Dalechamp. vertit *fictile Chium*.]

\*\*\*) [Voluptatem enim potionis atque cibi Omnes ex aequo perci-  
 pimus: at splendidis Quidem coenis non sedatur fames. *Dalech.*]



gnarum opum possessio nihil aliud earum dominis afferret commodi praeter illam, quae esu potuque percipitur, voluptatem: causam esse nullam, cur divitias quisquam expetat. Nam illam, quam diximus, voluptatem divitum inopumque ex aequo esse communem, pariterque ab utrisque percipi. Quippe sedari famem non qualitate exquisitarum dorum, sed conveniente cujuscunque alimenti quantitate. Quid est igitur, dicat aliquis, cur ἐν τοῖς μάλις αἰρετοῖς omnium suffragiis divitiae censeantur? Nempe hoc, quod possessores suos liberales, velint modo, praestant et munificos. Ex superioribus Antiphanis versibus et sermone Athenaei hanc esse paret sententiam. Nae dignus erat hic locus, qui pluribus a nobis exponeretur: est enim illustris et plane philosophicus. Similia legas apud Senecam multa, et in Theocriti Charitibus: quae inde petant studiosi. Malim deinde ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ Ἀκραγαντῖνος Γελλίας, non Τελλίας. Hic est ille mortalium munificentissimus Gellias, de cujus φιλοξενία et in omnes hospitalitate multa Diodorus Sic. l. XIII., nec pauciora Val. Max. l. IV. c. ult. Sic descripserat olim in ora sui codicis et Nicolaus Sturio Belgae, vir doctissimus. Caeterum quae hic narratur historia, paene ad verbum e l. XI. Timaei est desumpta. In ea historia nove dictum πάντας πυλωρῶν, pro *stare ad fores, ut omnes praetereuntes invites*. πυλωρεῖν est τῶν πυλῶν ὄραν ποιεῖν, *januae habere curam*: hic vero aliter, et, ut dixi, nove: imo, ut censeo, barbare. Assentior enim divino viro Adriano Turnebo, qui correxit olim πολυωρῶν, *omnes sua cura dignans et studio amplectens*. Bene, recte, ὑπέρευ! Eo verbo utitur Athenaeus et l. V.: ἐπολυῶρει ἔν αὐτὸν ὁ Ἀλέξανδρος, *καίπερ ὄντα τῷ βίῳ Φαῦλον*. Utitur et alibi eo verbo: id significat, praestare se liberalem et munificum erga aliquem. Aristeas, scriptor oppido antiquus: ὁ θεὸς πολυωρεῖ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, *χορηγῶν αὐτοῖς καὶ ὑγίειαν, καὶ εὐχαισθησίην, καὶ τὰ λοιπὰ*. Paene praetermiseram, quod praetermittendum tamen non est: Eufathium non semel aut iterum, sed saepius ex isto loco Telliā vocare istum virum, non Gelliā: ut scias, non hodie atque heri depravata esse Athenaei exemplaria.



## CAPUT QUARTUM.

*Clearchus Solensis. Emendantur Euripidis codices, πᾶν περίξ Φρονεῖν, λέγειν τὰ κύκλω. Locus Ciceronis illustratus. ἐλίττειν. Euripidis σιγματισμός. ὀνθύλευσις sive μονθύλευσις. βομβυθύλευειν. ὠραῖον et ἐραῖον. Charmi dicta exronuntur. τὰ ἀπὸ τῶν τραματοδέσμων γράμματα, τραματοδέσμοι et τραματοεῖς. Calliphanes ὁ τῆ Παραβρύκοντος. Scyathus insula. Canchae Pelorides. γύργαθοι ψηφισμάτων. Alia nonnulla.*


Εἰς omnibus Aristotelis discipulis nullus omnino est, unico si forte excepto Theophrasto, quem veteres pluris videantur fecisse, quam Solensem Clearchum: quem quidem affirmat disertè Josephus condiscipulorum suorum ἄδενος γεγονέναι δεύτερον. De hoc viro auctor loquitur, cum ita scribit: Ὁ τρεχέδειπνος φησι σοφιστῆς, Κλέαρχος φησι. Postremum verbum culpa librariorum in prioribus editionibus praetermissum fecit, ut putarent interpretes \*), Clearchum ab Athenaeo τρεχέδειπνον, ceu lautarum mensarum adfectam et gulae mancipium vocatum esse. Gratia magna scriptis codd., qui sapientissimum philosophum turpis calumniae exemerunt ignominia. Ita autem vertendum: *Sophista coenurum diligens adfectator ait, Clearchum narrare, etc.* Sunt verba brevioris. Sophistam τρεχέδειπνον intelligo Theodorum Cynulcum, cuius voracitas et λιχνεία multis operis hujusce locis perstringuntur. Ait Athenaeus: εἰς μὲν τὸν ἰχθύον, Ἦκω λιπῶν Αἰγαῖον ἀλευρὸν βάρδος. Est versus primus Troadum Euripidis. Ait: εἰς δὲ τὴν χορδὴν, Ἐλικτὰ, κούδεν ὑγιές. Euripidis versus est ex Andromacha, ubi sic legitur: Ἐλικτὰ, κούδεν ὑγιές, ἀλλὰ πάντα περίξ Φρονεῖντες: mendose dubio procul. Guilielmus Canterus, vir doctissimus, et, ni aliter esset superis visum, longiore vita dignissimus, emendabat ἀλλὰ πάντ' ἀπρίξ. Puto verius, quod venit nobis nunc primulum in mentem: — κούδεν ὑγιές, ἀλλὰ πᾶν περίξ Φρονεῖντες. Idem significant ἐλικτὰ Φρονεῖν, et πᾶν περίξ Φρονεῖν, habere consilia obliqua et curva, nec recta. Ita autem legisse in Euripide Plutarchum, postea observavimus. Locus est in I. de mal. Herod. 10.: τῆτο ἄν τις εἴποι πρὸς αὐτὸν, δολερά μὲν τὰ ῥήματα, δολερά δὲ τὰ

\*) [Putavit Dalechampius.]

Athen. P. III. T. I.




σχήματα τῶν Ἡροδότου λέγων, ἐλιπτά καὶ εἰδέν ὑγιές, ἀλλὰ  
 πᾶν περίξ. Usurpat iterum I. de comm. not. contra Stoi-  
 cos, et iterum elegantissime contra eosdem Stoicos: ἐφ'  
 ἕς, αἶτ, καὶ τὰ περι θεῶν καὶ θεότητος αὐτοῖς βιβλία συν-  
 τέτανται, ἐλιπτά καὶ εἰδέν ὑγιές, ἀλλὰ πᾶν περίξ ἐπαμπε-  
 χομένοις, καὶ ἀποκρυπτομένοις διὰ φόβον, ἄς ἔχσσι δόξας.  
 Cicero ad Atticum de Varrone: *Ego malle ad illum scri-  
 psisses, mihi illum satisfacere, non quo faceret, sed ut face-  
 ret, mirabiliter enim moratus est, sicut nosti.* ἐλιπτά καὶ  
 εἰδέν. Nullus in toto Cicerone magis perspicuus locus:  
 quem tamen docti viri, qui eum librum interpretati sunt,  
 omnes male coeperunt: non enim viderunt, de Varrone  
 potissimum usurpatum esse a Tullio locum istum Euripi-  
 dis, cum certum sit ex aliis earum epistolarum locis, de  
 Varronis in se animo non aliter Tullium fuisse persuasum.  
 Simile apud Aristotelem in Rhetoricis λέγειν τὰ κύκλω,  
 ambagibus uti, neque rem dicere ipsam: apud Lycophro-  
 nem ἐλιπτά κωτίλλειν, isto versu: Ἐλιπτά κωτίλλεσσα δυσ-  
 φράσως ἔπη. Sic accipit τὸ ἐλίπτειν Galenus non raro. L. VI.  
 de dogm. Hipp. et Plat.: ἄνω καὶ κάτω τὰς λόγους ἐλίπτειν,  
 ἀποσαφεῖν δὲ εἰδέν. In libro de miss. sangu. c. Eras.: οἱ δὲ  
 περιέπλεον μὲν ἄνω κάτω τὰς λόγους ἐλίπτοντες, ἐπέβαινον δὲ  
 εἰδέν. Ait: εἰς δὲ τὴν ἀνθυλευμένην τευθίδα, Σοφῆ, σοφῆ  
 σύ. Et si non memineram initio, ex qua tragoedia esset  
 hic versus, Euripidis tamen esse non dubitabam. Duo  
 in his tribus oculis animadvertēbam, poëtae illi admo-  
 dum familiaria, ut testantur veteres etiam critici. Obser-  
 vant illi, εὐεπίφορον esse Euripidem ad vocem σοφόν, ea-  
 que uti plurimum. Hoc igitur primum: deinde alterum,  
 ὁ σιγματισμός, fatale optimi poëtae vitium: ut in Medea,  
 Ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι· in Ione, Σὺ γάρ ἔσω-  
 σας τὸν σὸν, ὃν σῶσαι σ' ἐχρήν. Incidi postea in istum ver-  
 sum, percurrens ejus Andromacham: Σοφῆ, σοφῆ σύ·  
 κατθανεῖν δ' ὄμως σὲ δεῖ. Porro qualis ciborum paratura  
 fuerit ἀνθυλευσις five μονθυλευσις, (nam utrumque dici-  
 tur,) parum explicate docent nos Graeci grammatici. He-  
 sychius ἀνθυλευμένον ἄρτυμα interpretatur τὸ διασαγμέ-  
 νον, condimentum olei vel aceti guttis irroratum. Sed non  
 displicet viri, et graecarum literarum, et naturae totius  
 callentissimi, Conradi Gesneri conjectura, pro διασαγμέ-  
 νον scribentis διασαγαγμένον. Quod si doctis probemus,  
 erit ἀνθυλευμένη τευθίς, quae Antiphani σικτή nomi-  
 natur: eam interpretor *farctam*, et ἀνθυλευεῖν *indere impen-  
 sam* five *farctum*. Mirum condimenti genus excogitavit



interpres [Dalechamp.], qui sic vertit: *loligo atramento suo perfusi*. Nobis neque sapit condimentum, neque placet commentum. Quid? putavit doctiss. vir, *ὀνδυλεύειν* proprium esse habentium atramentum verbum, puta loliginum aut sepiarum? Atqui *σπλῆνα ὀπτὸν μεμονθυλευμένον* reperimus lib. sequente, et *νάρκην ὀνδυλευμένην*, et *ἄρνα σύμπικτον ὀνδυλευμένον* lib. VIII., in XIV. *γαστέρον ὀνδυλευμένον*, et Schol. Aristoph. in Equit. *καρύκη* interpretatur *κοιλίαν*, ἢ *ἴνῃ μοιθυλευτὴν καλῆσι*. L. autem VII. *ὑπόσφαγμα σπηίης* apud Hippocratem dicitur fuisse expofitum a nonnullis *τὸ μέλαν τῆς σπηίης*: id Dalecampius probavit, et ad *ὀνδυλεύειν* retulit. Haud sane debuit: nam Athenaeus ipse improbat, et longe aliter explicat. Lege ejus verba, et compone fodes prolatum ibi locum Alexidis de sepiarum conditura cum alio, qui eodem libro assertur ex eodem poëta, de loliginum *ὀνδυλεύσει*: intelliges, non aliud esse *ὀνδυλεύειν*, quam id, quod diximus. Doctissimus criticorum Hesychius, cum verbum *βομβυθυλεύειν* interpretatur *σὺν τῇ ὀνδυῷ ἀρτύειν*, duorum simul nos admonet: non aliud esse *βομβυθυλεύειν*, quam *ὀνδυλεύειν*, et hoc proprie significare cibos condire immixta onthio: quid autem per *ὀνδυον* intellexerit is grammaticus, vellem nos docuisset. Non enim id, opinor, quod Homericus cum *Ἰλιαδ. ψ.* tum alibi. Verius cenfeo, originem dedisse huic voci coloris aliquam similitudinem inter condimentum ita vocatum et veram *ὀνδυον*. Hesychii locum et mutilum et corruptum ita scribe: *βομβυθυλείματα, τὰ μαγειρικὰ ἀρτύματα περιττῶς κατεσκευασμένα· ἐνιοὶ τὸ σὺν τῇ ὀνδυῷ ἀρτύειν*. Ait: *εἰς δὲ τὸ ἐν τοῖς ἐψητοῖς ἄραϊον*: hoc est: cum in paropside pisciculis minutis plena inferretur falsamentum *ἄραϊον*. Ex l. III. discimus, et *ἄραϊον* et *ἄραϊον* genus aliquod falsamenti fuisse apud veteres: ut mirer interpretem [Dalechamp.] non necessario sine libris hoc loco rescribentem *ἄραϊα*. Subjectus versus Homeri est: *Οὐκ ἀπ' ἐμῆ σκεδάσις ὄχλον, ταλαπεῖριε πρέσβυ;* Facete *ὄχλον* vocat pisciculos, et minutos et viles, qui Graecis *ἐψητοί*. At vocabulo *πρέσβυ* innuitur non minus facete falsamentum factum e grandis cetis, et, quando capti sunt, vetulis. In omnibus libris postrema verba Homericus versus sunt omissa. Ego non dubito, integrum fuisse et pronunciatum, et ab auctore scriptum, eo, quem diximus, sensu. Ultimum p. 19, Charmi facetiarum exemplum est hoc. Illata anguilla, cui fuerat detracta cutis, dixit Charmus: *Ὁὐ προκαλυπτο-*



μένα βοσρυχάδεα. Scribendum βοσρυχάδεος. Est in Phoenissis Euripidis: Οὐ προκαλυπτομένα βοσρυχάδεος Ἀβροχὴ παρτίδος. Adi scholiasten. Addit Athenaeus, Larentis convivii plures Charmo similes interfuisse, ὡσπερ συμβολὰς κομίζοντας τὰ ἀπὸ τῶν σρωματοδέσμων γράμματα. Inepte prius editum σρωματοδεσμένων. Vocant Graeci σρωματοδέσμον stragulae vestis involucrum: b. Augustinus in XXII. de C. D. *colligatum involucrum*. Solitos veteres stragulam vestem pellibus involvere, et loris constringere, etiam jurisconsulti sunt testes, tit. de supellect. legata. *σρωματοδέσμος* involucrum ipsum est, non lorum. Appianus III. B. C. in proscriptionis historia: "Ἀντιον ἡ γυνὴ σρωματοδέσμῳ κτείλησε, καὶ ἐπέδησε τοῖς μισθῶ Φέρκοι. Similis apud Plutarchum historia de Cleopatra, quae et ipsa periculum fugiens stragulorum in modum involuta σρωματοδέσμῳ, exempta noxae, et ad Caesarem est delata. Constat autem ex veterum lectione, (id nos alibi fuisse probamus) et stragula superiora, et involucrum istud, quod antiquiores σρωματοδέσμον, recentiores σρωματεῖς vocarunt, variis coloribus distincta fere fuisse. Inde translatae eae dictiones ad res significandas varietate insignes: cuiusmodi fuit piscis σρωματεῖς dictus ob coloris aurei virgas per totum illius corpus productas, inquit Athenaeus l. VII. Similiter et viri docti excerpta sua ex variis auctoribus, aut propria etiam scripta, sed veterum reserta testimoniis, soliti *Σρωματοδέσμα* vel *Σρωματεῖς* appellare: ut Clemens Alexandrinus, Origenes, Plutarchus, alii. Pari ratione Mnaseas Colophonius, qui Paegniam ediderat, Σάλπις (nomen hoc est piscis diversi coloris maculis distincti) nomen invenit, διὰ τὸ ποικίλον τῆς συγκωγῆς, auctore Athenaeo. Ita hic accipio vocem σρωματοδέσμων, et τὰ ἀπὸ τῶν σρωματοδέσμων γράμματα interpretor veterum scriptorum χρείας, quas convivae symbolarum loco ex suis quisque adversariis promebant. Ipse auctor explicat se, scribens l. VII. in.: οἱ δειπνοσοφισταὶ πάντες συνεισηνεγκαν εἰς αὐτὰς τὰς ἐν βιβλίῳ συμβολὰς. Et in VIII. quoque ait idem, viros doctos ad Larentis convivia ventitantes praeter λογάρια nihil afferre solitos. Sed in hoc libro locus alius est, qui hanc istius esse sententiam luce meridiana clarius facit. Unus enim convivarum recitatis multis poetarum versibus, En, inquit, mercedem, quam domo huc attuli: ne quis putet, venisse me in hoc convivium nihil habentem, quod pendam στεγανοῖς loco. Vide infra c. VIII. Μεσ-



σήνιοι, apud quos futile commento eruditi viri existima-  
 tionem collegit Charmus, Messanii Siculi fuere, Roma-  
 nis dicti Mamertini, non Messenii in Peloponneso. Char-  
 mo similis Calliphanes, ὁ τῆ Παραβρύκοντος, inquit au- p. 16.  
 ctor, id est, qui solitus appellari *Parabrycontis*, filius vi-  
 delicet, ut Θεκυδίδης τῆ Ὀλόρα. Non erat caussa, cur  
 mutaret hanc lectionem Dalecampius, et membranarum  
 et Suidae suffragiis probatam. Parabrycon, ut Pararen-  
 chon apud Festum, *Non omnibus dormio*, et παραμασύν-  
 της pro parasito non semel in sequentibus libris. Transit  
 alio brevior, et ex Athenaeo locum describit insi-  
 gnam, quo indicatur, ubi optima quaeque edulia repe-  
 riantur. Exstant eadem paene verba apud Clementem  
 Alex. Paedag. l. II., ut dubium non sit, ex eodem ali-  
 quo vetustiore scriptore et Clementem et Athenaeum de-  
 sumpsisse. Adscribam verba Clementis, ut conferri pos-  
 sint: Οἱ δὲ ἐξυμνεῖν ἐκ αἰσχύνονται τὰς σφετέρως ἡδυπα-  
 θείας, τὰς ἐν τῷ πορθμῷ τῷ Σικελικῷ σμυραίνας πολυπρα-  
 γμονῶντες, καὶ τὰς ἐγχέλεις τὰς Μαιανδρείας καὶ τὰς ἐν Μή-  
 λω ἐρίφας, καὶ τὰς ἐν Σκεάδω κιστρεῖς, καὶ τὰς Πελωρίδας  
 κόγχας, καὶ τὰ ὄστρεα τὰ Ἀβυθηνά, ἔ παραλείποντες δὲ τὰς  
 ἐν Λιπάρη μαινίδας, εἰ δὲ τὴν γογγύλην τὴν Μαντινικὴν, ἀλλ'  
 εἰ δὲ τὰ παρὰ τοῖς Ἀσκραίοις τεύτλα. Omisit Clemens thyn-  
 norum ad Pachinum captorum τὰ ἡτριάα. Ita scriben-  
 dum, non τὰς ἡτριάας. Imperiti librarii αλ pro αι fae-  
 pissime scripserunt: ut paulo post ἰδάλας pro ἰδαίλας. Fre-  
 quens in his libris dictio ἡτριάα, apud Pollucem ἡτρίδια  
 τεμάχη, minus recte pro ἡτριάα. Mugilum nobilium pa-  
 tria Clementi Sceathus, et Polluci l. VI. c. X. ac nostro  
 Symaethus. Scribe ubique Σκυάδω per υ, aut Σκιάδω  
 per ι: nam utroque modo libri veteres. Martianus He-  
 racleota in periegesi jambicis versibus scripta: Καίνται δὲ  
 καὶ νησίδες αὐτῆ πλησίον, Σκύρος, Πεπάρηθος, Σκιάθος.  
 Mox: Νῆσον συνομιζέσι τὴν Σκύρον τε καὶ τὴν Σκιάθου  
 ἐκ Θράκης διαβάντες, ὡς λόγος, Πελοποννήσι. Insulae in  
 Aegeo nomen: et sub libri hujus finem Σκυάθιος οἶνος.  
 Plinius l. IV. et Ptolemaeus. Adjicit his καὶ τῶν ἀδό-  
 ξων δὲ τὰς Πελωρίδας κόγχας, id est, et inter ea, quae vi-  
 liora sunt, celebrabant deirnosophistae conchas Pelori. Non  
 dicit, inter conchas parvi aestimari, quae capiuntur ad  
 Pelorum: sunt enim Pelorides in genere concharum no-  
 biles. Sed inter ciborum genera conchae sunt ignobiles,  
 item maenides, et quaecunque deinceps hoc loco no-



minantur. Falluntur, et qui aliter interpretantur \*), et qui pro ἀδόξων volunt scribi ἐνδόξων. Proxime sequentia etiam verba. invitis omnibus Musis, tentata sunt ab interprete [Dalechamp.], qui pro γυργάδες ψηφισμάτων φέροντες legit γίγαρτα. Fidem hominum, quis fando audivit, aut legit usquam *vinacia plebiscitorum*? Si quid esset mutandum, scriberem ὄρμαδες ψηφ., signata et dominante in ea re voce. Theophrastus: ἔχων ἐχίνον ἐν τῷ προκοπῆν, καὶ ὄρμαδες γρχμιατιδῶν ἐν ταῖς χερσὶ. Sed nimis delicato palato fumus, si non ferimus hic τὸ γυργάδες. Ita proprie dicuntur reticula, quibus usi veteres in portando pane, et aliis id genus, ut dictum nobis alibi. At facetissimus Aristophanes gestare ait suos

P. 17. cives ψηφισμάτων non ἐχίνους aut ὄρμαδες, verum γυργάδες, perstringens vel in universum Athenienses, ut litibus et judiciis deditos nimis: quod nemo nescit, qui historiam Atticam non plane ignorat: vel privatim demagogos, qui in legibus et senatusconsultis figendis ac refigendis erant toti. Porro exstat hic ipse Aristophanis locus apud Iul. Poll. l. X. c. XXXV., ubi tractans de vasis ad usum fori, προσδετέον, ait, τέτοις καὶ γύργαδου καὶ θάκης Ἄριστοφάνους ἐν Δαιπαλεῦσιν εἰπόντος, Ἡ μὴ δεικῶν τε γύργαδος, ψηφισμάτων τε θάκης. Archestratus, ganeonum infamis lanista. non malus alioquin poëta, dicitur auctori Συρακῆσιος ἢ Γελῶος. Scripti habent γελῶος: male, sed potest etiam Γελῶος scribi. Vide Stephani Ἑθνικά. Huius poëma non Γασρονομία vel Δειπνολογία, ut hic, sed Γασρολογία nuncupatur l. VII. ex Lycophrone de comœdia: fuit de cibis et gulæ irritamentis.

---

C A P U T Q U I N T U M.

*Platonis contubernium: ούσσιτοι, ἑμοσίπυοι, ὀμόκαποι et κοινόβιοι Jupiter Ἀπόμυιος in Elide, et sacrificium Eleorum perdendis muscis, δέμας pro*

\*) [Dalech. vertit: ex vilibus conchis Peloridas (multum in pre habebant commendabantque).]





*virili membro. Eustathii incogitantia. πλεκτὴ πε-  
λύποδος. ἐθέλειν pro πεφυκέναι. ἐπιήρανος εἶναι.  
nervus obscœna notione. Hieronymi locus. ῥα-  
Φαδίνωσις, poenâ adulterii apud Athenienses, κατ-  
έχειν pro meminisse. Digiti ἰδαῖοι. Locorum aliquot  
emendationes.*


Reprehendit Archestratum Athenaeus, auctorem ejus  
sententiae, quae summum convivarum numerum statuebat  
non ultra quinque: opponit hujus judicio auctoritatem  
Platonis, in cujus συσσίτιω octo et viginti ipsos ait fuisse,  
Hunc numerum probant membranæ, et nos cum illis.  
συσσίτιον est contubernium, et hominum eadem quadra  
viventium coetus. Consortes ejusdem συσσίτις Charon-  
das in legibus suis ὁμοσιπύς, Epimenides Cretensis ὁμο-  
πάς, Pythagoras κοινοβίς dixere. Interpretes \*)  
de convivio Platonis haec interpretati auctorem men-  
dacii reum fecerunt, securi nimis tam de sua quam  
illius existimatione. In Platonis dialogo, cui e re Con-  
vivio est nomen inditum, plures decem aut duodecim  
convivas posse numerari, pernego. Mox pro καὶ ἐπάγει  
membranæ καὶ συνάγει: non probo, nisi aliud quid hic  
latet. Quae de Olympiacis muscis in Antiphanis versibus  
leguntur, planiora profecto essent, si apud auctorem  
ipsum, Athenaeum dico, nobis legerentur: eclogarius  
cum ista sic concideret, sui, opinor, aliquam, nostri non  
magnam rationem habuit. Sed obscuritatis alia accessit  
caussa, supinitas librariorum, qui omnia inquinarunt:  
nam in membranis non τὰς ἀκλήτας, sed τοὺς ἀκλήτους  
scriptum. Sequamur nos illam lucis scintillam, et ita  
corrigamus: Ἄει δὲ, ὡς περ Ὀλυμπιάσιν Φασὶ ταῖς μυῖαις  
ποιεῖν, Βοῦν τοῖς ἀκλήτοις προκατακόπτειν πανταχῶ. Pro- p. 18.  
ferebat ista apud poëtam patronus aliquis umbrarum et  
eorum, qui invocati veniunt ad convivia: neque alia sine  
nunc apud Athenaeum recitantur: quod ex praecedenti-  
bus manifestissimum. Ait igitur, bonum factum fore, si  
isti alieno sumptu alantur, fiatque illis, quod solet muscis  
Olympiae: hoc est, ut non prius incantur ab iis, qui vo-  
lunt una esse, convivia, quam in gratiam parasitorum

\*) [ignarus, in convivio Platonis fuisse octo et viginti. Dalecb.]



bovem mactaverint. Hoc enim illud est, quod fieri ait muscis Olympiae. Plinius l. XXIX. c. VI. de muscis loquens: *Nullum animal minus docile existimatur, minorisve intellectus: eo mirabilius est, Olympiae sacro certamine nubes earum, immolato tauro deo, quem Myiodem vocant, extra territorium id abire.* Religionis originem narrat Pausanias in Eliacis: traditum ab Hercule institutum tenuisse Eleos, et Jovem cognomento Ἀπόμυιον, coluisse, ἐλαύνοντα τῆς Ἡλείας Ὀλυμπίας τὰς μυίας. Alius deus Myiagrus ab iisdem Eleis cultus, referente eodem Plinio l. X. c. XXVIII., aut, si non est alius a Myiode Myiagrus, parum sibi constat Plinius. Illud admodum suave, quod sacrificium in honorem Jovis, muscarum averruncatoris, fieri solitum sic iste interpretatur, quasi in illarum gratiam fieret: ut esset muscis, unde laute et daptice accipiantur. In Platonis comici proximo loco claudit hic versus: Ἐπὶ θύνον; κικῆν τῆς τελευτῆς πολύ. Scribe τελευταίας, vel παρὰ πολύ: notum eruditis genus dicendi. Sequentem versum ἐνταυθοῖ postulant hellenismus et lex metri pro ἐνταυθα. Suadet mox Philoxenus, edi bulbos a convivis quam plurimos: deinde consilii huius rationem reddit, et utilitatem exponit: τὸ γὰρ δέμας..... ἀνορθοῖ. In vacuo spacio deest vox, quam neque exarati manu codd. habent. Imitemur nos sapientissimam naturam, quae pati vacuum non potest. Scribendum aio τὸ γὰρ δέμας ἔτος ἀνορθοῖ, vel ἀνδρὸς ἀν. Utere, inquit, bulbis multis: conducunt enim rationibus Veneris. Cave credas, bulborum esu corpus firmari, quod aiunt interpretes \*). Facere ad Ἀφροδίσια ἔργα, quis nescit? Sed Dalecampium fefellit vox δέμας, poëtice hic posita pro viri natura. Consuleret Eustathium, cujus sunt haec: οἱ σεμνότεροι δέμας τὸ αἰδοῖον καλεῖσι καὶ κατῆρξεν εἰς τῆτο Πλάτων ὁ κωμικός περὶ βολβῶ, ὃς πολὺς ἐν Ἀθήναις φέρεται, ὅτι τὸ δέμας ἀνορθοῖ τῆτ' ἔσι, τὸ αἰδοῖον ἐκτείνει. Haec ille, ubi vides ejus incogitantiam; tribuit enim Platoni Philoxeni versus, quia illos Plato in una suarum comoediarum descripserat. Scribo paulo post Περλύποδος πλεκτῆν δ' ὅν ἐπεὶ λήψῃ κατὰ καιρόν· et si potest ferri πλεκτῆ. Poëticum vocabulum est πλεκτῆ pro πλεκτάνῃ· et πλεκτῆ πολύποδος poëtica periphrasis est, *cirrus polypodis*, pro polypus. βίη Ἡρακλέως, Hercules: *sententia Catonis*, Cato. De mullo canit Phi-

\*) [Dalechamp. vertit: — multos ede: corpora firmant.]



loxenus: Τρίγλη δ' ἐν ἐδέλει νεύρων ἐπιήρανος εἶναι. Negat, esse Veneri amicum. Studiosi lectionis Platonis agnoscunt genus dicendi Atticum, ἐν ἐδέλει, id est, ἐπέφυκε, non ea est indoles illius et natura. ἐπιήρανος εἶναι, adjuvare, p. 19. favere. Homerus: ἐπίηρα φέρειν, vel ἦρα. Interpres accepit pro ἐπήβολος εἶναι, et νεῦρα funem interpretatur \*). Tu cape, ut in illo Juvenalis, — *mensura incognita nervi*: et apud Hippocratem μωρὰ νεῦρα, quae non possunt ἐπαίρεσθαι et in proverbio, Οὐδέν σ' ὀνήσει βολβός, ἂν μὴ νεῦρ' ἔχης. Ita interpretor in Theopompī comici versu ap. Polluc., "Ἀπνεξ, ἄνευρος, ἀσθενής, ἀνέντατος. Hinc Aristophanί νευερῶσθαι pro σύειν. Eustathius: δοκεῖ καὶ ἡ τρίγλη ἄστυς εἶναι, ὡς δῆλον ἐκ τῆ, ἐν ἐδέλει νεύρων ἐπιήρανος εἶναι ἤγαν ἐράστρια τῆ κατ' ἀνθρώπου σπερματικῆ νεύρα. Propter istam nervi significationem κακωφάτως et comice loqui censet doctissimus Hieronymus, qui dicit cum Terentio *nervos intende*. Hoc nomine dat illi poenas Ruffinus Presbyter. Dixerat Ruffinus: *Quid tibi videtur? habesne ultra aliquid, quo nervos tuae loquacitatis intendas?* Excipit Hieronymus: *Et indignaris, si putide te loqui arguam? cum comoediarum turpitudines, et scortorum amatorumque ludicra ecclesiasticus scriptor assumas?* Totius reprehensionis cardo vertitur in ea notione vocis *nervos*, quam diximus. Auctor vitae Origenis: Φασίν, αὐτὸν νεῦρον ἀποτεταμημέναι διὰ τὸ μὴ ἠδονῆ παρενοχλεῖσθαι. Igitur nullus quidem auctore Philoxeno Venerem nihil adjuvat: scorpius vero piscis etiam exstinguit penitus. Addit namque: Σκορπίος αὖ παύσειέ γε σᾶ τὸν πρωκτὸν ὑπελθών· id est, *scorpius instar pessi per anum subiens facile exstinguat in te Venerem*, sive νεύρα τάσιν, aut simile quid. Legibus Atheniensium adulteri ἐν ἔργῳ deprehensi poena fuit ραφανίδωσις. Raphani loco utebantur nonnunquam mugile pisce, interdum scorpione. De mugile notum illud Juvenalis: — *quosdam moechos et mugilis intrat*. Scorpione quoque abusus in eam rem veteres, colligimus ex hoc loco. Nam quid aliud dicamus significare ista, τὸν πρωκτὸν ὑπελθών; Virum eruditum [Dalech.], qui vertit *in ventrem delapsus*, pudeat facti, si reviviscat. Lepidissima sequitur jam historia ex Chrysippo descripta, in qua praeter illa, quae ex libris correximus, sunt nobis quaedam animadvertenda. Ἐγὼ κατέχω, inquit, τινὰ ὀψοφάγον. Dalec.: *Domi lurconem habeo*. Imo vero me-

\*) [Dalechamp. vertit: *Jam nullus nullo vult sese fune ligari.*]



*mini.* Latini *repto*, ut Sueton. et Plin. in ep. saepe, item jurisconfulti passim: vel *teneo*, ut A. Gellius: vel *detineo*, ut ad Herenn. l. III., *si formam ejus detinebimus*, εἰ τὸ εἶδος αὐτῆ κατέξομεν, vel κρατήσομεν: nam et κρατῶ idem, libro VII. κρατῶ καὶ τῆς λέξεως. At κατέχω usus et Theophr. in editis nuper a nobis: καὶ τῶν Ὀμήρου ἐπῶν τῆτο ἔν μόνον κατέχειν. Lycophron Menedemo: Δείπνον ἔδδεν τοῖστων κατέχω δεδειπνηκῶς. Infra l. VI.: ἔδδὲ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀσμάτων κατέχειν. Sic accipiendum esse hic, probant sequentia, ἔφασαν γὰρ αὐτόν. Ita igitur vertendum erat: *Memoria teneo, turconem quendam fuisse, quem tantum aberat ut aliorum puderet, quoties ingenio uteretur, ut palam in balneis manum in calentem demittens aquam, assuefaceret calidis, et os quoque calida collueret, eo videlicet sine, ut minus ipsi calidi cibi essent molesti.* Scitum hunc narrabant coquos clam demereri, ut omnia mensis quam calidissima inferrent, ut cuncta solus ipse comederet, cum non possent caeteri praecuntem sequi. Negatio hoc loco, ἐπὶ τοῖστων ἐκπεπτωκότα τῆ μὴ ἐντρέψοθαι, sine damno sententiae, ut et alibi, potest abesse: ἐκπεπτωκῶς τῆ ἐντρέψοθαι, alienus ab omni pudore, impudentissimus. Illis versibus, qui ex Crobylo huic narrationi subjunguntur, gloriatur belluo quidam, habere se πρὸς τὰ θερμὰ τὰς δακτύλους δῆκασεν ἰδαίως. Scriptum erat ἰδαίως, quae vox graeca non est: vera lectio ex MSS. et Suida revocata in suum locum. Is grammaticus τὸ ἰδαίως exponit ψυχρὸς, frigidus. An, quia putabat deriuatam ab Ἰδη vocem, quod nomen est apud geographos Phrygii montis, apud poëtas cujusvis? Certum est, alludere poëtam ad Idaeos Dactylos, quorum nota industria et inventa. Sic nominatos scribunt a strenuitate ministerii, quod matrideum exhibebant: ὅτι καὶ οἱ τῆς χειρὸς δάκτυλοι τεχνῖται τε καὶ πάντων ἐργάται, Pollux inquit. Itaque digiti ἰδαῖοι sunt exercitati et docti. Sunt e veteribus, qui tradant, ferri metallum ab istis primum in Ida monte fuisse inventum. Quid si igitur digitos ἰδαίως hic ferreos interpretemur? Turnebum ita olim interpretatum esse, accepimus. Scripsimus εἰθ' ἔτιως ἀνακάψαντα εὐωχέσθαι, fidem secuti MSS. ἀνακάπτειν *deglutire*. Malim ἀνακάπτουτα. Priores editiones et interpretes \*) ἀνακάμψαντα, *domum re-*

\*) [ — ipsumque alienas aedes ingressum, posteaquam cibos aliis coctos injectis, quae opus forent, condivisset, reverti consuevisse, ut cum illis epularetur. *Dalecb.*]



*versum*, quod non damno. Vocem οἶνον paulo ante Suidas non habet, et quam bene inter ἠδύσματα vinum recensetur, viderint οἱ περὶ ταῦτα δεινοί.


## CAPUT SEXTUM.

*Explicantur voces ἐλυτρεῖν, περιπεταλεῖν, γανῆν, κωνίσειν sive κωνίσειν. Foculorum inventum ad orfiorum in mensa calefactionem. Senecae locus, ἐσχαρίδες, arulae. Θαύματα. Cyclops Philoxeni. Apicii tres. Apiciana condimenta. Suidae peccata multa. Subadjuvae.*

Lepidissima historia est, quam refert ex Clearcho Athenaeus, de Pithyllo Liguritore: qui ut cibos quam ferventissimos posset vorare sine offensione linguae, non solum membraneo tegmine eam involvebat, sed hoc amplius crustam illi ceu lorica inducebat. Sic interpretamur τὸ προσελυτρεῖν. Ac placebat initio scribi ἀλλὰ καὶ πρὸς ἐλυτρεῖν τὴν γλωτταν. Sed vulgatam lectionem habet Suidas, et in Πιθυλλος, et in περιγλωττίς. Proprie ἐλυτρον est involucrum alicujus rei, aut theca, ut in Sympos. Plutarchi, κυλιχίων ἀργυρῶν ξυλίνοις ἐγχειμένων ἐλύτροις. In ferm. V. Stob. quidam populus narratur τὰ κέρμαα τῶν χρησηρίων χρυσοῖς ἐλύτροις φυλάττειν, in thecis aureis servare testacea vasa, non oracula, ut inepte vertunt. At in hac narratione ἐλυτρεῖν accipimus pro incrustare, sicut fit in sigulinis vasis: Galli hoc dicunt *vernifser*: Graeci proprie περιπεταλεῖν: accrescit enim tenuis operi crusta, quam πέταλον appellarunt: non semper enim laminam ea vox designat, interdum bracteam potius. Sanctissimus pater Chrysost. in eam Pauli Apost. ad Coloss.: ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς χρυσεῖν ἔχει τὸ γένειον, τῶν περὶ ταῦτα p. 21, δεινῶν, καὶ ἄπερ τῆ πρόκη, ἔτω καὶ ταῖς ἐκείνῃς θριξίν ἐνεπιστόντων τὰ πέταλα τῆ χρυσεῖ. Videtur Persarum rex non veris laminis barbae pilos involvisse: verum bracteae aureae illitu aureum colorem barbae conciliaffe. Interpretamen Hervetus, vir eruditus, aliter accipit: de quo iudicium esto lectorum: nam ab illo stat verbum ἐνεπιστόντων, laminae potius quam bracteae conveniens. Sed non desunt auctorum loci, ubi πέταλον de bracteis acci-



piendum necessario, non laminis. Inde est περιπεταλῶν dictum: quod verbum confundit Glossarii auctor cum alio affinis significationis, γανῶν. Sic ille: *stagnō, περιπεταλῶ, γανῶ, λιμνάζω. γανῶ, stagnō, γανωτής, stagnator.* Nescivit distinguere inter *stagnō* et *stanno*: siquidem ita scripsit. Deinde aliud est περιπετάλωσις, figulinae, ut puto, vocabulum, aliud γάνωσις. Vasa aerea, sicut et fictilia, stanno illinebant, ut argenta viderentur. κασσιτέρω ἀλείφειν hoc dixerunt, et γανοῦν. Eustathius: Τὸ γανῶσθαι λαβῆσα ἐξ Ὀμήρου καὶ ἡ χυδαία γλῶσσα ἐπιλέγει αὐτὸ χαλκώμασιν, ἃ κασσιτερος ἀλείφων χρώζει πρὸς ἀργυρωμάτων ὑπόκρισιν· γεγανωμένα γὰρ καὶ αὐτὰ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν λέγεται. Sed aliam γανώσεως causam asserit Plin. l. XXIV.: *stannum, ait, illitum aereis vasis, saporem facit gratiosum, et compescit virus aeruginis.* Inventum est antiquissimum, etiam ante Homeri tempora. Eustath. ad Il. ψ.: Δηλοῖ δ' ἐν τῷ ἡ ἀμφιδίνησις τῆ κασσιτερίνης χεύματος τὸ γάνωμα, ὅπερ ἐπινενόηται πρὸς ἀργύρου ὑποκόρισμα. In libris medicorum legas saepe vasa γεγανωμένα vel ἀγάνωτα, et apud Dioscoridem κεκασσιτερωμένα. Fictilia vero antiqui κώνω, id est, pice liquida illinebant. Picationis causam declarat Alexander in probl., ne liquorem infusum aestate exsudent: qui aliam causam comminiscuntur, errant. Vasorum πισσωτῶν et ἀπισσωτῶν, et κωνισῶν καὶ ἀκωνίσων frequenter medici meminere. In XI. Georon. ἀκωνίσα scriptum. In XII. scribo ἐν κεραμείοις ἀχρῆσις, non illitis: non, ut editum est, ἀχρήσις. Reperio in libris Hebraeorum etiam **שֵׁטֶן לַיּוֹצֵר הַכֶּסֶף** argentum testae illitum: quo artificio hodie non est opus, cum incrustatione ea, quae fit martiae coctae oblitu, fictilia porcellanas aemulentur, quibus nullum ἀργύρωμα, si sapiam, praetulerim. Τὸ γανῶν venuste ad alia transferunt scriptores. Plutarchus epitheta vocat orationis γανώματα l. V. Sympos. loquens de Empedocle: ἡ καλλιγραφίας ἕνεκα τοῖς εὐπροσωποτάτοις τῶν ἐπιθέτων ὡσπερ ἀνθηροῖς χρώμασι τὰ πράγματα γανῶν εἰωθότος. Clemens Alex.: ἐπεισδυσάμενος τὸ γάνωμα τῆς δόξης· idem alibi: ἐν ᾧ ἐνευσχάρηκε τὸ γάνωμα τῆς θεοσεβείας. Alexis in Πονήρῃ de falsamenti paratura ἐπιγανῶσαι σιλῶν· alii ποιηταὶ ἀπαγλαΐζειν eodem sensu. Ut ad pensum redeamus: non solum Pithyllum, sed omnes gulae proceres ferventes cibi olim juvabant. Seneca epist. XCV.: *Quid? illa purulenta, et quae tantum non ab ipso igne in os transferruntur, judicas sine noxa in ipsis visceribus exstingui?* Ea



fine foculi sunt inventi, quibus in mensam pruna defer- p. 22.  
tur. Seneca epist. LXXXV.: *Circa coenationem ejus tu-  
multus coquorum est, ipsos cum obsoniis focos transferen-  
tium: hoc enim jam luxuria commenta est. Ne quis inte-  
pescat cibus, ne quid palato jam calloso parum ferveat, coe-  
nam culina prosequitur.* Sic loquitur, quasi ipsius aetate  
foculorum usus cepisset: quod non ita est: neque sic ejus  
verba accipienda. Apud Aristophanem Acharn. cupiens  
quidam inspectam anguillam posse statim vorare, *δμῶες*,  
ait, *ἐξενέγκατε τὴν ἐσχάραν μοι δεῦρο καὶ τὴν ῥιπίδα*, id  
est, *heus famuli, ex aedibus huc afferte foculum et flabellum.*  
Ait ibi graecus interpres, dici vulgo hoc genus *ἐσχάρας*  
*ἄρσλαν*, hoc est, *arulam*. Hesychius recte interpretatur  
*πυροφόρον σκεῦος*. Clemens quoque Alex. inter luxus in-  
strumenta *ἐσχαρίδας ἀφροδίσκων* recenset. Potest de his in-  
telligi versus Plauti in Capt.: *Laridum atque epulas foveri  
foculis ferventibus.* Meminit et Plutarchus in Craffo, sed  
in diverso usu, cujus aliud exemplum apud Tullium in  
ea pro domo sua. Mox Aristotelis locum sic melius ver-  
tas: *Qui in circulis conciones habent, totumque diem prae-  
stigiis spectant, et cum iis sunt, qui e Phasi vel Borysthene  
huc appellant: legunt autem nihil quicquam, nisi forte  
Coenam Philoxeni, nec eam quidem totam* \*). τὰ θαύματα  
esse praestigiatorum officinas et θαυματοποιίας, deceptos-  
que per saepe in ea voce fuisse interpretes, et Athenaei,  
et aliorum auctorum, monebamus in Comm. Theophras-  
ti. Scribo autem cum Dalecampio: *πλὴν εἰ τὸ Φιλοξένου  
δειπνον, καὶ τὸτο ἔχ ὅλον, vel ἔχ ὅλον εἰδὲ τὸτο.* Inge-  
niosum fuit illud Philoxeni commentum, quod ex Phania  
hic describitur. In ea narratione non concōquo ista: *τὴν  
δέ ποτε ἠρωτημένην ἐκ ἀποκεκρίσθαι, διότι νεωτέρα αἰολίη·  
διὸ μὴ παρακολεθεῖν.* Negat, pusillum hunc mullum Phi-  
loxeno responsum petenti voluisse dare. Quod verum  
esse negamus nos. Quid? nonne clara illius responsio  
videtur tibi inesse in his verbis, *διότι νεωτέρα αἰολίη· διὸ  
μὴ παρακολεθεῖν*, et sequentibus? Mihi quidem videtur.  
Scripturus Philoxenus de amoribus Cyclopi et Galateae,  
mullillum sibi appositum de rebus Nelei, Galateae patris,  
interrogavit: is respondet tandem, se juvenem captum

\*) Idem et alicubi scripsit, eos, qui ad populum concionantur,  
diem totum absumere in orbis miraculis, dum cum iis fabu-  
lantur, qui e Borysthene vel Phasi reduces appulerunt, ipsi ve-  
ro nihil eorum, quae literis prodita sunt, legunt aut discunt,  
nisi forte Philoxeni coenam, atque illam non totam. Dalech.]



esse: propterea interesse iis rebus non potuisse, neque ea scire, quae sciscitaretur Philoxenus: at illum alterum scire grandem natu mullum, qui Dionysio esset appositus: eum igitur interrogaret. Omnino sic sunt ista accipienda, tollendaque negatio ante ἀποκρίσθαι. Lego: τὴν δὲ πολλάκις ἠρωτημένην οἱ ἀποκρίσθαι, διότι νεωτέρα ἀλοίη. Non est hic τὸ διότι particula αἰτιατικὴ, sed pro ὅτι accipitur, ut saepe. De Cyclope autem Philoxeni eadem Athenaeo Aelianus V. H. l. XII. c. XLIV. Scholiastes Aristoph. aliter in illa e Pluto: Ἰφριττανελοῦ τὸν Κύκλωπα μιμῶμενος. Subjicit auctor excerptorum narrationi huic aliam non dissimilis ganeonis, aut etiam deterioris, Apicii. Tres Roma tulit Apicios, gulae studio omnes p. 23. infames. Horum trium duos unicus Athenaeus nobis tradit. Primus is est, qui vixit cum Rutilio Rufo, qui nomen dedit anno u. DCXLIX. et aliquot annis post, adnitente vel occasionem certe praebente Apicio isto, in exilium est actus. Alter in majore fama et fuit vivus, et nunc quoque est, quam ut pluribus sit nobis indicandus. Sub Tiberio vixisse eum, narrat hic auctor, et consentiunt Seneca Consol. ad Albinam matrem et alibi, Plinius l. XIX. c. VIII. et Dio Nicaeus l. LVII. Fortasse hic est, de quo scripserat Appion grammaticus, cujus librum Περὶ τῆς Ἀπικίης τρυφῆς laudat noster in l. VII. Tertius, sicut et primus, Athenaeo soli memoriam nominis sui debet. Vixit sub Trajano, ut statim sequitur. Non enim possumus de lectione nostrorum librorum dubitare, cum Suidas in voce ὄσρεα non aliter eum describat. Errant, qui duos fuisse Apicios scribunt: vide ad l. IV. De nomine primi Apicii scribit auctor fuisse nominatas placentas Apicias, divisas in γένη πολλά, id est, species. In hoc potissimum deliciarum genere gulae proceres studium posuisse, alibi docemus. Caeterum placentas Apicianas alibi quam apud hunc l. XIV. legere adhuc non memini, sed condimenta. Tertullianus de anima: *Si ita iudicabitur, nonne illa anima plus solatii quam supplicii relatura est, quod funus inter coquos preciosissimos invenit, quo condimentis Apicianis et Lurconianis humatur?* De Apicio loquens auctor meminit Minturnarum, et urbem Campaniae esse scribit: recte, ut notum ex Geographis. Olim tamen Κιντάρους hic fuit scriptum: itaque Suidam legisse certum est. Sed quam saepe isti cucullato grammatico depravati codices errandi ansam praebuerint, scimus nos, qui in ejus libris multas hoc genus culpas observavimus:





ut cum Φοιτάλιος male apud Sophoclem legit pro Φυτάλιος cum apud Pindarum Φρήμας δι' αἰθέρος pro ἑρήμας apud Theocritum ἐῆτα κοιλιδιῶντες pro κυλοιδιῶντες in veteri epigrammate ὑσίνοιο θέρισρα pro ὑσύνιοιο. Pari stupore, (cur enim non dicam ligonem ligonem?) συνώλια alibi legit et probavit pro ἀσνώλια, et ἱεβάδιεβος pro σαβάδιεβος, *subadjuva*. Nam ea voce usi necessario et Graeci, ut Synesius ep. CXLV., quo putem respexisse Suidam, sed vitioso codice usum. Subadjuvarum mentio in Notitia Imperii. Mitto nunc alia sane quam multa generis huius peccata Suidae, partim notata jam aliis, partim nobis alibi. Scribo ὁ δ' ἰδὼν ἐπίθετο, εἰ μείζους ἐπέχρησται, restituta negatione, quae occasione proxime praecedentis syllabae est omissa.

## CAPUT SEPTIMUM.

*Corriguntur aliquam multi loci. κωλήν Ἀριστοξένειος. ἀποζέσαι, fervescere. Myconii. χάλις, χαλί- κρητον μέθυ, οἶνος κεκερασμένος ἀκρεατος. Φαγεῖν ἀμαχος. παρὰ pro περὶ, et contra. Jamblichii mendae aliquot indicatae et sublatae.*

Tertullianus quidem antiquos philosophos gloriae animalia vocabat, scite et vere nimis, si paucos admodum excipias: sed et gulae animalia non minore appelles jure plerosque eorum: Epicureos utique et Cyrenaicos sive Aristippeos. Talis ille fuit Aristoxenus, de quo Athenaeus: ὁ δ' ἔ καὶ κωλήν τις καλεῖται Ἀριστόξενος, ἰδίως σκευαζόμενος. Legendum vero Ἀριστοξένειος. Nam alienissimum est ab auctoris mente, quod finxere interpretes \*), quasi fuerit Aristoxenus cognominatus Κωλήν. Hoc Athenaeus non dicit: sed genus quoddam κωλήνων singulari modo, nescio quo, paratorum, Aristoxeneum ab eo denominatum esse. κωλήν Ἀριστοξένειος sic dictus, ut πλακῆς Φιλοξένειος, de quo fecit modo mentionem. Ubi Nicomedem auctor nominat, scribe Νικουκίδει τῷ Βιδυνῶν βρασιλεῖ, non τῷ Βιδυνῶ τῷ β., ex usu linguae et melioribus Suidae libris. In tercio Euphronis comici versuum, Ὅδον ἀπέχοντι πρῶτον ἡμερῶν ποτε, offendit me vox πρῶ-

\*) [Finxit Dalech.]



τον, et omnino, si quid judico, corrupta ea est. Cor-  
 rigo sine dubio πρὸς ἄριστον. Erat tum Nicomedes in  
 Scythia, quae regio est ultra Pontum, versus aquilonem.  
 Fuisse in Scythia, probat sequens versiculus: Περὶ τὴν  
 Σκυθίαν ἔλυσε τὴν ἐπιθυμίαν. Ergo πρὸς ἄριστον. Versu  
 nono legit Dalecampius Ἀποζέσαι. Ego non video, cur  
 necesse fuerit, oleum fervesceri, priusquam in sartagine  
 infunderetur: lego igitur, ut editum est, Ἀποζέσαι δ'  
 ἔλαιον ἐπιχέας, id est, *Infuso oleo, ut ferveret in eo, et*  
*coqueretur ista falso credita apua. ἀποζέσαι pro ὡς ἐνα-*  
*ποζέσαι, vel πρὸς τὸ ἐναπ., ut inferveret vel infervesceret.*  
 Scripti quidam ἀποζέσαι pro ἀποζεῖν ποιήσαι, significati-  
 one τῶν Hiphil Hebraeorum: non probo. Myconii, quos  
 sua vilitas nobiles fecit, melius per ο parvum scribuntur  
 Μυκόνιοι, quam per ω magnum: etsi ita codices hoc loco  
 et apud Zenob. ac Suid.: vide ad l. VIII. Archilochi locus  
 incipit a verbo Πολλὸν, non unde putavit Dalcc. \*). In eo  
 scribendum Πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίρητον μέθυ, non  
 μεθύων. Vinum etiam χάλιν vocant poëtae. Hipponax:  
 Ὀλίγα φρονῆσιν οἱ χάλιν πεπασιότες. Ea ratione sic dictum  
 vinum, qua Bacchus Λυαῖος, et poëtis λυσιμελής. Vete-  
 res Athenienses sic τὸν ἄκρατον vocasse, scribit Apollonii  
 interpres: χαλίκρατον μέθυ, *temetum vino temperatum,*  
 id est, meracum: et, ut elegantissime ait b. Johannes in  
 Apocal., οἶνος κεκερασμένος ἄκρατος. Apollonius: Πίνε  
 χαλίρητον λαρόν μέθυ. Possumus minima mutatione  
 senarios aliquot ex istis Archilochi constituere: quae fuit  
 Turnebi sententia. Ita scribemus: Πολλὸν δὲ πίνων καὶ  
 χαλίρητον μέθυ, Ὡν ἔτε τιμὴν εἰσήνεγκας, ἔτε μὴν κλη-  
 θεῖς ἐσῆλθες, οἷα δὲ φίλος, ἀλλὰ σε Γαστήρ νόον τε καὶ φρέ-  
 νας παρήγαγεν Ἐς ἀναιδίην. Eubulo comico ἄμαχοι dicun-  
 tur comedones et ventres: — εἰσὶν ἡμῖν τῶν κεκλημένων  
 δύο Ἐπὶ δεῖπνον ἄμαχοι, duo, quos nulla vi aut copia ci-  
 borum expleveris, aut herbam porrigere coëgeris. Ae-  
 lianus princip. Var.: καὶ πᾶν ὃ, τίς φανεῖν ἄμαχοι.  
 paulo aliter: nam Eubulus quantitatem ciborum specta-  
 vit, Aelianus magis qualitatem. In hoc versu bis po-  
 nendam esse vocem Φιλοκράτης, docuit in Lectionn. suis  
 eruditiss. Muretus. Nos in ea libri primi editione, quam  
 ὁ Θουμασότατος Turnebus ante editum illum a Mureto li-  
 brum Lutetiae curavit, locum restitutum invenimus.  
 Uter utri praeiverit, facile eruditi judicabunt, non solum  
 ex ratione temporis, sed et morum ac scriptorum utrius-

\*) [ab ὅδῃ μὴν κληθεῖς etc.]



que eomparatione. Quartus versuum Eubuli mutilus est: quintus vero ὑπέρμετρος. Nos ita censemus scribendum, audaciore quidem, sed, ut spero, haud temeraria conjectura: Ἐνα γὰρ ἐκείνον ὄντα, ὡς ὄντας δύο Λογίζομαι, νῆ Δία. μεγάλος, μᾶλλον δὲ τρεῖς. Ὁν Φασι παρακληθέντα πρὸς Φίλων τινός, Εἶπ. Versus duo de noni omittenda computatione, in qua nihil a te exigatur, sunt ἀδέσποτοι, ut plerique omnes proverbiales: dicuntur Chryssippi, quia ex ejus philosophi libris sumpti sunt a deipnosophista. In posteriore scripsimus δὲ παραλειπτός, et judicium nostrum et membranas secuti. Interpretes [Dalech.] probarunt δὲ περιληπτός cum prioribus editionibus: Negamus nos, περιλαμβάνειν κώδικα esse graecum sermonem, sed opicograecum. Respicerent superiorem versum, et in eo hoc ipsum verbum. Fatalis vero graecorum librariorum error, παρὰ pro περι, aut contra scribentium, sive potius notantium, nam e notis haec menda ut plurimum. Sexcentos hujus operis locos hic error foedaverat; nec pauciores aliorum scriptorum. In unica libelli de vita Pythag. a Jamblichio scripti pagina aliquot monstra nunc primulum observata nobis peperit παρὰ saepius scriptum pro περι. Adscribam, quando in eum incidi sermonem, unum aut alterum exemplum, quia insignia sunt. Sapienti viro Thymaridae a suis discedenti et jam navim ingresso dixit amicus: *Dent tibi, o Thymarida, dii, quae cupis.* Ille exclamans, *Bona verba,* ait, *quin potius velint ego, quae mihi cunque a diis contingent.* Divina plane oratio, et christiano homine, si unum Deum agnovisset, dignissima. Haec ita apud Jamblichum debent scribi: Καὶ τις ἤδη ἐπιβάντι τῶ πλοῖσι εἶπεν, Ὅσα βέλει, παρὰ τῶν θεῶν, ὧ Θυμαρίδα, γένοιτό σοι καὶ ὅς, Εὐφήμει, ἔφη· ἀλλὰ βελομην μᾶλλον, ὅσα μοι παρὰ τῶν θεῶν γένηται. In edito nuper libro omnia sic depravata, ut verae sententiae non pes, non caput appareat. Ibidem bis περι Ὀρφεῖ pro παρὰ scriptum male: et mox περι τῶν Ὀρφεῶν, item male. Aliquanto post ait Jamblichus, hausisse Pythagoram philosophiae suae ἀ μὲν παρὰ τῶν Ὀρφεῶν, ἀ δὲ παρὰ τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων, ἀ δὲ περι Χαλκιδέων καὶ μάγων, ἀ δὲ περι τῆς τελευταίας τῆς ἐν Ἐλευσίῃ γινομένης, ἐν Ἰβρω τε καὶ Σαμοθράκη. Hic quoque horrenda monstra sunt. Scribendum: ἀ δὲ παρὰ Χαλδαίων καὶ μάγων, ἀ δὲ παρὰ τῆς τελευταίας τῆς ἐν Ἐλευσίῃ γινομένης, ἐν Ἰμβρω τε, etc. Antiphanis sequuntur versus: Μακάριος ὁ βίος, ὧ δεῖ μ' αἰεὶ καινὸν πόρον εὐρίσκειν, ὡς μάσσημα ταῖς γνάθοις ἔχω.



p. 26. Locus mendii manifestus. In utroque versu laborat modulus metri: tum autem sententia absurda. Quenam obsecro felicitas, subinde sollicitum esse de invenienda aliqua nova parandi victus ratione? Praeterea falsum est, id Antiphanem sensisse, qui contrarium potius voluit, ut ex praecedentibus clarum, et instituto ab auctore nostro fermone. Corrigo: Μάκαρος ὁ βίος· εἰ δὲ μ' αἰεὶ καινὸν πόρον εὐρεῖν ποῖθ', ὡς μάσσημα ταῖς γνάθοις ἔχω. Fortunam suam praedicat parasitus. *Beatam, inquit, vitam! nihil mihi opus, novam quot diebus rationem inire, qui beam, quod edam.*

## CAPUT OCTAVUM.

Στεγανόμιον, pretium mansionis. ἀκαπνα θύειν. Homericæ epulae apud Plutarchum. Dioscoridis liber Οἱ παρ' Ὀμήρω νόμοι. λαπαυροκάκκαβον βρωμα· ἡμιλάτταρες. *Leges de non comedendis agnis et vitulis.* ἀπεκτος ἀρήν. Φλέγμα ψυχῆς. *Vinum cardiacorum.* Mos veterum, ut hospites lavarent etiam pudicæ virgines.

Epitomæ auctor cum haec sibi exciperet, omnem sermonum seriem et operis totius faciem ita corruptit, ut, quid a quo, et quorsum dicatur, in illius excerptis nulla conjectura possis assequi. Omisit enim, quaecunque ferre decori et nexus gratia, ut fieri amat in dialogorum textura, erant addita, tanquam vesti praetexta. Si quid ejusmodi non est omissum, scias, aut verbi alicujus venustatem, aut dicti novitatem fecisse, ut id exciperetur: quod nos cum aliis non paucis observavimus locis, tum in hisce, quae Antiphanis versus statim sequuntur. Ταῦτα οἴκοθεν ἔχων εἰς τὸ συμπόσιον ἦλθον, καὶ προμελετήσας, ἵνα καὶ γὰρ τὸ στεγανόμιον κομίζων παραγένομαι. Pronunciabat ista unus convivarum post longam et testimoniis antiquorum plenam orationem. *Haec, ait, domo ad hoc convivium attuli, jam ante meditatius, qui possem buc accedere cum parata mercede, quam hospiti meo darem.* στεγανόμιον apud Atticos (nam alii aliter) ea dicitur mercès, quam hospes ex hospitio discedens pendit stabulario. Latine



*pretium mansionis.* Apulejus: *Quin imus, et itineris matutini gratiam carpinus? sumo sarcinulam, et pretio mansionis stabulario persoluto, capessimus viam.* Editum erat περιγένωμα, pessimo exemplo pro παραγένωμα. Culpa librarii errorem genuit interpretis posterioris [Dalech.]; nam mirum, Natalem et legisse recte, et non male sententiam expressisse. In editione Turnebi pro versibus habentur haec omnia, et distinguuntur: magno profecto errore. Neque hoc dico, ut magni viri, quos veneror, mancis violem: μη τῆτο Φίλον Διὶ πατρὶ γένοιτο· sed ut aequioribus utar doctis viris, siquando in tam longo opere somnus irrepens nos opprimat. Adjicitur ab eodem: ἀκαπνα γὰρ αἰοῖοι θύομεν. Vetus dictum est, *cujus auctoritate factum suum tuetur iste conviva, qui dixit modo, se pro symbola auctorum locos recitasse.* *Jus namque est hoc, inquit, cantorum et poetarum, ut sacrificent sine fumo,* hoc est, laute epulentur nullo suo sumptu. θύειν hic potius τὸ εὐωχεῖσθαι, quam sacrificandi actum significat: quia rem sacram convivium opiparum sequebatur. ἀκαπνα quae dicantur proprie, docent nos et jurisconsulti. In hoc proverbio denotat ea vox τὸ ἀδάπανον· quia dapfilium epularum symbolum apud poetas est ignis aut fumus: ut in hoc auctore saepe vides, et testatur dictum vetus in schol. Aristoph., τὸ πῦρ εὐωχίας σημείον. Sic igitur dictum istud παροιμιῶδες auctor noster usurpat; alii scriptores aliter. Leonidas, poeta epigrammarius, versiculos Caesari offerens muneri, Καλλιόπης γὰρ, inquit, ἀκαπνον αἰεὶ θύος. Michael Pfellus in epistolis pereruditis, quae lucem, opinor, necdum videre, loquens de solemnitate nuptiarum, cui admixta severitas philosophica: εἰ γὰρ ἦθειν ταῖς Ἐλευσινίαις (nempe τελεταῖς, et fortasse addenda vox ea nostro codici) μέλλων προσιέναι, καὶ μυσηρίοις ἀτεχνῶς ἀπαντήσεσθαι, καὶ ἀναυλον καὶ ἄχορδον ἐορτάσαι πανήγυριν, καὶ θύσαι ὃ φασι ἀκαπνα. Solent fere singula in excerptis capita incipere a voce ὅτι, ut in epitome Strabonis nunquamnon, hic vero nonnunquam. Ait: Ὅτι τὸ μονοφαγεῖν ἐστὶν ἐν χρήσει τοῖς παλαίοις. Cum ista legas, non aliud arbitraris, nisi de usu verbi μονοφαγεῖν monuisse Athenaeum. Ego tamen aliter censeo: puto enim, Athenaeum isto sane quam opportuno loco, (bona siquidem primi et secundi pars veterum mores circa mensam continent) de consuetudine antiquorum egisse, qui soliti in suis conviviiis suas singuli separatim escas comedere, nec in commune convivari, verum



*ἰδίως μερίδας ἔχοντες.* Talia fuere illa heroum apud poëtam convivia. Quam ob caussam Plutarchus *Ὀμηρικὰς δειπνας* et *Ὀμηρικὰ δειπνας* agitari ab iis scribit, qui habent quisque suam sibi appositam *μερίδα*. Sunt alii codices magni ejus scriptoris, in quibus scriptum *Ὀμβρικὰς* et *Ὀμβρικὰ* eamque *γραφὴν* doctissimi viri sunt interpretati: sed liquet mihi, alteram veram esse, hanc falsam. Nam Homericarum epularum eam esse omnium rationem, sciunt omnes, de iis autem loqui Plutarchum, satis ipse indicat, cum eadem convivia *στρατιωτικὰ καὶ παρεμβολικὰ, militaria et castrensia*, nominat. Ita igitur veteres: postea cocpere in commune apponi cibi: in quo humanitas esse major visa est. Caeterum de vocibus *μονοφαγεῖν* et *μονοφάγος* libro II. cap. VII. Sustulimus paulo post inutilia verba. *Περὶ τῶν ἡρώων καὶ Ὀμηρον βίη*, quae ista praecedebant, *Ὅτι Ὀμηρος ὄρωον*, et caetera: et erant illa verba titulus sequentis sermonis, ex ora libri in contextum translatus. Sunt autem, quae disputantur hoc loco de heroum apud Homerum vita, sumpta ex Dioscoridis opere, cui erat index *Οἱ παρ' Ὀμήρω νόμοι*, id est, *De legibus et institutis, quae apud Homerum observantur*. Didici hoc, docente me Suida, qui in *Ὀμηρος* plurima ex Athenaeo descripsit: neque auctorem tacuit, unde haberet Athenaeus, quod fecit eclogarius. Hic est p. 28. Dioscorides Isocratis discipulus. ut paulo post dicitur: laudatur Athenaeo et Dioscorides *ἐν Ἀπομνημονεύμασι*, qui non est, opinor, alius. Legebatur *ἐμφύσαι πάλην αὐτὴν ἀπ' ἀρχῆς* et ita Suidas quoque: verius est *πᾶσιν* aut *παισίν*. Talia nonnulla observari possunt, si cui tantum fuerit otii, ut Athenaeum cum Suida contendat. Ait, Homerum omnibus carnes afflas apponere, non coctas aliter. Plato III. de republ., Homerus, inquit, *ἐπὶ στρατιᾶς ἐν ταῖς τῶν ἡρώων ἐσιτάσειν ἔτε ἰχθύσιν αὐτὰς ἐσιῶ. καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ ἐν Ἑλλησπόντῳ ὄντας, ἔτε ἐφ' ὅτις κρέσιν, ἀλλὰ μόνον ὀπτοῖς*. Menandri locum, ubi nominantur *ὑποβινητιῶντα βρώματα*, habes l. IV. non longe a principio, et iterum l. XII. Scribendum addito articulo: *καὶ τὸ παρὰ τοῖς πολλοῖς λασαυροκάκναβον καλέμενον βρώμα*. Aliud *παρὰ πολλοῖς, a multis*: aliud *παρὰ τοῖς πολλοῖς, a vulgo*. Est sane infimae atque estricis plebis dictio *λασαυροκάκναβον*, qua neque os suum, neque suas chartas inquinarent elegantiores. Nam Chryssippi *τὸ συρφετῶδες* ex Seneca novimus et Galeno. Locus autem sumptus est ex illius libris *Περὶ καλῆ καὶ ἡδονῆς*. Etiam



λάσαυρος pro catillone plebeja vox. Critici veteres ob dictionem ἡμιλάσαυρος Menandrum exagitarunt, literarum subtilitati sine aemulo genitum. De lege Atheniensium, qua vetabatur ἀρνὸς ἀπεκτῆται esus, conferendus auctoris hic locus cum alio l. IX., ubi ex eodem Philochoro et Androtione melius hac de re et plenius. ἀπεκτον ἀρνα cum recte essent interpretati *agnum intonsum*: mirum, cur addiderint \*) ineptam appendicem, *impexumve*. Diverso enim sensu usurpatur τὸ πῆκειν de pecude et de lana. ἀπεκτός agnus dicitur tenellus, anniculo minor, nondum ποιιχθεῖς, ut ait Theocritus, *cui nec vulsa neque tonsa lana est*. Lana ἀπεκτός, non pectita, non carminata, nec praeparata. Similis fuit huic legi Valentis constitutio, de qua Hieronymus contra Jovin. l. II. *Imperator Valens, inquit, nuper legem per orientem dederat, ne quis vitulorum carnibus vesceretur, utilitati agriculturae providens*. Nota etiam vetustissima lex de non mactando bove aratore, cujus et Graeci faciunt mentionem, et Varro in libris de r. r. Homerus, inquit auctor, facit homines numen colentes ἀπὸ τῆς δικαίτης, *parte victus sui*: iis, quibus vescuntur ipsi. Graeci dicerent ταῖς τῶν δείπνων ἀπαρχαῖς. Libationum veterum ritus nemo ignorat. Interpr. [Dalech.]: *tenui frugalique victu deos colunt*. Deos misellos! quando illis victum mortales suppeditabant, et demensum admetiebantur. Φλέγμα et Φλεγμονήν latiore significationem habere in libris Hippocratis aliorumque veterum, quam in recentiorum scriptis, saepissime docet Galenus. Athenaeus pro morbo ἀπλῶς usurpat, ut cum scribit hoc loco, victū parco fieri homines ἀφλεγμάντας τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς, id est, *sanos et corporibus et animis*: et paulo post. ἔτε Φλεγμονήν ἔτε ἀκρυσίαν πεπονθότων τῶν εὐβεβιωτότων. Quod ait de vino cardiacis propinari solito, cui sit aliquid σιτωῶδες immistum, verissimum est. Sic n. medici praecipiant, ut Trallianus; cujus appo- p. 29. nam verba illustrando huic loco. Is l. XII. syncopes varia genera explicans, et earum curationes docens, praescribit saepius ἄρτον εἰς οἶνον νεκραμένον, *panem in vinum intinctum*: sed tmemate eo, quod inscribitur περὶ τῶν ἐπὶ Φλεγμοναῖς πυρετώδεσι λειποθυμένων, ita praecipit: οἶνον δίδοναι, μάλιθα δὲ εἰς χόνδρον ἐφθόν οἶνον ἐπιχέοντα προσφέρειν, εἰ δὲ καὶ ἄρτον ἀντὶ τῆς χόνδρου ἐπιθόσης, τὸ αὐτὸ δύναται. Ex his potest intelligi, quid significet auctori

\*) [Addidit Dalech.]




huic τὸ σιπῶδες. Cocali filiae cum vitae Minois infidiarentur, occasione publici moris usae sunt, ut eum interficerent. Advenientem de more lavantes, calidae loco picem ferventem infuderunt. Zenobius: Μίναν τῷ Κρητῶν βασιλεῖ αἱ Κωκίλα θυγατέρες ἐπέχεαν ζέεσαν πίσσαν. Recte colligit hinc Athenaeus, fuisse illis temporibus moris, ut virgines honestae pedes advenientium hospitem lavarent. Quare, cum apud Homerum similia inveniuntur, neque mirandum, neque succensendum maximo vatum. Deest aliquid post βεβιωτότων. Sententia auctoris huiusmodi lectionem flagitat: τῷ καὶ ποιεῖ σαφρόνως ἀπτομέναις, quam ob causam focminas inducit Homerus hospites caste attrectantes.

## CAPUT NONUM.

*Homeri locus a Dioscoride emendatus. Θεομηνία. Θεσσαλὸν σοφισμα, sophista Thessalus. πάλαισμα, disputator, et id genus multa. Tentandi consuetudo. διανησιζεσθαι, solvere jejunium, ἀπονησιζεσθαι. Hesychii locus: fuisse illum Christianum. Mendae aliquot sublatae.*

Agamemnonis verba, quibus fatetur culpam admissam in velitatione cum Achille, proferebantur ab Athenaeo in hunc modum: Ἄλλ' ἐπεὶ ἀσάμην φρεσὶ λευγαλέησι πιθήσας, Ἡ οἶνω μεθύων, ἢ μ' ἐβλάψαν θεοὶ αὐτοί. Posteriores horum versuum nulla hodie editio agnoscit, neque Ἰλιάδ. i. neque ῥαψ. τ. Priorem leges in nono Iliad. atque ei geminum Iliad. τ.: Ἄλλ' ἐπεὶ ἀσάμην καὶ μευ φρένας ἐξέλατο Ζεὺς. Ne Athenaei quidem temporibus aliter habuere vulgati codices Homeri. Ideo subjicit statim, cum ita locum poëtae profert, sequi se Dioscoridem, qui sic emendaverit. Lego ex libris, quibus olim usus Eustathius, εἰς τὴν αὐτὴν τιθεὶς πλάστιγγα τὴν μέθην τῇ Θεομηνία. non τῇ μανία: perspicue enim illo versu, Ἡ οἶνω μεθύων, ἢ μ' ἐβλάψαν θεοὶ αὐτοί, denotatur vis major, et ira numinis. Quod supra dicebamus. grammaticum hunc non res solum ἀξιωματικονοεῦτες excerpere, sed et elegantiores interdum loquendi modos: interpretibus nunquam





ejus venisse in mentem videtur. Itaque inobservantia hujus rei errant saepe graviter. Noli quaerere aliud exemplum, quam quod habetur hoc loco. Athenaci verba sunt: ταῦτα εἶπε τὸ Θετταλὸν σοφισμα. Placuit elegantia dictionis excerptori, et in eclogas suas retulit, adjuncta etiam interpretatione: ὁ ἐν Θετταλίας σοφιστής. παίζει δ' ἴσως πρὸς τὴν παροιμίαν ὁ Ἀθηναῖος \*). Hoc vult: τὸ Θετταλὸν σοφισμα nihil esse aliud, quam *sophista Thessalus*: ita autem videri locutum Athenaeum, ad vetus proverbium alludentem. Vetus enim fuit adagio, Θετταλὸν σοφισμα, *Thessalicum commentum*, apud Hesychium et paroemiographos. Myrtilum intelligi, certum tam ex libro III. extr., ubi Thessalus dicitur fuisse, quam ex simillimo huic alio libri VII. loco: σὺ δέ μοι εἶπέ, ὦ Θετταλὸν πάλαισμα, Μυρτίλε. Graecanicae genus est elegantiae, σοφισμα pro σοφιστής, πάλαισμα pro *luctatore et disputatore cauto*. Sic apud Lycophronem Paridis ψυχρὸν παραγκάλισμα Helena. Troilus τερπνὸν ἐναγκάλισμα συγγόνων. Mulier de gabalo pendens αἰώρημα. Aelianus epistola quadam: ἀργαλέος εἶ, καὶ τῆτο δὴ τὸ λεγόμενον, ἀλμυρὸν γειτόνημα, id est, γείτων. Sic b. Chrysostomus sanctissimum martyrem Babylam vocat ἰδολὸν γειτόνημα, *malum vicinum*. Basilus foeneratores κακὸν συνάντημα ἑορτής: hominem improbum et nemini utilem τὸ μηδὲν ὠφέλημα: vilem et abjectum πάτημα: Judaeum τὸ κόμμα Ἰεδαϊκόν: ut Philo eunuchum ἀνδρωπεῖς παράνομα νόμισματος. Gregorius Theologus Sophronium suum τὸ ἡμέτερον σεμνολόγημα, *mea gloria*. Abydeus, scriptor antiquissimus, Darium Medum τὸ Ἀσσύριον αὐχημα. Beatissima virgo Θεοτόκος in ea quae dicitur Jacobi Liturgia παρθένιον καύχημα, *gloriatio virginis*, id est, virgo gloriosissima. His scriptis occurrit nobis Eustathii locus, quem praeterire non debemus. Postquam exposuit pluribus antiquum proverbium Θετταλὸν σοφισμα, adjicit: σοφισμα δὲ φάναι τὸν ἐν Θετταλίας σοφιστήν, ὡς παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ κεῖται, μετάληψις ἐσι νοήματος εἰς νόημα ἑτεροῦ παρὰ τὸ σύνηδες: καὶ εἰσι πολλὰ τοιαῦτα ζηλωτέα παρὰ τοῖς παλαιοῖς. ὅποῦν καὶ τὸ, σὺ δέ μοι εἶπέ, ὦ Θετταλὸν πάλαισμα, ἀντὶ τῆ, ὦ Θετταλὸν ἐλεγκτικὸν, ἐηδὲν πρὸς ὁμοιότητα τῆ, Θετταλὸν κήδημα, καὶ σοφισμα, καὶ τῶν ὁμοίων. Sic in literis sacris Αἰγύπτου αὐχημα apud Isaiam, ἐξεδέ-

\*) [Haec, inquit Thessalus sophista, Thessalorum commenta sunt, Ad hoc fortassis proverbium alludit Athenaeus, *Dalech.*]



νημα λαῖ apud regium psalten ore τῶν LXX., ἱεράτευμα  
 pro ἱερεῖς apud LXX. Exodi XIX. 6. et Petrum Apost.  
 In his et similibus exemplis hujus formae nomina modo  
 active, modo passivae sunt exponenda. Recte probat au-  
 ctor. jentandi consuetudinem fuisse apud veteres, ex Ho-  
 meri loco Ὀδυσσ. τ. Sed in ejus versu magna incuria omis-  
 sum id, quod maxime ad rem faciebat, ἀμ' ἡοῖ. Ita liber  
 ille incipit: Ἐγὼ δ' αὐτ' ἐν κλισίῃς Ὀδυσσεὺς καὶ δῖος ὕφορβος  
 Ἐντύνοντο ἄρισον, ἀμ' ἡοῖ κειαμένω πῦρ. Locus, qui esse  
 dicitur unicus in tota Iliade, exstat ultimo libro: sed est  
 obscura admodum jentaculi ex illo versu probatio: cla-  
 rissima ex Antiphane, cujus verba ita concipimus: Ἄρι-  
 στον ἐν ὄσῳ ὁ μὲν χειρὸς ποιεῖ. εἴτ' ἐπάγει: Συνακρατίσασθαι  
 πῶς ἔχεις μετ' ἐμῆ; Id est, *Interea dum cocus prandium pa-  
 rat: et mox: De jentando mecum quid animi tibi est? visne  
 mecum jentare?* Praetermisit Athenaeus, quae inter  
 utrumque versum erant a poeta interjecta: quae ad prae-  
 positum nihil faciebant. Fortasse illis describebatur pran-  
 dii apparatus. πῶς ἔχεις ἀκρατίσασθαι, ἀντὶ τῆ, πρὸς τὸ  
 ἀκρατ. Idem comicus alibi: Πρὸς ἀμυγδαλᾶς δὲ πῶς ἔχεις;  
 εἰρηνικῶς. Canthari locum ita distinguo: Οὐκ ἐν ἀκρατι-  
 σῶμεθ' αὐτῆ, μηδαμῶς. Ἐν Ἰσθμῶ γὰρ ἀρισήσομεν. Ergo  
 ibi jentemus. Nequaquam. In Isthmo enim prandebimus.  
 Miram vero vocem διανησιμὸς pro eo, quod dicimus  
 nos Francoceltae plane ad verbum *desjuner*. Sed nobis ra-  
 tio constat: est enim quasi dejejulare pro jejunium sol-  
 vere, ut *deonerare* et *dearmatus*. Saepe ita accipimus τὴν  
 de. Graeci, quod sciam, τὴν διὰ nunquam. Jejunare  
 Graecis νησεῖεν et νησιζέσθαι: *frangere jejunium ἀπονησι-  
 ζέσθαι*. Hesychius: ἀπονησιζέσθαι, ἀπὸ νησεῖας ἐπὶ πρῶ-  
 τὴν ἐλθεῖν. Scribebam ἐπὶ ἐδωδῆν: sed vulsit aurem ma-  
 gnus nostrarum Musarum ἀρχιερεὺς, qui in septimo divini  
 operis de emendat: temp. aliter interpretatur Hesychii  
 verba, et ad ritus veteris ecclesiae christianae refert:  
 quod eo nobis probabilius videtur, quia doctissimum il-  
 lum grammaticum scimus fuisse christianum, contra quam  
 sit quibusdam visum. Quis credat, alienum hominem a  
 pietatis nostrae sacris tot locos utriusque foederis expo-  
 siturum? Propterea Epiphanium bis laudat: Cyrillum  
 semel. *νιοθεσίαν* explicat τὸ ἅγιον βάπτισμα: meminit et-  
 iam Ἀντιχρίστα, et Apostolorum aliquot nomina interpre-  
 tatur. Christianus igitur Hesychius. Proprie διανησιμὸς  
 est jejunii continuatio: διανησιζέσθαι ad finem usque  
 jejunare. Qui apud Graecos primi auctores hujus moris

r. 31,

So

pe

e

me

sa

cor

ibo

furi

tine

quo


hinc

C

tes,

furi

)



fuere, facti invidiam verbo isto levatum iverunt: quasi non tam levi hoc cibo infortio jejunium frangerent, quam illud praestarent, ut ad praescriptum moribus aut religione jejunii finem possent durare. Aeschyli versus non sunt editi sine mendis: ne scripti quidem in membranis. Legebam: Καὶ ταξίαρχας καὶ στρατάρχας καὶ ἑκατον — τάρχας ἑταξα· σίτον αὖ διώρισα. "Αρισα, δεῖπνα, δόρπα δ' αἰρεῖσθαι τρίτα. Primum et secundum potes etiam sic concipere cum Josepho Scaligero: Καὶ ταξίαρχας καὶ στρατάρχας καὶ ταγῆς ἑταξα· σίτον δ' εἶδέναι διώρισα. Eustathius: Δεῖπνον καὶ τὸ πρὸς ἐσπέραν ἐλέγετο, ὡς καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἑκάβῃ· καὶ ἀπλῶς δὲ πᾶσα τροφή· τὸ δὲ παρ' Αἰσχύλῳ, "Αρισα, δεῖπνα, δόρπα δ' αἰρεῖσθαι τρίτα, ἢ μάλιστα τρίτα κατὰ τὰς παλαιὰς, κακῶς ῥηθῆναι κρινῶσιν οἱ παλαιοί.

## CAPUT DECIMUM.


*Locus poëtae de quarta τροφῇ. Athenaei inconstantia, μήποτε δὲ. Mensae veterum, deque iis Homeri locus expensus. δαῖς cur εἶση apud poëtam. Athenaei et Eustathii expensae sententiae. δαῖτα de solo homine dici: bruta non habere mores, μοῖραι. Caecilius Halienticorum scriptor.*

Solitos veteres quater de die cibum sumere, probat deipnosophista ex Homero. Homerum enim quartae τροφῆς facere mentionem, quando ait extrema ῥαψ. ρ. Eumaeum compellans Telemachus: — σὺ δ' ἔρχεο δειελήσας. Sed de vocis δειελήσας recta interpretatione non consentientibus criticis, tum in partes. \*) Athenaeus isto loco ab iis stat, qui exposuerunt de cibo post coenam sumi solito, quam ille τροφήν quartam vocat: possis latine dicere *comessationem*. Ita igitur hic Athenaeus: quo iudicio, arguit locus, quem adscribam e libro V.: Γελοῖοι εἰσιν οἱ Φάσποντες, ὅτι καὶ τέσσαρας ἐλάμβανον τροφῆς, ἐπεὶ ὁ ποιητὴς ἔφη — σὺ δ' ἔρχεο δειελήσας· ἔ νοῶντες, ὅτι δηλοῖ, τὸν δειλιὸν διατρίψας χρόνον. *Ridiculi sunt*, ait, qui de quarto cibo istum Homeri locum accipiunt.

\*) [Sic in exemplis Casaubonianis, Videntur nonnulla deesse.]



Enimvero quod bona pars nunc scribentium, id Athenaeus facit interdum: recitatore[m], inquam, agit, non criticum. μήποτε δὲ cum dicunt Graecorum grammatici, nihil affirmant, sed suas tantum dubitationes proponunt. Sic accipe haec: μήποτε δὲ καὶ συνωνυμεῖ τὸ ἄριστον τῷ δελπνῷ. Qui putabant, solitos quondam fuisse Graecos singulis convivis suam separatim mensam apponere, quod de Germanis Tacitus scribit, testem suae sententiae poetam proferebant. In primo enim Ulyssaeae Mentae, qui proci[s] et Telemacho parata coena supervenerat, mensa propria apponitur. Sed recte negat auctor, satis certum hujus moris testimonium esse istum locum, et causam affert: δύναται γὰρ ἢ Ἀθηναῖ ἀπὸ τῆς Τηλεμάχου τραπέζης δαίνεσθαι. Quae verba sic interpretor: fieri posse, ut ea, quae dicitur Minervae sive Mentori apposita mensa, mensa esset Telemachi: illa nempe, unde sumeret cibum Telemachus, quoties separatus a proci[s], solus vel cum amicis veris coenaret. Homeri locus a nonnullis proferr[is] solitus, ut probarent, finita coena mensas non fuisse sublatas, sic habet apud poetam Ἰλιάδ. ω.: — νέον δ' ἀπέληγεν ἐδώδης Ἔσθων καὶ πίνων, ἔτι καὶ παρέκειτο τραπέζα. Atque haec sic interpretabantur: modo a cibo sumendo desiderat: ab edendo inquam et bibendo, et erat adhuc mensa apposita. τὸ ἔτι adhaerere posteriori membro volebant. Contra legi jubet Athenaeus Ἔσθων καὶ πίνων ἔτι, καὶ π. Utrovis modo legas, vera Athenaei, falsa aliorum sententia. Deinceps tractans auctor de Homeric[o] δαιτῆς epitheto εἶση, varias diversorum criticorum sententias ita perplexe et confuse nobis proponit, ut ea explicare non sit nullus labor. Primo loco assertur illorum opinio, qui εἶσας τὰς δαιτὰς ἀπὸ τῆς ἰσότητος dictas autumabant, et in principio adjectum vacat, ut in ἐέλδαρ et aliis. Sequitur sententia Zenodoti, hisce verbis exposita: ἐκ τέτων ἐπέσθη Ζηνόδοτος, δαιτὰ εἶσιν τὴν ἀγαθὴν λέγεσθαι. ἐπεὶ γὰρ ἡ τροφή τῷ ἀνθρώπῳ ἀγαθὴ ἀναγκαῖον ἦν, ἐπεκτείννας, φησὶν, εἴρηκεν εἶσιν. Utinam liceret mihi difficultatem horum verborum dissimulare, invitum enim et alio prope rantem tricae grammaticales morantur: sed interpretationem Athenaei semel professus exedam, quod mihi intrivi. Superior sententia εἶσιν δαιτὰ interpretabatur ἴσιν, *aequalem*: quod in partes aequales δαιτὰ distribuere[n]t. Hic dicit, Zenodotum exposuisse ἀγαθὴν: et ait, ἐκ τέτων ἐπέσθη, *his impulsus*. Illa quae sunt? Nihil enim video in praecedentibus, quae Zenodotum eo impel-



lerent: aut ego artem συλλογιστικὴν non teneo. Sed erant, credo, alia in Athenaei oratione, quae nunc in excerptis nulla sunt. Hanc primum crucem fixit nobis iste eclogarius. Quid illa? ἐπεὶ γὰρ ἡ τροφή τῷ ἀνθρώπῳ ἀγαθὴ ἀναγκαῖον ἦν, ἐπεκτείνας, Φησὶν, εἴρηκεν εἴσην. Tarditatem ingenii mei necesse est confitear: nihil enim hic intelligo. Erat docendum, cur εἴσην exposuisset Zenodotus ἀγαθὴν· id ego ex istis verbis nullus disco: Deinde autem quae ista est ἐπέκτασις; Quia, inquires, pro ἴση dixit εἴση. Ergo eadem Zenodoti interpretatio cum superiore: ergo male exponebat ἀγαθὴν: nam aliud ἴσος, aliud ἀγαθός. His difficultatibus ut me liberarem, ita statuebam: voluisse Zenodotum dici δαῖτα εἴσην, non quasi ἴσην, *aequalem*, sed quasi εἴην, *bonam*. εὖς et εὐς voces sunt antiquae, idem significantes atque ἀγαθός, notae ex poëtis. Itaque legebam: ἐπεὶ γὰρ ἡ τροφή τῷ ἀνθρώπῳ ἀγαθὴ, ἀναγκαῖον ὄν, ἐπεκτείνας, Φησὶν, εἴρηκεν εἴσην, id est, *nam quia alimentum res est homini bona, facta productione, quia erat necesse, ait Zenodotus, dixit poeta εἴσην*. Necessitatem intellige metricam: non illam στενὴν θεὸν, quae ad durissima saepe trahit renitentes: grammatici dicere solent διὰ μέτρα ἀνάγκην. Emerfisse videbar mihi, et emerferam profecto, nisi iterum demersisset Eustathius cum edita lectione consentiens, et de hoc loco ita scribens: Δαίς εἴση ἄλλως μὲν κοινότερον ἢ ἰσόμοιρος· κατὰ δὲ Ζηνοδότου ἢ ἀγαθὴ, ὡς ἰσορεῖ καὶ Ἀθηναῖος, λέγων, ὅτι, ἐπεὶ ἡ τροφή τῷ ἀνθρώπῳ ἀγαθὸν ἀναγκαῖον, ἐπεκτείνας εἴρηκεν εἴσην. ἔνθα σημειώσαι τὸ ἐπεκτείνας, ὡς τὸ Ζηνοδοτὸς ἐπέκτασιν δοξάζοντος τὸ ἀντὶ τῆς ἴσην εἰπεῖν εἴσην. Audebimus dicere, errasse etiam hic Eustathium, eo quod non Athenaeum ipsum, sed ejus supposititium adhibuisset in consilium? Tertia est sententia derivantium εἴσην ab εἶμι, *vado* vel *invado*: quia, inquiunt, primi illi agrestes homines, cum non abundant alimentorum copia, sicunde apparuisset, quod ederent, ἀθρόον ἐπ' αὐτὴν ἰόντες βίᾳ ἤρπαζον, *impetu facto id rapiebant*. Etiam in conviviis antiquissimorum aliquid hujus feritatis. Jamblichus de vita Pythag.: τὸ ἀρχαῖον βαρβαρικῶς πάντες ἐπὶ ἓνα ἄρτον συνέσταν οἱ φίλοι. Inde ἀτασθαλία dicta est, inquit Athenaeus, quasi ἄτη θαλίας. Lege Eustathium, qui hoc fuisse profequitur. Postremo ad primam reditur sententiam, et pluribus explicatur, quomodo dicatur δαίς εἴση, hoc est ἴση. Cum ait, καὶ τοῖς διαπίνεσιν ἄλεισα· καὶ γὰρ ταῦτα εἰς ἴσον χωρῶντα ἐγί-



νετο· obscure innuit verius quam indicat vocis ἄλεισον etymum. Curiosi harum λεπτολογιῶν pensculatius ista expendant: nam in prima syllaba non est nihil difficultatis. Multa Eustathius et Etymologici auctor. Post ista sequitur Zenodoti reprehensio, qui initio Iliadis ediderit οἰωνοῖσι τε δαίτα. Inepte: cum δαίς hominis sit cibus, non brutorum pabulum. Quippe voci huic denotatio inest τῆς ἰσότητος, ut indicat τὸ ἔτυμον· ergo non convenit brutis, sed soli homini: μόνη ἀνθρώπῳ χωρῆντος τὸ ἴσον ἐκ

P. 34. τῆς προαιρετικῆς βίης, inquit Athenaeus. Vult dicere, non habere caetera animantia virtutis aut vitii intellectum: neque vel laudem propter προαίρεσιν bonam mereri posse, vel reprehensionem ob malam. Quod verissimum est: non enim consilio agunt bruta, sed instinctu. Ideo ἡθῆ proprie non habent, ut ait philosophus: et jure Plinius de apibus LXL. c. V.: *quod maxime, inquit, mirum est, mores habent*: hoc est, honesti atque inhonesti notitiam. Haec ille de apibus, de quibus et Virgilius: — *totiusque ex ordine gentis Mores et studia et populos et praelia dicam*. Caeterum in feras non cadere neque iram, neque beneficium, disputat etiam Seneca. Improperie loquitur Aristoteles, quando illis ἡθῆ attribuit in Historiis saepe: et Eriphanus quoque de brutis loquens: ἐστὶ δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς ἡθῆ διάφορα, τὴν πρόνοιαν τῶ θεῷ αἰνιττόμενα. Improperie etiam Homerus, si ita scripsit, ut placet Zenodoto. Quanquam in poeta minus fortasse mirum: nam pari ratione Hebraei אָרְבִּיבּ usurpant pro אָרְבִּיבּ: cum sit κρυβίως אָרְבִּיבּ pabulum ferae, rapina partum. Mens igitur auctoris nostri haec. Sed quid appellat προαιρετικὴν βίαν; Prorsus hoc dictum contradictionem implicat, ut loquuntur in scholis: nam quid magis contrarium quam προαίρεσις τῆ βίᾳ; Nisi si Latinos imitatus βίαν posuit pro δυνάμει· ut cum vires animi dicimus pro facultatibus: sed hoc in graeco sermone quis ferat? Equidem eruditissimum scriptorem, Athenaeum dico, nunquam ita hanc periodum concepisse persuasissimum habeo. Doctiores veram lectionem quaerant. Conradus quidem Gesnerus scribebat ἐκ τῆ προαιρετικῆς βίᾳ. Quid si vero ita concinnemus? ἐκ τῆς προτέρως αὐτῆ βίᾳ, loco prioris violentiae. Hoc vult enim: homines initio ferarum more vitam egisse per rapinas et violentiam, postea mansuetam, aequabilem, et bonis politam moribus. Voculam ἐκ ita saepe accipere scriptores Atticos, alibi dicebamus. Concludit tandem hunc sermonem Athenaeus, et ait, propter

Al  
con  
bu  
ut  
pu  
acc  
pio  
eta  
et  
ecc  
acc  
mem  
res  
noru  
tent  
ras  
I  
(ve  
LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF IoANNINA

expositam modo causam hominum alimentis fuisse δαίς nomen in commune inditum: singulorum partibus μοῖρα. Homerus: Οἱ δ' ἤδη μοίρας ἔνεμον, κερώντο τε οἶνον. Et alibi de Eumaeo: Καὶ τὰ μὲν ἑπταχὰ πάντα διμοιρᾶτο δαίρων. Τὴν μὲν ἴαν Νύμφησι, καὶ Ἐρμῇ, Μαιάδος υἱί, Θῆκεν ἐπευξάμενος, τὰς δ' ἄλλας νεῖμεν ἐκάσω. Coëgit me, ut haec exponerem, interpretum error, qui planissimam auctoris sententiam recte interpretari non potuerunt. Caecilius Argivus, qui inter Halieuticorum scriptores auctori nominatur, est Cicilius Suidae: qui praetermissum hodie in nostris codicibus Agathoclem Athracium in hoc albo tertium numerat. Inde, censeo, nostros libros emendemus.

## CAPUT UNDECIMUM.

Οἱ ἐν ἀξιώμασι κείμενοι, et οἱ ἀπὸ παιδείας ἀναγομένοι. ἱερῆα, omnes, quibus vescimur, carnes. Proverbiū ἄδυτα ἱερὰ κατεσθίει. πρὸς οἰωνῶ τῖθε p. 35. σθῆαι, vel οἰωνὸν ποιῆσθαι. Superstitio veterum in factis dictisque. Variorum auctorum loci illustrati: Athenaei aliquot emendati.

Ait Athenaeus, pisceis olim esse habitos alimentum non conveniens τοῖς ἐν ἀξιώμασιν ἤρωσι κειμένοις, id est, *heroibus in dignitate constitutis*. Dalec. \*) accepit pro κατακειμένοις: cui cave assentiaris. κείσθαι pro mensae accumbere purus putus barbarismus. Quid autem est *cum dignitate accumbere*? Sed impulit virum doctum in errorem participium κειμένοις, parum ex usu graece loquentium adjectum: nam absque ulla adjectione οἱ ἐν ἀξιώμασιν et οἱ ἐν τέλει passim pro magistratibus. Athenaeus genus hoc dicendi nove implevit. Sic cum viros doctos Graeci soleant τὰς ἀπὸ παιδείας pari sermonis compendio nominare: meminimus tamen pro eo legere apud Sextum Empir. τὰς ἀπὸ παιδείας ἀναγομένους. Sic cum τὰς φιλοτίμους, honorum ac gloriae cupidos, Graeci τὰς ἀπὸ δόξης dictitent: Chrysostomus pleniore periphraῶ τὰς ἀπὸ δόξης ὄντας. Hom. XXVIII. in Acta: οἱ ἀπὸ δόξης ὄντες κενῆς

\*) [vertens: — cum gravitate et dignitate accumbentibus.]



ἄμφοτέρων περιγεγόνασι. Observamus, graecos scriptores ἱερεῖα appellare non solum victimas, quae vere ἱερεύονται, et in sacrificiorum usum mactantur: verum omnia, quaecunque ad comedendum jugulantur, animalia. Satis constat tam ex sacris quam aliis literis, primis temporibus, ignota hominibus carniū manducatione, tantum in honorem numinis mactari solitas hostias. Piguit postea mortales olerum et τῆς ἀπύρου τροφῆς: itaque cepere etiam ipsi carnibus vesci: sed parce initio et fere nonnisi salitis. Juvenalis: *Sicci teiga suis rara pendentia crate Moris erat quondam festis servare diebus, Et natalitium cognatis ponere lardum, Accedente nova, si quam dabat hostia, carne.* Nunquam autem ullum animal in proprios usus mactabant, quin ejus aliquam partem deo consecrarent adolendam. Qui secus facerent, proverbio notati: ἄδυστα ἱερὰ κατσοῦσι. Quod de homine impio improboque solitum dici. Factum hinc, ut, quodcunque animal in cibum mactarent, ἱερεῖον vocarent. Sic Galenus carnem definit τὴν ἐπὶ τῶν ἱερείων ἐσθιομένην: quae descriptio, nisi ita, ut diximus, sumas vocabulum ἱερείων, ridicula est. Xenophon Ascens. Cyri l. IV.: ἐνταῦθα εἶχον πάντα ἐπιτήδεια, ὅσα ἐστὶν ἀγαθὰ, ἱερεῖα, σῖτον, οἶνεσ παλαιῆς. L. V.: ὄθον κατιόντες τινὲς καὶ ἱερεῖα ἐπώλων ἡμῖν, καὶ ἄλλα, ὧν εἶχον. L. VI.: καὶ πλοῖον ἐξ Ἡρακλείας ἦεν ἀλφίτα ἄγον, καὶ ἱερεῖα, καὶ οἶνον. Theopompus: τοσαῦτα δὲ κρέα τεταριχευμένα παντοδαπῶν ἱερείων, ὡς σωρὰς αὐτῶν γενέσθαι. Polybius l. II.: πλείων ὑπῆν ἱερείων κοπτομένων ἐν Ἰταλίᾳ, διὰ τὰς εἰς τὰς ἰδίους βίβας καὶ τὰς εἰς τὰ στρατόπεδα παραθέσεις. L. VI.: αὐτὸς τε τὰς θεράποντας εἰσία, καὶ τοῖς φυλάττεσιν ἱερεῖα καὶ σεφάνης, ἅμα δὲ τῆτοις οἶνον ἐξαπέσειλε. His in locis et aliis sexcentis apud historicos ac medicos ἱερεῖα sunt animantes, quarum vescimur carnibus, non quod putant interpretes: qui fere inobservantia hujus rei aut sacrificia comminiscuntur, quae nulla sunt, aut alios errores errant non ferendos. Atqui non aliter veteres grammatici illud Homeri interpretantur, ἐπεὶ ἔχ ἱερήιον, εἰδὲ βοεῖην, recteque notant iidem, ἱερεῖα dici ἀπλῶς τὰ θρέμματα, pecudes, et quaecunque esui solent esse mortalibus, sed ineptum est, quod adjiciunt iidem, haec ἱερεῖα sic esse appellata παρὰ τὸ ἱεσθαι τὴν ἐρέαν: quasi alia sit vocis ἱερεῖον in sacris origo, alia, cum ἀπλῶς pro comedendis carnibus sumitur. Tanta saepe est in hoc genere hominum morum antiquorum ignoratio. Sic accipe, cum negat hoc loco Athenaeus, visam antiquis parum convenientem heroibus τρο-





Φὴν τὴν τῶν νεογνῶν ἱερείων, id est, *tenerarum animantium carnes*. Verum non est, quod ista vertens \*) fingit Dalecampius, tenellos animalium pullos non mactari apud Homerum: mactantur enim, sed ad sacrificia, non ad heroum epulas. Ἰλιάδ. γ.: Οἴσετε δ' ἄρν', ἕτερον λευκόν, ἑτέρην δὲ μέλαιναν. Non igitur satis fideliter expressa Athenaei sententia: at vox ἱερείων hic quidem recte expressa: alibi non recte, ut l. IV. monemus. l. VII.: εὐσηπτότερα τὰ νύκτωρ θυόμενα ἱερεῖα. Interpretes: *putrescunt celerius, quae noctu mactantur hostiae*. Vertendum: *quae noctu mactantur animalia*. Galenus ζῶον et ἱερεῖον pro eodem usurpat nullo discrimine, ut l. II. de temper.: ἀλλὰ καὶ εἰ νέον ἱερεῖον εἴτ' ἐσθίειν ἐθέλοις, εἴτ' ἀνακεμῶν σκοπεῖσθαι, μυξώδη μὲν καὶ πλαδαρὰν εὐρήσεις τὴν σάρκα· τὸ δὲ ὠδες γένος ἔπαιν ἄρτι πηγνομένῳ τυρῶ ἐμφερέσ· ὥσε μὴδὲ Φαγεῖν ἡδέα δι' ὑπερβάλλουσαν ὑγρότητα τῶν νεογνῶν ζῶων εἶναι τὰ σώματα. Ait deinde auctor: Ἐκάζῳ δὲ τῶν δαιτυμόνων παρ' Ὀμήρῳ παράκειται. Sed vitii locus suoapte indicio manifestus: deest enim velut basis, cui infisat verbum παράκειται. Conabar aliter paulo implere, quod videbam deesse: nunc sequor membranas, et scribo: παράκειται ποτήρια. παντὶ γ. Sequentia verba Athenaei, καὶ ταῦτα ἔπρασσον πρὸς οἰωνῶ τιθέμενοι, pluribus explicantur ab Eustathio, cujus propterea locum huc transferemus: Ἰτέον, ὅτι τὸ ἔτω τὸς κρατήρας ἐπιπέφασθαι, ὡς διὰ τῶ ποτῶ ἐπιπεφασθῆναι, κατὰ Φησὶν Ἀθήναιος, ἔπρασσον οἱ παλαιοὶ πρὸς οἰωνῶ, Φησὶ, τιθέμενοι, τετέστιν οἰωνίζομενοι. ἦν δὲ ἴσως τὸ οἰωνίσμα εἰς ἐντελὲς εὐδαιμονίας σύμβολον καὶ πληρέστατον. ὅπερ ἀπ' ἐνχυρίας τῆς κενεαγγίης ἐστὶ. τὸ γὰρ, ὡς ἐρρέθη, ἐπιπεφῶς κυκλώματι ἔοικε σφαιροειδῆ. τὰ δὲ τοιαῦτα σχήματα καὶ τέλειά ἐστι καὶ πολυχώρητα, καὶ διὰ τῆτο προσφυῆ τῶ εἰρημένῳ οἰωνίσματι τῶ ἐπὶ βίῳ εὐδαιμονίῳ. Quia putarunt veteres, et dicta et facta omen habere, id cavebant summa cura, ne in factis suis dictisve inesse aliquid ominosum videretur. Quare multa sunt in utraque lingua dicendi genera, multa item prisca sunt instituta, quorum causa aliunde quam ab hac superstitione peti non debet: quod facit recte hic Athenaeus, et Jamblichus rationem explicans symboli Pythagorici, Ἄρτον μὴ καταγγύλαι, οἱ δὲ, inquit, ὅτι εἰ δεῖ οἰωνόν ποιεῖσθαι τοιῶτον, ἀρχόμενον καταγγύλντα καὶ συντρίβοντα. p. 37. Ait, existimasse quosdam, ideo Pythagoram vetuisse

\*) [ὡς ἔδδ — ἱερείων. quemadmodum nec unquam tenellos animantium pullos mactant (heroës). Dalech.]



panem frangere, quia omen res haberet, cum coenam inchoës, frangere aliquid et comminuere. B. Chrysofostomus in epist. ad Hebr., postquam magnifice paupertatem dilaudasset, τάχα τινές, inquit, καὶ οἰωνίζονται τῶν ἀκούντων, ἐκ ἀπιστώσαντο [sic]· τοσαύτη γὰρ τῶν χρημάτων ἡ τυραννίς, ὡς μηδὲ μέχρι ῥημάτων αὐτῆς τὴν παραλίτησιν φέρειν, ἀλλὰ κ' οἰωνίζεσθαι ταύτην. Idem alio loco ejus commentarii: τάχα τινές κ' οἰωνίζονται καὶ γελῶσι. Significat Chrysofostomus, vulgus imperitum sermones de re, quam detestabatur, cujusmodi est paupertas, mali omnis loco habuisse. Affinis et fere eadem superstitio est, quam observamus l. V. c. XII. οἰωνίζεσθαι, πρὸς οἰωνὸν τίθεσθαι, et οἰωνὸν ποιεῖσθαι, parum differunt. Vide et l. sequ. c. II. Locos Homeri ab Athenaco hic allatos et expositos apud ipsum poëtam leges saepe paulo scriptos aliter: nam poëtae verbis sua vel substituit, vel inserit solens more suo Athenaeus. Atque hoc diligenter in hoc auctore est observandum. Quod ait, καὶ τίς δὲ δεῖδεντ' Ἀχιλλῆα, respicit libri IX. locum, ubi Ulyssies Πηλεΐδης οἴνοιο δέπας δεῖδεντ' Ἀχιλλῆα. Caeterum interpretationes Athenaei Homericorum verborum aut dictorum descriptas saepe pluribus reperias in Eustathii Commentariis: lector studiosus conferat, nec poenitebit operae: nobis in his diutius haerere non est animus.

## CAPUT DUODECIMUM.

*Poëtae virtutis quondam magistri. διατριβὴν παρέχουσιν. Anagallis grammatica. ἀσέλγεια, et in ea voce Basilii mirum acumen. τραχηλισμοὶ pila ludentium. Φαινίνδα et Ἐφετίνδα unde dicantur. Cos insula deorum patria. πέραις κάλλες, summa pulchritudo. ἀποδύεσθαι et συναποδύεσθαι.*

Poëtas initio fuisse temperantiae atque omnium virtutum magistros, multi e veteribus scriptoribus testantur. Athenaeus quidem, Σῶφρον δέ τι, inquit, τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος, καὶ φιλοσόφων τάξιν ἐπέχον. Scholiastes quoque vetus Homeri Ὀδυσσ. γ. verbis paene iisdem: τὸ ἀρχαῖον οἱ ἀοῖδοι φιλοσόφων τάξιν ἐπέχον. Multa in hanc sententiam Strabo l. I. Γεωγρ. et Quintilianus l. I. c. X. Pro-



pterea poëtae olim σοφοί et σοφισταί dicti. Pindarus Isthm. ode V.: μελέταν δὲ σοφιστικῆς Διὸς ἕκατι πρόσβαλλον σεβιζόμενοι. Enarrator illius: σοφιστὰς καὶ σοφῆς ἔλεγον τὰς ποιητάς. Vide Clement. Alex. Strom. l. I. διατριβὴν παρέχειν ἠδεῖαν non est, quod putavit Dalec. \*), sed oblectare aliquem. et facere, ut hilariter ac jucunde tempus transigat: passim apud Strabonem, Plutarchum et alios διατριβὴ pro τέρψις et ψυχαγωγία. Non multo post eodem sensu τὰ πρὸς ἀνάπαυσιν προσφέρων: potius, ut in membranis, προσφέρων. Interdum διατριβὴν παρέχειν significat, non, ut hoc loco, alium oblectare, sed risum alius tollere. et dictis urbanorum hominum facere se obnoxium. Plutarchus in Pericle: Οὐ μὴν ἔλαθεν ὁ Δάμων τῇ λύρα παρακαλύμματι χρώμενος, ἀλλ' ὡς μεγαλοπράγμων καὶ φιλοτύραννος ἐξωστρακίσθη καὶ παρέσχε τοῖς κωμικοῖς διατριβὴν: in Timoleonte: οἱ ἐν Ῥηγίῳ Καρχηδόνιοι χαλεπῶς φέροντες ἐν τῷ κατεστρατηγησθαι, διατριβὴν τοῖς Ῥηγίοις παρεῖχον, εἰ Φοίνικες ὄντες ἐκ ἀρέσκοντο τοῖς δι' ἀπάτης πραττομένοις: in Lucullo: Λένικλλος παρὰ τὸν ποταμὸν ἐν πεδίῳ μεγάλῳ κατεστρατοπεδεύσας, παντάπασιν μικρὸς ἐφάνη Τιγράνῃ, καὶ τοῖς κολακεύεσιν αὐτὸν διατριβὴν παρεῖχεν. Agallis, Corcyraea grammatica, cujus meminit mox Athenaeus, non aliter nominatur in manu exaratis libris: Suidae tamen Ἀνάγαλλις dicitur, ubi mendii suspicionem tollit series literarum. Fieri potest, ut anagallidī herbae fuerit cognominis: sicut Cicero ciceri, Piso piso, Lentulus lenti, Thermus θερμῶ, alii aliis vel herbis vel leguminibus. Quemadmodum igitur planta haec aliis ἀγαλλίς, aliis ἀνάγαλλις appellabatur, teste Hesychio, sic et mulier Agallis eadem et Anagallis. Scribendum mox, ut ne sit clauda oratio: Διαίταρχος μὲν Συμωνίδης, Ἰππασος δὲ Λακεδαιμονίης ταύτην τε καὶ τὰ γυμνάσια πρώτας: supple φησὶν εὔρειν. Potest etiam sic: ταύτης τε καὶ τῶν γυμνασίων πρώτοις: nempe τὴν εὔρεσιν ἀνατίθησι. Prior emendatio placet magis. Juvenis ille, a quo divelli Chaerephanes non poterat, cum tamen alloqueretur eum nunquam, impudicus fuit et muliebria pati solitus: nam hoc significat ἀσελγῆς, non petulantiam, ut versum perinepte [a Dalech.]. Omnino ea voce defoedam aliquam et πικρὰ φύσιν Venerem intelligi, constat satis: etsi, quid proprie sit ἀσελγεία,

\*) [— εἶτα — ἐπινοῶν. — deinde suae consuetudinis ac praesentiae jucunditate ab improbis cogitationibus mentem averteret. Dalech.]



varie explicant antiqui grammatici: ex quorum libris et Strabonis duodecimo origo vocis nota est. At sanctissimus pater Basilus miram hujus dictionis etymologiam commentus est. Scribit enim in Ascet. ἐρωτήσει LXXVII. : ὡς εἶναι τὴν ἀσελγειαν διάθεσιν μὴ ἔχουσαν ἢ μὴ φέρουσαν ἄλγος ἀσκητικόν· ὡς περ καὶ ἀκρασία ἐστὶν ἢ μὴ σχῆσα κράτος κατὰ τῶν ἐνοχλασῶν ἡδονῶν. Vult dici ἀσελγῆ quasi ἀαλγῆ eum, qui prae luxu et mollitie ferre nequeat ἄλγος ἀσκητικόν, id est, labores vitae asceticae, sive eorum, qui in studio pietatis et virtutis se exercent. Miram plane notationem, sed quam praeter censentis auctoritatem nihil tueatur. Huic igitur ἀσελγῆ juveni Chaerephanes παρηκολέθησεν, hoc est, illum adfectabatur, quod jure juvenis indignabatur: nam etsi erat impudicus, videri tamen honestus volebat, quod per Chaerephanem illi non licebat. Ulpianus l. LXX. ad edict. *Tenetur hoc edicto de injuriis, si quis eorum quem appellavit adfectatusve est. Mox: Adfectatur, qui tacitus frequenter sequitur: assidua enim frequentia quasi praebet nonnullam injuriam.* Pilae lusum commendat auctor maxime propter τὸ κατὰ τὰς τραχηλισμὰς ῥωμαλέον, id est, cervicis agitationes vehementes et crebras. Proprie artis palaestricae aut gymnasticae verbum est τραχηλίζειν: inde ad pilae lusum transfertur venuste. Galenus hoc explicat pluribus: ὅταν γὰρ, inquit, συνιστάμενοι πρὸς ἀλλήλους καὶ ἀποκαλύοντες ὑφ' ἀρπάζουσι τὴν μεταξὺ διαπονώσι, μέγιστον αὐτὸ καὶ σφοδρότατον καθίσταται, πολλοῖς μὲν τραχηλισμοῖς, πολλὰς δ' ἀντιλήψεσι παλαιστικῆς ἀναμειγμένον, ὡς κεφαλὴν καὶ αὐχένα πονεῖσθαι τοῖς τραχηλισμοῖς. Falsa vero et absurda est vocis phaeninda, quae statim sequitur, notatio. Ita enim scriptum: ἐκαλεῖτο δὲ φαίνινδα ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων. Phaeninda, inquit, nomen invenit ἀπὸ τῆς ἀφέσεως. Quid hoc putidius? Nam quid simile unica litera excepta? Sed non ita fatuus Athenaeus, ut hoc saltem probabile putaret: non ita inconsultus, ut in literas referret. Lego: ἐκαλεῖτο δὲ ἐφετινδα ἀπὸ τῆς ἀφέσεως (vel ἐφέσεως) τῶν σφ. Eustathius: ἐφετινδα λέγεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὅταν ἄλλω προδειξάντες τὴν σφαῖραν ἄλλω ἐφῶσιν. Scribit idem alio loco, φαίνινδα derivasse veteres ἀπὸ τῆς φεναισίσεως quod etsi videtur absurdum, quia tamen nihil tam a ratione alienum fingi potest, quod auctorem non inveniit, potest scribi: ἐκαλεῖτο δὲ φαίνινδα ἀπὸ τῆς φεναισίσεως. Sequitur: ὁ, τε εὐρετῆς αὐτῆ, ὡς φησὶν Ἰόβας. Melius libri, qui scribunt ἢ ὅτι εὐρετῆς αὐτ. Est enim diversa

notationis notatio a superiore. In versu Antiphanis scribe Φαινίνδα παιζων ηει ες Φαινεις, non ηεις, propter metrum: neque εν, sed ες aut εις, ut ες διδασκαλς Φοιτων. At ponere εν pro εις, Dorum est, non Atticorum. Damoxenus, poeta comicus, cum ait mox de Co insula, θεος γαρ Φαινεθ' η νησος Φερειν, videtur deos appellare homines Coos, qui virtute sua coelum sibi aperuerunt. Sic propter Bacchum et Herculem dictae olim Thebae θεος Φερειν, ut est apud Dicaearchum. Con insulam magnos aliquot tulisse viros, testis historia. Coos quippe Hippocrates, qui vir, si quis unquam mortalium, veteri dicto fidem fecit: homo homini deus. Natus ibidem et Ptolemaeus Philadelphus, immortalis memoria princeps dignissimus. Mox lego et suppleo, non ex libris, sed ex ingenii coniectura: — η δε δηεφουθμια, το τ' ηθος, η τε ταξισ, η τε χαρις υση εν τω τι πραττειν η λεγειν εφαινετο. Et quae mutamus in edita lectione, et quae de nostro adjicimus, speramus aquis lectoribus probatum iri. Legimus etiam Περας εσι καλλας, ανδρες, non Περας ετι. Graeci ut summam pulchritudinem aut temperantiam denotent, ερος εσι καλλας aut σωφροσύνης solent dicere: sic accipitur hic το περας. De Ctesibio, sphaerista insigni, scribit Athenaeus: και πολλοι συναπεδύοντο αυτω, id est, et multi cum eo se exercebant, atque in pilae lusus certamen cum ipso descendebant. Etsi proprie αποδύεσθαι id significat, quod expressit Dalecampius \*), tamen illae ambages sunt et inutiles et ineptae: nam a consequenti αποδύεσθαι est exercere se, συναποδύεσθαι τιμι, in arenam cum aliquo descendere. Frequens verbum in ore Atticorum hominum.

## CAPUT DECIMUM TERTIUM:

*Emendati aut illustrati aliquot loci ex Homero. Salutationes Phaeacum. ληκεϊν. όπλοποιία. όμαρτη. Athenaei mos in describendis veterum auctorum locis. Xenodamus et Pindarus. Athenaei μνημονικόν αμάρετημα.*

Quaecunque Athenaeus multis hujus libri paginis de moribus et institutis heroum Homericorum disputat, videri


\*) [vestem exuere.]



dentur omnia ex eo Dioscoridis libro desumpta, de quo cap. VIII. diximus. Sed quae fufius a primo auctore erant exposita, in pauca verba noster contraxit. Frustra vero ista legat, aut speret posse intelligere, cui notum probe Homeri utrumque poema non fuerit. Quod cum neglectum sit, ut res arguit, ab interpretibus, mirari nemo debet, multa ipsos in hoc argumento et ignorasse et peccasse. Exemplo illa funto, quae de variis saltationibus apud poetam auctor hic commemorat. Ait igitur Athenaeus: Οἱ Φαίαιες δὲ παρ' Ὀμήρω καὶ ἄνευ σφαίρας ὤρχοντο. Viris doctis, qui ista sunt ante nos interpretati \*), nulla in istis verbis menda suboluit. Nobis latere ulcus videtur: nam cum duorum generum saltationes Phaeacibus poeta tribuat, cum pila, et sine pila, non dubitamus, aut utriusque saltationis mentionem fecisse Athenaeum, aut, si alterius tantum, ejus potius, quae cum pila exercebatur. Nam quid novum aut mirum, saltasse Phaeacas absque pila? Quin tu potius, dicat aliquis, quod et difficilium, et rariis, et auditu jucundius, id narra: pila simul lusisse Phaeacas et saltasse. Quare ita scribimus: καὶ ἄνευ σφαίρας καὶ μετὰ σφαίρας ὤρχοντο. Emendationem confirmant sequentia verba, quae ad saltationem pertinent τὴν μετὰ σφαίρας. Ejus descriptionem habes apud summum vatem Ὀδυσσ. β. Ibi reperies Ταρφέ' ἀμειβομένων, quae verba exponit hoc loco Athenaeus. Ibi est etiam vox ληκεῖν, de qua sic noster: ἄλλων ἐφεσώτων καὶ ἐπιπροσάντων τοῖς λιχανοῖς δακτύλοις, ὃ φησι ληκεῖν. hoc est: *astantibus aliis, et digitis indicibus plausum cientibus, quod poeta dicit ληκεῖν.* Homerus: — κῆροι δ' ἐπελήκεον ἄλλοι, Ἐσώτες κατ' ἀγῶνα· πολὺς ὑπὸ κόμπος ὀρώρει. Cur placeat auctori, ληκεῖν esse προτεῖν τοῖς λιχανοῖς δακτύλοις, manus alterius indice digito, quem λιχανὸν vocant Graeci, palmam alterius tundere, neque video equidem causam, neque puto ullam esse. Nam ληκεῖν Ionicum est pro λακεῖν. Hoc autem manifeste factitium verbum est, ut κτυπεῖν, δακπεῖν, ψοφεῖν, σμυραγεῖν, κελαρύζειν, φλοῖστος, et alia multa. Monstri simile est, quod de verbo λιχάζειν fingit isto loco eruditiss. Dalecampius \*\*). Subjicit auctor: καὶ ἐν τῇ ὀπλοποιίᾳ δὲ παιδὸς κισθαρίζοντος

\*) [Apud Homerum Phaeaces absque pilae usu saltabant. Dalech.]

\*\*\*) [— aliis adstantibus, et indicibus digitis applaudentibus, quod λιχάζειν vocat. Dalech.]



ἄλλοι ὁμαρτῆ μολπῆ τ' ὀρχηθῶν τε ἔσκαυρον. Quae ita ver-  
 tes: et in armoιων fabricatione puero citharam pulsante alii  
 confertis manibus cum cantu et saltatione pedes agitabant.  
 Poëta sunt verba Ἰλιάδ. σ.: Τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι παῖς Φόρ-  
 μιγγι λιγέη Ἰμερόεν κηθάριζε, λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε  
 Λεπταλέη Φωνῆ· τοὶ δὲ βῆσσοντες ὁμαρτῆ Μολπῆ τ' ἰὺγμῶ  
 τε (Athenaeus legit ὀρχηθῶν τε) ποσὶ σκαίροντες ἔποντο.  
 Quis nescit, hanc istius rhapsodiae partem peculiari no- p. 41.  
 mine Ὀπλοποιίαν e re solitam appellari? Tamen interpre-  
 tes \*) longe aliter eam vocem accepere etiam paulo post,  
 prorsus viris doctis indigno errore. In prioribus editio-  
 nibus erat scriptum ἄλλοι δ' ἐν μανίχ, idque probatum  
 interpretibus \*\*). Nos ex ipso fonte scripsimus ἄλλοι  
 ὁμαρτῆ. Miramur tamen, aliter in omnibus MSS. haberi.  
 Sed non dubitamus, verum esse, quod jam nobis venit  
 in mentem. Nam Athenaeum scripsisse censemus ἐν ἁρ-  
 μονίχ· unde illa insana lectio ἐν μανίχ fluxit. posteaquam  
 semel vocis ἁρμονία syllaba prima fuit deperdita et inter-  
 cepta. Solet auctor, cum veterum poëtarum locos de-  
 scribit, obscuriores voces interdum omittere, aut notio-  
 ribus commutare. Sic igitur pro ὁμαρτῆ, quam dictio-  
 nem varie interpretantur veteres magistri, dixit ἐν ἁρμο-  
 νίχ, aut σὺν ἁρμ., quo etiam modo explicat τὸ ὁμαρτῆ  
 antiquus poëta scholiastes. Turnebi editio pro ἔσκαυρον le-  
 git εὐκαίρον, operam dabant. Non assentior, et omnino  
 rectum est, quod edidimus: usurpat enim poëta verba,  
 ut indicavimus. Hyporchematicae poëseos et saltationis  
 auctores duos fuisse Athenaeus scribit, Xenodamum et  
 Pindarum: de utroque plura in l. de mus. Plutarchus, at-  
 que inter alia haec: ἄλλοι δὲ Ξενοδάμον ὑπορχημάτων ποι-  
 ητῆν γεγονέναι Φοσὶ, καὶ ἔ παιάνων, κηθάπερ Πρατίνας.  
 καὶ αὐτὸ δὲ τῆ Ξενοδάμου ἀπομνημονεύεται ἔσμα, ὃ ἐστὶ Φανε-  
 ρῶς ὑπόρχημα· κέχρηται δὲ τῶ γένει τῆς ποιήσεως ταύτης  
 καὶ Πίνδαρος. Xenophontis locus prolixè ab auctore de-  
 scriptus initio sexti Ἀναβ. legitur: non autem l. VII.,  
 quo tamen rejicit nos Athenaeus: nam convivium apud  
 Seutham regem eo libro describitur. Sed de auctoris  
 hujus memoria alio loco plura. Illud vere ab eo dictum  
 ab interpretibus pessime acceptum: poëtam in Hoplo-  
 poeia solemnitati nuptiarum tibias admovere. Sic poë-

\*) [Dalech. vertit *bellicam saltationem.*]

\*\*) [alii tanquam insanientes. *Dalech.*]




ta illa, quam ante diximus, rhapsodia: Κῆροι δ' ἐρχησῆ-  
ρες ἐδίμεον· ἐν δ' ἄρα τοῖσιν Αὐλοὶ Φόρμιγγές τε βοῶν  
ἔχον.

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

*Libationes super linguis: ἐπιλείβειν. Eratosthenis  
emendatio Homerici loci rejecta. Phaeacés diis  
chari. Mos inferendi matulas in triclinia, et capi-  
tibus illidendi. Plauti et Demosthenis loci illustrati.  
λακκοπρωκτία. ἀμίδος ὄνομα pro ἀμῖς. Veterum  
αὐτοδιακονίς. Homerus contra magni viri crimi-  
nationem defensus. Λιταί.*

**H**omerici heroës, ait Athenacus, σπένδουσι καὶ ἐπὶ ταῖς  
γλώσσαις ἐν τῶν δειπνῶν ἀπιόντες, id est, soliti facere liba-  
tiones super linguis, cum e convivio discederent. Linguas  
intellige, quas Mercurio adolebant veteri instituto. Do-  
cti vertunt \*) ἐπὶ γλώσσαις ob linguae commercium: neque  
enim meminerant versiculi istius maximi vatum: Γλώσσας  
δ' ἐν πυρὶ βάλλον, ἀνισάμενοι δ' ἐπέλειβον. Quid est ἐπι-  
λείβειν, nisi σπένδειν ἐπὶ γλώσσαις; Non probo Erato-  
sthenis emendationem paulo post commemoratam Home-  
rici hujus versus: Ἡ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχη, κακότητος  
ἀπέσσης. Probo, ut editum est in nostris libris hodie: Ἡ  
ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχη κατὰ δῆμον ἅπαντα. Eleganter et  
plane ὀμηρικῶς pro κατέχη δῆμον ἅπαντα. Phaeacas diis  
charos fuisse, ex Nausicrate auctor scribit. Poëta iste  
fuit comicus, non semel Athenaeo nominatus. Sed cur  
in hac re alius testimonio potius, quam Homericō uti-  
tur? Nam in VII. Ulyss. gloriatur Alcinous, non solum  
amicos, sed etiam cognatos diis esse Phaeacas suos: ἐπεὶ  
σφισιν ἐγγύθεν εἰμὲν, inquit ille. In descriptione πεττείας  
procorum praeferebant libri quidam, non καὶ κλήρης μὲν τὸν  
λαχόντα, sed καὶ πληρεμένων τὸν λαχόντα. Alii καὶ κλή-  
ρω μὲν τὸν λαχόντα. Utrumque dicunt Graeci, et κλήρω  
λαχεῖν, et λαγχάνειν πληρέμενον. Deinde scribe ex Eu-  
stathii melioribus libris ἐκκρέσειε πρόσω τὴν ψῆφον Πηνε-  
λόπην. Et statim pro ἐντεῦθεν βαλεῖν τὴν ἐτέρην scripti

\*) [Vertit Dalechamp.]






quidam τὴν αὐτῆ. Turnebi editio τῆ ἑτέρῃ. Deinde iterum ex Eustathio scribe τὸν δ' Εὐρύμαχον πλείστας εἰληφέναι νίκας ταύτῃ τῇ παιδείῃ. In editis desideratur τὸ νίκας, vox prorsus necessaria. Durum est, quod sequitur, καὶ εὐελπιν εἶναι τῷ γάμῳ, pro magna in spe esse, ducturum se Penelopen. Eustathius sic: εὐελπιν εἶναι, ἐπίδοξον ὄντα λαβεῖν τὴν βασιλείαν. Fuit ille Graecorum sane quam turpis et defoedus mos, quem tangit auctor hisce verbis: ὡς καὶ τὰς ἀμίδας ἀλλήλοις περιπαταγύνασι. Aderant illis convivantibus inter alia instrumenta perditī luxus etiam matulae. Has saepe, ubi incaluisse, in capita invicent sibi illidebant. Tale illud Demosthenis: εὐεῖρον τε ἡμῶν καὶ τοῖς ἀμίδας κατεβήγγυον. Ita legitur hic locus apud Eustathium. Est autem petitus ex ea summi oratoris, quae actionem injuriarum continet adversus Cononem. Plautus Captiveis: — nisi qui colaphos perpeti Potis parasitus, frangique aulus in caput. Propterea dicti alii parasiti apud eundem festivissimum poetam *duri capitones*: quae tamen verba doctissimi viri exposuerunt longe aliter et plane mirifice. Mos autem inferendi in triclinia matulas a Sybaritis, gente infami et omnis generis luxus magistra, ortum habuit, narrante Athenaeo l. XII. Aeschylei et Sophoclis descripti versus hoc loco ea sunt inter se similitudine, ut alterum alterius instituisse vestigiis, natu minorem videlicet grandioris, negari non possit. Quod mirum ei non videbitur, qui apud Clement. et Euseb. τὰ περὶ κλοπῆς veterum Graeciae scriptorum legerit. In primo Sophocleo ἀμφὶ θυμῶν valet ἀμφ' ἐμοί, ut ex comparatione Aeschylei constat. Mihi videbatur σκληρὰ φράσις, et genio Sophoclis εὐπέπτα: sed non aliter scriptum inveni apud Eustathium Ὀδ. ρ. Noli vero putare, cum scribit Athenaeus, Εὐπολις τὸν πρῶτον εἰσηγησάμενον τὸ τῆς ἀμίδος ὄνομα ἐπιπλήττει, de nomine ἀμίδος loqui auctorem, et eo, qui primus id nomen excogitavit pro ἐράνῃ. Non de vocabulo, sed de re sensit Eupolis: hoc est, de eo, qui primus inter pocula matulam poposcit. Ita p. 43. interpretor in ejus versu: τις εἶπεν ἀμίδα πάμπρωτος Sic erit illud verum: Πολλὴν γε λακκοπρωτίαν ἐπίσαιθ' ἡμῶν εὐράν· ubi perperam editum ἐπίσαιθ' ἡμ. pro ἐπίσαιτο. Sciat, inquit, ille, qui primus morem τῆς ἐπιπίνειν, hoc est, poscendi majoribus poculis finita coena, et in triclinia matulas inferendi exemplum dedit, se invenisse et εἰς τὸν βίον invexisse magnam obscoenitatem et turpitudinem. λακκοπρωτίαν, facta ad Laconum nomen allusione, dixit



pro-εὐρυπρωκτίαν. Quod notum quid sit, et quibus com-  
 petat proprie: hic non aliud, quam quod diximus, signi-  
 ficat. Ut redeam, unde sum digressus, hoc ita verum,  
 si Eupolidis reprehensionem sic accipiamus, ut ante di-  
 ximus. At illi, qui nomen tantum αἰίδος invenit pri-  
 mus, quae potest jure exprobrari εὐρυπρωκτία; Igitur in  
 superioribus Athenaei verbis τὸ τῆς αἰίδος ὄνομα more At-  
 ticorum positum pro τὴν αἰίδα: sicut τὸ Θηβαίων ὄνομα  
 apud Aeschlinem pro Thebani: *Romanum nomen* apud Li-  
 vivium pro Romani, et his similia. Morem assidendi men-  
 sae, non accumbendi, ab Alexandro Magno fuisse ali-  
 quando usurpatum, refert Athenaeus, et historiam addit:  
 τετρακοσίους ἐν ποτε ἡγεμόνας ἐσιῶν ἐκάθισεν ἐπὶ δίφρων ἀρ-  
 γυρῶν, *quadringentos duces cum aliquando exciperet convi-  
 vio, super argenteis sedilibus sedere eos fecit.* Eustathius  
 numerum hic positum mire amplificat: λέγεται, ὡς καὶ  
 Ἀλέξανδρος ποτε εἰς ἑξακισχιλίους ἡγεμόνας ἐκάθισεν ἐπὶ δι-  
 φρων ἀργυρῶν. Pro quadringentis ait sex millia. Inveni-  
 mus etiam nos in quibusdam MSS. loco vocis ἐσιῶν sic,  
 εἰς ες, hoc est, *sexies mille et septem.* Demiror, unde  
 haec tanta librorum diversitas: nam mutatione magna  
 opus, ut duae istae lectiones concilientur. Porro verissi-  
 mum est, quod observat mox Athenaeus, vel potius Dios-  
 corides, priscos mortales sibi ipsos ministrasse, et, ut  
 hic dicitur elegantissime, αὐτοδιακονίαν ἀσκηῆσαι. Vellem  
 istius venisset in mentem summo illi et iudicio meo in-  
 comparabili viro, qui in Homeri criminatione hoc quo-  
 que inter alia ei objicit, quod Achillem inducat servilia  
 saepe munera obeuntem. Enimvero si crimen hic ullum  
 admissum, seculi, non poëtae, crimen est: sunt enim  
 poëtae τῶν ὄντων καὶ τῶν γιγνομένων μιμηταί. Ita autem  
 vixisse tum homines, et sacrae testantur literae, et vetus  
 τῶν ἔξωθεν historia comprobat. De Achille vero hoc eo  
 minus debet mirum videri, quia Thestalus fuit, quam  
 gentem antiquae simplicitatis tenacem fuisse, et supra cae-  
 teras adamasse exercuisseque τὴν αὐτοδιακονίαν, docent  
 scriptores. Auctor anonymus, cujus exstant de moribus  
 sermones quidam Dorici: Θεσσαλοῖσι καλὸν, τῶς ἵππως  
 ἐν τῆς ἀγέλας λαβόντι, αὐτῶς δαμάσαι, καὶ τῶς ὄρεας, βῶς  
 τε λαβόντι, αὐτῶς σφάζει, καὶ εὐδεῖραι, καὶ κατακτείναι ἐν  
 Σικελίᾳ δὲ αἰσχρὸν, καὶ δῶλων ἔργα. *Arui! Thestalos hone-  
 stum est, si quis equos vel mulos ex armenio capiat, et domet  
 ipse: itemque si boves capiat aliquis, et mactet ipse, atque  
 excoriet, secetque in frustra: quod facere turpe in Sicilia ba-*

N  
 de  
 de  
 Ve  
 per  
 bar  
 men  
 Grae  
 tū  
 ratio  
 te  
 est i  
 ipso  
 de  
 vero  
 nec  
 all  
 bar  
 ium  
 ive h  
 nes oū  
 S. d. h. p  
 coru p  
 \*) (D.



betur, et ministerium servile. ἐν Λιταῖς dixit auctor, li. p. 44. brum nonum Iliadis designans, cui nomen Λιταί. Interpretes tam fuere peregrini in literis, ut id nescirent \*). Postremum Antiphanis versuum ita scribe: Οὕτω σερεόν τι πρᾶγμα θερμόν ἐσθ' ὕδωρ.

## CAPUT DECIMUM QUINTUM.

*Plantae Venereae.* Sandrocottus. συτικάι δυνάμεις. *Contrarii effectus ejusdem plantae.* ὄρνεις, gallinae. *Salacitas ejus avis.* κάλλος, unguentum. *Coronarum* Homerus non meminit. Ἰσιαιεῖς καὶ Ὠρεῖται. *Stephani aliquot loci emendantur.* ψηφοκλέπται, *praestigiatōres, et qualis fuerit ψηφοποιξία antiquorum.*

Narrat Theophrastus, ait auctor, ἔτω τινὰς ὀχευτικὰς δυνάμεις εἶναι, ὡς καὶ μέχρις ἐβδομήκοντα συνουσιῶν ἐπιτελεῖν: hoc est: eam esse cujusdam herbae facultatem vires in Venerem suffiendi, ut septuageno coitu duret libido. δυνάμεις vertit Dalecampius *medicamenta*. Sed Veneream herbam, de qua sentiebat Theophrastus, quis vocet *medicamentum*? quanquam Φάρμακον recte dixeris. Ita enim Graeci nominant, Galeno auctore, πᾶν, ὃ, τι περ ἂν ἦ ἀλλοιωτικὸν τῆς φύσεως. Vocis Latinae alia notio atque ratio. Sic dixit Chrysippus l. V. de honesto et voluptate δυνάμεις βρωτικὰς καὶ συνουσιαστικὰς. Proprie δύναμις est facultas alicui rei indita: in his et similibus locis res ipsae vocantur δυνάμεις. Polybius l. VIII.: καὶ γὰρ ἦν ἡ δύναμις ἐ τῶν παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν ἀπολλυεσῶν. Scribit vero Theophrastus, eam herbam, cujus neque nomen, neque speciem posuit, ab Indo quodam fuisse in Graeciam allatam. In libris Indicarum navigationum aliquot herbarum simili virtute praeditarum historiam reperias, cujusmodi sunt amfiam (id est opium), agnacat, tambor five betel, aliae. Sandrocottus is est, de quo Strabo, et nos olim ad illum: nam alii Androcottum indigetant: Sandropycton Dalec., nescio unde: nam aliter hoc nomen corruptum in prioribus editionibus: quarum mendam Na.

\*) [Dalech. vertit *supplicationes publicas*.]



talīs, recte correxerat. Scribo autem ἀποστελεῖν πικρὰ  
 δυνάμεις στυτικές, non, ut hodie legitur in omnibus, στυ-  
 πτικές. Quo enim ista adstringentia? An quia τουωτινά  
 sunt, quae adstringendi vim habent, ideo existimandum, ad  
 Venerem proniores iis homines fieri? Nugae nugacissi-  
 mae! Nam dubium non est, scripsisse Athenaeum δυνά-  
 μεις στυτικές, hoc est, herbas natas aptas ad mutinum ar-  
 rigendum: id enim est στύειν unde στύματα μισεῖν et ἄστυ-  
 τος οἶκος alibi in his libris. Sic Theophrastus miraculo-  
 sam illam herbam describit, vim illi tribuens, ἣ ἐφασαν  
 τὸ αἰδοῖον τελευθεῖν, id est, στυτικήν. Appellat auctor, ut  
 diximus, δυνάμεις res δυνάμει praeditas. Sic virtus apud  
 medicos Latinos. Aurelianus Tard. l. IV.: *Si quisquam*  
*harum virtutum recusaverit usum.* Has, de quibus loquitur  
 Athenaeus, virtutes nos herbas fuisse vel plantarum partes,  
 puta radices, censemus. Ergo ait, hasce a Sandrocotto ex  
 p. 45. India missas δυνάμεις οἷς μὲν ὀρμάς ἐμποιεῖν ὀρνίθων δίηνη,  
 ἧς δὲ κατὰ πικρὰς, in aliis appetentiam Veneris excitasse, qua-  
 lis est in gallis gallinacis, in aliis Venerem inhibuisse. ἐνεργειῶν  
 contrariarum causam in utendi modo puto fuisse  
 positam. Nam et vinum modice sumptum animum exhi-  
 larat, omnesque vires corporis reficit: immodice potum  
 amentiam inducit, et corporis robur exhaurit. ὀρνίθων δίηνη  
 Dalec. vertit *passerculorum more.* Velim scire, quis omnium  
 Graecorum ὀρνεις appellarit ἀπλῶς, quos vellet passeris  
 intelligi? At de genere gallinaceo eam vocem peculiari  
 notione usurpam, omnes sciunt. Sed salacitatem passe-  
 rum respiciens vir eruditus ita vertendum censuit: ceu  
 vero non et gallinaceorum gallorum par esset salacitas:  
 cujus rei testis quotidiana experientia, et Aristoteles  
 etiam, qui in primo Histor. ἀφροδισιαστικὰ κατ' ἐξοχήν ani-  
 malia appellat τὸ τῶν περδίων καὶ ἀλεκτρυόνων γένος. Un-  
 guentis illitum Parin ab Homero induci, probat auctor  
 allato ejus versu ex Il. β. αψ. γ. Sic enim poeta de Ale-  
 xandro: Κεῖνος ὄγ' ἐν θαλάμῳ καὶ δινωτοῖσι λέχεσσι, Κάλ-  
 λει τε εἰλβῶν καὶ εἴμασι. Athenaeus κάλλος hic putat un-  
 guentum significare: et alium affert locum poetae, ubi  
 dicitur de Venere, κάλλει τὰ πρόσωπα καθαίρει, h. e. un-  
 guento faciem nitore facit. Sic veteres critici exposuere  
 apud Homerum: non faciem purgat simpliciter, ut sonant  
 verba. Hesychius: κάλλει, τῷ μύρω τῷ τῆς Ἀφροδίτης.  
 Adi Eustathium. Coronarum poeta nusquam fecit ullam  
 mentionem: neque in ullo ejus versu utriusque poematis  
 σεφάνος pro corona, aut σεφάνην in propria significatione



legitur. An igitur poëtae omniscio coronarum usus fuit incognitus? Minime, inquit Athenaeus: τῷ γὰρ ἐν τῆς μεταφορᾶς ὁμοιωμάτι σημαίνεται, ὅτι ἤδει τὸν σεφανον, id est, similitudo rerum, de quibus metaphoricè usurpat Homerus τὸ σεφανος et σεφανῶν, arguit, non ignorasse illum, quid sit corona, quod proprie significat dictio σεφανος. Probum et validum argumentum: nam propria cujusque vocis significatio natura prior est quam translaticia. *Aries* enim et *corvus* in usu et notitia hominum ante versata sunt pro dominantibus verbis et certorum animalium appellationibus, quam in suos usus ea mechanici accommodarunt. Eadem ratio caeterorum. Quando scribit Athenaeus Ἰσθιαεῖς ἔν καὶ Ὀρεῖται, perinde loquitur, ut si quis dicat, Epidamnii et Dyrrhachini, aut Byzantii et Constantinopolitani. Quod dicendi genus cum insolens sit, scribebam Ἰσθιαεῖς ἔν, οἱ καὶ Ὀρεῖται. Sed editam γραφὴν etiam Eustathius agnoscit: sicut paulo ante ἔχ ὡς ὑσέρων editi scriptique codd. et Eustath. pro ἔχ ὡς οἱ ὕς., ut legitur in comici scholiis, ubi describitur ille locus. Histiaea, vetus Euboeae oppidum, recentiore nomine dictum Oreum. Strabo: Ὀρεῖται μετωνομάσθησαν ὑσέρων οἱ Ἰσθιαεῖς. In Stephani Gentilibus voce Ἰσθιαεῖς scribe νῦν δὲ καλεῖται Ὀρεός, non, ut est perperam editum, Ὀρωπός. Apud Eustathium haec Athenaei verba recitantem Ἰσθιαεῖς scriptum, non Ἰσ. Utrouque modo scribi solitum id nomen, docet idem II. ad II. commentario. p. 46. De ea re sic scribe Stephani verba, male vulgo concepta: Ἰσθιαώτης ὁ τῆς Θεσσαλιῆς ἢ δὲ τῆς Εὐβοίας διάφορος κατὰ τὴν γραφὴν καὶ διὰ τῆς ι, καὶ διὰ τῆς ε ψιλῆ. Apage censuram Dalecampii super hoc loco: apage illam absurdissimam annotationem, qua nihil ineptius. Isti igitur sive Histiaeenfes sive Oritae, ut narratur hic, Θεόδωρος τῆς ψηφοκλέπτης ἐν θεάτρῳ χαλκῆν εἰκόνα ἀνέθησαν ψῆφον κρατῆσαν. Theodori ψηφοκλέπτης statuum in theatro dedicarunt calculum tenentem. Quid autem significetur voce ψηφοκλέπτης, obvium cuivis non est. Natalis suffragiorum absconditorem Theodorum istum facit. Est vero ineptum et ridiculum, putare, habitum hunc honorem fuisse homini fide mala versanti in re suffragiorum. Ideo locum pro corrupto habuit Dalec. scripsitque ψηφοκλέπτης. Opponimus nos huic emendationi et MSS. omnium consensum, et Eustathii auctoritatem: qui vulgatam lectionem absque dubio ullo agnoscit ad VIII. Ὀδ. ραψ. Quin ipsi Eustathio nomen hoc videtur fuisse obscurum: scribit



enim eo loci: τί δὲ δηλοῖ ὁ ψηφοκλέπτης, εἴσεται τις εὐ-  
 ρῶν Σοφοκλέης τὸ, Κλέπτης γὰρ αὐτῆ ψηφοποιός εὐρέθης.  
 Locus Sophoclis est in Ajace Lorario. Caeterum quae-  
 rentem, quid hic significet ψηφοκλέπτης, nihil adjuvat  
 ille versiculus. Quare aliud agamus. ψῆφοι Graecis cal-  
 culi dicuntur, quos olim praestigiatores usi quidam, iis  
 in totum similes, quos hodie vocamus idiomate nostro  
*joueurs de goubelets*. Solent isti calculos aut globulos in  
 mensa palam positos, deinde acetabulis opertos, tanta  
 dexteritate movere loco transferreque, ut veritatis ignari  
 spectatores aut verborum, quae interea funditant, effi-  
 cacia, aut aliqua alia vi magica, non manibus praestigia-  
 toris, fieri id sibi persuadeant. Graecis non fuisse in-  
 cognitum ludicrum hoc, certum est. Suidas: ψηφολό-  
 γοι εἰσὶν οἱ ψηφοπαῖνται· ψηφολογιοὶ ἔν οἱ πλανῶντες, καὶ  
 ἀπατῶντες, ὡσπερ οἱ ψηφολόγοι τὰς ὀφθαλμὰς τῷ τάχει  
 τῆς μεταθέσεως τῶν ψῆφων ἀπατῶντες συναρπάζουσιν. No-  
 verunt et Romani. Glossarium vetus: Praestigiator, ψη-  
 φοπαῖκτης. Alibi: ψηφοπαίξια, praestigiae. Seneca epist.  
 XLV.: *Sic ista sine poxa decipiunt, quomodo praestigiatō-  
 rum acetabula et calculi, in quibus me fallacia ipsa delectat.*  
 Sextus Empir. Hyp. I. II.: ὡσπερ εἰς ὅτι ἀληθῆ ἐσι τὰ ὑπὸ  
 τῶν ψηφοπαῖκτῶν γενόμενα, συνατατιθέμεθα. Idem I. II.  
 adv. dogm., κατὰ, αἰτ, οἱ ψηφοπαῖνται τὰς τῶν θεωμένων  
 ὄψεις δι' ὄξυχειρίαν κλέπτουσιν, ἕτως οἱ ῥήτορες διὰ πανεργ-  
 γίαν τὰς τῶν δικαστῶν διανοίας ἀμαυρώσαντες, τῷ νόμῳ συ-  
 κλέπτουσι τὰς ψῆφους. Noli igitur dubitare, ψηφοκλέπτην  
 dici hic ab Athenaeo praestigiatorem hujus generis, quem  
 vulgo ψηφοπαῖκτην vocabant aut ψηφολόγον. Solent Graeci  
 κλέπτειν usurpare venustissime, quando raptim et clam  
 factum esse aliquid significant. Inde κλοπαὶ πολέμων apud  
 Xenophontem, et κλέπτειν ὄρη apud eundem pro *mon-  
 tes clam hostibus occurrere*. Sic in superioribus Suidae ver-  
 bis συναρπάζειν calculos, et apud Artemidorum in men-  
 tione harum ossuciarum ψῆφους κλέπτειν. Sic ille I. III.:

p. 47. ψηφοπαῖκτην δοκεῖν ἐν ἐπιστάμενον, πολλὰ ὠφελήθηναι ση-  
 μαίνει, παραλογιζόμενον καὶ ψευδόμενον, διὰ τὸ πολλὰς ψῆ-  
 φους κλέπτειν, καὶ ταῦτα ἄλλοτε ἄλλως δεικνύειν. Grego-  
 rius Naz. in orat. de Athanasio: ἀλλὰ ταῦτόν ἦν, ψῆφοις  
 τε παίξεν, τὴν ἔψιν κλεπτέστατι τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως.  
 Schol. ibi: ὡσπερ οἱ ψηφοπαῖνται οἱ παρεκτρομένοισι τὰς θεω-  
 μένας, καὶ τὰς ὄψεις αὐτῶν ἐκπατῶντες τῇ εὐστροφίᾳ τῶν  
 χειρῶν, καὶ τῷ τάχει τῆς κίνησεως τῶν δακτύλων, ὡς τὰ  
 τοσαῦτα τῷ ἀριθμῷ τυχόν μὴ τοσαῦτα εὐρίσκεισθαι. Idem

Καίλει

δω

μια

for

De statu



in orat. altera, qua Juliani nomen proſcripfit: ἐν τῶν  
 ἐκείνῃ θαιμάζειν ἔχω. πολλὰς γὰρ τῶν ἐαυτῷ συνήθων  
 τε καὶ γνωρίμων, ἐκ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν διατριβῶν μά-  
 λιστα, ἐκάλει μὲν κατὰ πᾶσαν σπεδὴν, ὡς δράσων θαιμά-  
 σια οἶα, καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἐπτέρῃ, μεμνημένους τῶν ὑπο-  
 σχέσεων· ἐπεὶ δὲ παρεῖεν, τὸτο ἐκεῖνο, αἱ τῶν ψήφων  
 κλοπαί, καὶ τῶν ὄψεων ἀπάται· τὰς μὲν τόνδε τρόπον δια-  
 παίζων, τὰς δὲ τόνδε. Idem orat. III. de pace ceu pro-  
 verbium illa usurpat, καὶ τὸ χερῖεν, ἢ τῶν ψήφων μετά-  
 θεσις, de iis, qui temere eundem modo pro orthodoxo,  
 modo pro haeretico haberent, aut qui facile ipsi fidem  
 mutarent. Ea namque fuit ecclesiae dei illis temporibus  
 conditio. Propterea scribit idem in orat. ad CL. episco-  
 pos: σήμερον σύνθρονοι καὶ ὁμόδοχοι, ἂν ἔτω φέρωνι ὑ-  
 μῶς οἱ ἄγοντες, αὐρίον ἀντίθρονοι καὶ ἀντίδοχοι. Ibidem:  
 ἐμβρόντητε καὶ πολύτροπε, εἴποι τις ἂν, καὶ πλάσμα τῆ  
 πονηρῆ καὶ τῆ σοφιστῆ τῆς κακίας, ὅσις ποτε εἶ ὁ τὸτο πα-  
 σχων, ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἀνοητότατε, ἔτός σοι  
 χθὲς ἢν εὐσεβῆς, καὶ πῶς ἀσεβῆς σήμερον; Alludit et ali-  
 bi facundissimus ille scriptor ad praefigiatorum istas fal-  
 lacias: ut in ea de amore in pauperes: τὰ μὲν γὰρ ἐσι  
 ρευτὰ καὶ πρόσκαιρα, καὶ ὡσπερ ἐν παιδιᾷ ψήφων, ἄλλοτ'  
 εἰς ἄλλας μεταρρίπτόμενα καὶ μετατιθέμενα. Et in poste-  
 riore Julianeā, de martyre loquens: καὶ πολλὰ σε τῆς  
 ἀλεργίδος, καὶ τῶν λόγων καταγελάσας ὡς ψηφολογιῶν  
 καὶ γελοίου, μετὰ πλείονος ἐξῆλθε τῆς παρήρησις. Au-  
 ctor est Julius Pollux, Lyliam oratorem dixisse ψηφοπαι-  
 κτεῖν τὸ δίκαιον, translatione ducta a psephopaectis, prae-  
 stigiatoribus: id autem significat *jus pervertere subtilibus  
 commentis*. Sed ipsa Pollucis verba satius adscribere: εἰ  
 δὲ Λυσίῃ ὁ κατ' Ἀντικλέους λόγος, ἐν ᾧ γέγραπται, ψη-  
 φοπαικτεῖν τὸ δίκαιον, εἴη ἂν καὶ ὁ ψηφοπαικτής ἐν τέχνῃ·  
 τὸ δὲ ἔνομα τὸτο εἰρημέ τις τῶν νέων κωμωδῶν, Εὐδοξὸς  
 ἐν Ναυκλήρῃ (vel Ναυκλήρῳ) δράματι.

## CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Κοῖλον ἱμάτιον. *Mos lacerandi vestes, quae consecra-  
 bantur. Error Athenaei aut librarii. ἡμίαιμοι et  
 μιμίαιμοι. Matreae plani aenigma. Θηρία, vitia.  
 Jocosae quaestiones Matreae expositae.*


De statua cāntori Cleoni Thebis publice posita loquens



Athenaeus, *Φησιν, inquit, Πολέμων, Φεύγοντά τινα χρυσιον εις τὸ ἱμάτιον κοίλον ὃν ἐνθέσθαι.* Videtur appellare cavam vestem finum, quem amiculum pondere ad statuæ pedes collectum faciebat. Nisi malis, duplicem fuisse vestem, eamque laceram: ut facile fuerit, pecuniam intus abdere. Fuit autem moris olim, consecrandam nup. 48. mini alicui vestem findere, ne manibus tagacibus esset obnoxia. Hesychius: *οἱ ἀνατιθέμενοι ἱμάτια κατέσχιζον αὐτὰ, ἵνα μὴ ἀρθῶσι παρὰ τινων.* Probabile est, factitatum et in statuarum amiculis idem fuisse. Pecuniam autem, in sinu vestis hujus depositam, inventam ibi fuisse narrat auctor, *συνομιζομένης τῆς πόλεως μετὰ ἔτη τριάκοντα, cum urbs restauraretur post annos triginta.* Sed aut legendum *εἰκοσιν*, aut negligenter hoc ab Athenaeo pronuntiatum esse fatendum. Non enim XXX. sed XX tantum annis jacuerunt Thebae, anno vicesimo ope Cassandri iterum conditae. Diodorus Sic.: *εἰκοσὶ δ' ἔτει ὕπερον Κάσσανδρος Φιλοδοξῆσσι βεβλόμενος, καὶ πείσας τὰς Βοιωτὰς, ἀνέστησε τὴν πόλιν τοῖς διωκτομένοις τῶν Θηβαίων.* Membranae et Eustathius librarios culpa absolvunt: itaque non possumus nos Athenaeum, nisi libet dicere, sentire Diodorum \*) de tempore, quo coepta est urbs restaurari, Athenaeum \*\*) de tempore, quo operi tanto coronis est imposita. Favet verbum, quo usus Athenaeus, *συνομιζομένης*, id est, cum denuo incolis frequentaretur. Plinius manifesto in hac historia alios auctores sequitur. Scribit enim l. XXXIV. c. VIII.: *Leontius fecit Apollinem citharoedum, serpentemque ejus sagittis confici, qui Dircaeus appellatus est, quod, cum Thebae ab Alexandro caperentur, aurum a fugiente conditum sinu ejus celatum esset.* Herodotus ὁ λογόμενος videtur esse is, qui in Stobaei libris Herodes dicitur, auctor mimiamborum: de quo etiam accipiunt doctissimi viri versus istos Terentiani Mauri de Scazonte Hipponacteo loquentis: *Hoc mimiambos Matzcius dedit metro: Nam vatem eundem est Attico thymo tinctum Pari lepore consecutus et metro.* Videtur, inquam, ita esse. Nihil tamen ausim affirmare: nam apud Stobaeum constanter variis locis Herodes iste *ἡμιόμβων*, non autem *μιμιόμβων* auctor dicitur. Emendationem verò eruditissimorum hominum *μιμιόμβων* pro *ἡμιόμβων* rescribentium suspectam facit, quod non Herodis solum *ἡμιόμ-*

\*) [Athenaeum. Edit. Lugd.]

\*\*) [Diodorum. Edit.]





βας laudant veteres, sed etiam aliorum poetarum, ut Cer-  
 cidae Stobaeus idem ferm. LVI., Promathidae Athenaeus  
 I. VII. Suspīcamur; ἡμιάμβες appellatos fuisse carminis  
 jambici genus brevissimis versibus constans. Meminit  
 etiam Demetrius Phal. ἡμιμέτρων, quos docti arbitrantur  
 esse μονομέτρους alio nomine appellatos. Julius Poll. I. IV.  
 c. X. inter νόμων κισσαριστηρίων appellationes ponit μηνιάμ-  
 βες et παριαμβίδας. An ibi quoque ἡμιάμβων nomen re-  
 stituendum? Nam quid μηνιάμβοι sint, divinare non pos-  
 sum. Caeterum nihil ista ad Herodotum logominum:  
 quare alio transeamus. Matream Athenaeus τὸν Πλάτων.  
 Suidas Λαόπλαρον, ex Athenaeo tamen, ut videtur. Aeni-  
 gma plani hujus ab auctore tale profertur: ἔλεγε θηρίον  
 τρέφειν, ὃ αὐτὸ ἐαυτὸ κατεσθίει. Et ait, quaeri solitum  
 adhuc aetate sua, quatenam esset illa bestia, de qua sensit  
 Matreas. Memini, Eustathium aenigmā hoc cum cura ex-  
 plicare, neque aliquid nobis in mentem venit iis me- p. 49  
 lius, quae sunt ab illo scripta. Itaque adferam Eustathii  
 verba: τὸ δὲ ἢ θυμὸν ἰσῶς, ἢ φθόνον ἀηλοῖ, ἢ λύπην, ἢ  
 καὶ τι κακικώτερον ἐπαθῆς. εἰλήφθη δὲ δοκεῖ ὁ ῥηθεὶς  
 τῆς Μαρτρῆς λόγος, ἢ ἐκ τῆς, ὃν θυμὸν κατέδων, ἢ ἐκ τῆς πολυ-  
 πόδος, ὅς ἐόν ποτε πόδα τέθεικε. Libidinem concitatam ap-  
 pellat Eustathius honeste κακικὸν πάθος. De ea potissi-  
 mum Matream sensisse, arbitramur. Fera ergo erit τὸ  
 εἶμα. Sed et caetera animi graviora πάθη, ut invidiam,  
 iram, odium et similia his, recte dixeris feras se ipsas vo-  
 ranteis. Plato τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς μέρος appellat  
 ποικίλον καὶ πολυκέφαλον θηρίον. τὸ θυμοειδὲς leoni com-  
 parans, paulo aliter discipulus Platonis Aristoteles vitio-  
 sitatis consummatissimae genus θηριότητα et θηριωδίαν ap-  
 pellavit. Eloquentissimus et beatissimus Chrysostomus  
 vitia omnia θηρία et λέοντας. παρεσήκασιν, inquit in eam  
 d. Pauli ad Rom., ἡμῶν λέοντες, θυμοὶ, ἐπιθυμία, χαλε-  
 πὲς ἔχοντες ὀδόντας. Idem vir maximus alibi θηρίον τρέ-  
 φειν dixit pro vitium aliquod fovere, eique indulgere:  
 quod valde illustrando huic loco facit. Locus est hom.  
 XVII. in epist. ad Rom., ubi loquens de gloriae appeten-  
 tia: ὅτι δὲ δαπανηρότερον ἔντα καὶ πολυτελῆ τὸν ἔτω νοσῆντα,  
 καὶ ἄρπαγα, καὶ πλεονέκτην εἶναι ἀνάγκη, παντὶ περὶ δῆλον.  
 ἵνα γὰρ ἔχη τῷ θηρίῳ παρέχειν τροφήν, εἰς τὴν τῶν ἄλλων  
 ἐσθίαν τὰς ἐαυτῶν ῥίπτει χεῖρας. Et in oratione περὶ τα-  
 πεινοφροσύνης, verba faciens de arrogantia, quam ipse  
 ἀπόνοϊαν appellat: ὅταν μέλλῃ ἐπεισιέναι, τὸ θηρίον ὑμῶν, τὸ



τε διὰ τῶν ῥημάτων, Φησὶν, ἀπόκλειε τὰς θύρας αὐτῶ. *No-*  
*ster quoque I. VI. adulationem θηρίων χαλεπώτατον nun-*  
*cupat. Sallustius: Avaritia bellua fera, immanis, intole-*  
*randa est. Gregorius Nyffenus in aurea oratione de*  
*professione nominis Christiani: εἰ δέ τις ἐμπαθῆς εἴη καὶ θη-*  
*ριώδης, ἄλλοτε πρὸς ἄλλα πάθη μεταμορφόμενος, καὶ πολλὰς*  
*ὑποδύμενος θηρίων ἐν τῷ ἦθει μορφάς. Θηρία γὰρ ἀντικρὺς*  
*ἔσιν ἰδεῖν ταῖς τῆς φύσεως ἡμῶν παρχτροπαῖς ἐμμορφόμενα.*  
*Theodoretus in Θεοφιλεῖ de Theodosio: λιτανεῖα δὲ καὶ*  
*ὑνωδία χρώμενος αἰεὶ, τὴν ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ὀργὴν καὶ τὴν*  
*ἀλαζονείαν, τὰ τ' ἄλλα τῆς ψυχῆς θηρία κατενοοῖμίζε. Non*  
*aliter ἀλληγορεῖται Promethei vincti, cuius jecur aquila*  
*depascitur, fabula. Petronius: Cui vultur jecur intimum*  
*pererrat, Et pectus trahit, intimasque fibras, Non est, quem*  
*lepidi volunt poetæ, Sed cordis mala, livor atque luxus.*  
*Matreae aenigmati simile est, quod in Gregorii Palamae*  
*aureolo libello queritur anima de corpore: ἐκ αἰδ' ὅπως*  
*ἐμαυτὴν λαυθάνω θηρίον σε πονηρὸν ὑπὸ κόλπον θάλπεισα,*  
*καὶ πῶλον ὑβρισην ἐπὶ καιῶ τῷ ἐμαυτῆς πικίνισσα. Additur*  
*de Matrea: ἐποίησε δὲ ἕτος καὶ παρὰ τὰς Ἀριστοτέλους ἀπο-*  
*ρίας. Id est: composuit hic quaestiones ad Aristotelicas.*  
*Vult dicere, quae cum Aristotelis problematis comparari*  
*possint. In Suida est περὶ προ παρά. Mendose: nam*  
*rectum est παρὰ τὰς Ἀρ. Sic loquitur Aufonius: Et dis-*  
*putator ad Cleanthem Stoicum. Alibi: Grammaticæ ad*  
*Scaurum atque Probum. Harum quaestionum omnis et venu-*  
 p. 50. *stas et obscuritas posita in dictionum paralogismis. Primum*  
*problema est: διὰ τί ὁ ἥλιος δύνει μὲν, κολυμβᾷ δ' ἔ; Pro-*  
*πrie δύνειν est in aquas se mergere: quod omnium ma-*  
*xime faciunt οἱ κολυμβῶντες. inde jocus. Sed alio sensu*  
*dicitur sol δύνειν, cum se abdit infra horizontem, alio*  
*urinator, cum in piscinam salit, flumen, aut mare. Ita*  
*erunt 4 termini, et proinde ὁ συλλογισμὸς vitiosus. II.*  
*quaestio: διὰ τί οἱ σπόγγοι συμπίνκσι μὲν, συγκοθωνίζον-*  
*ται δ' ἔ; Et hic quatuor insunt termini: πίνειν enim in ho-*  
*mine proprium, in spongia alienum, et a prima signifi-*  
*catione diversum. Sic in tertia quaestione, διὰ τί τὰ τε-*  
*τράδραχμα καταλλάττεται μὲν, ὀργίζεται δ' ἔ; paralogi-*  
*smus est in verbo καταλλάττεσθαι, quod de aliis rebus usur-*  
*patum simplicem mutationem significat: ut cum in foro*  
*merces permutantur aut aliis mercibus aut pecunia: item-*  
*que apud trapezitas aut collybitas nummus nummo: de*  
*homine cum dicitur, diversi generis mutationem denotat;*



per quam de irato fit aliquis pacatus et mitis. Interpretes \*) an haec sint affecuti, esto iudicium aliorum. Omnino autem verbum καταλλάττεσθαι in interpretando retineri debuit: verti enim isto loco non potest nisi inepte.

## CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

*Pothinus neurospastus et Euryclides praestigiator quibus honoribus fuerint ab Atheniensibus affecti. Roma orbis compendium. Italica saltatio pantomimorum. Refutantur, qui putant esse id Augusti inventum. Suidae error. Saltatio ὀγκώδης et πολύκοπος. Thamyris Sophoclis drama. καθιέναι eis ἄτυ, vel eis Δήναια. Fabulam διατίθεσθαι. ὄρχεῖν.*

Inter caeteros Graeciae populos, qui ludicris artibus plus tribuerunt honoris, quam liberalibus disciplinis, recensentur et Athenienses his verbis: Ἀθηναῖοι δὲ Ποθηνοῦ τῷ νευροσπάσῳ τὴν σκηνὴν (vel σκευὴν, ut legitur in quibusdam: alibi dixit χορὸν δένχι quod exposuimus non semel) ἔδωκαν, ἀφ' ἧς ἐνεθυσίων οἱ περὶ Εὐριπίδην. Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Εὐριπίδην ἐν τῷ θεάτρῳ ἀνέστησαν μετὰ τῶν περὶ Αἰσχύλον. In prioribus editionibus mutila haec erant et corrupta. Nos ita edidimus fide veterum membranarum: nisi quod posteriore loco non Εὐριπίδην habent illae, sed Εὐρυκλείδην quae vera omnino est scriptura: vel Εὐκλείδην. Videtur enim hic ille esse Euclides ἐπὶ γελοίοις δόξαν εἰληφώς, de quo plura ex Lynceo narrantur l. VI. Duobus exemplis probat, vanas et supervacuas artes in summo etiam Athenis pretio fuisse. Alterum est, quod Potheino, qui sigillaria ostendere et circumferre solitus, scenam concesserint, in qua divinas suas tragoedias Euripides doceret, aut non multo ante docuisset. Erat enim indignum et turpe, praestigias ibi

\*) [Quaestiones idem ad instar dubitationum Aristotelis et scripsit, et recitavit publice, huiusmodi: Quare sol, dum occidit, subeat Oceanum, non in eo urinetur ac natec? Quare spongiae compositae, non autem simul ad ebrietatem usque bibentes lateciviant? Quare denarius commutetur, non autem irascatur? Dalecb.]



Athenienses spectare, unde solita audiri summi poëtae scripta. Specimen honoris fuisse in danda scena aut choro, declaratum est a nobis l. xiv. Simile huic est alterum exemplum: ait enim, positam publice statuatam fuisse ab Atheniensibus Euryclidi in theatro, et quidem  
 P. 51. ea parte, ubi erat statua Aeschyli, sapientissimi et maximi poëtae. Clarum ex his, eosdem habitos Athenis honores dignis et indignis, atque, ut ait poëta, ἐν ἰῆ τιμῇ ἡμὲν κακὸν ἢ δὲ καὶ ἐσθλόν. Haec sententia est, haec mens Athenaei isto loco: sed male de nobis meritis est vel ipse, vel, quod magis credo, auctor epitomes, cum celavit nos, quo artificio insipientis populi benevolentiam sibi Euryclides iste conciliaffet. θαυματοποιὸν fuisse, non dubito: quo generali nomine species diversae τῶν Διονύσων τεχνιτῶν continentur, ut dicebamus olim ad Theophrastum. Oenonas citharoedus cantasse dicitur in scena ναυαγὸν Ὀδυσσεὰ σολοικίζοντα. Haec lectio vetus, quam fide bona restituumus. Edebatur ante καὶ Ναυτικὸν \* Ναυσικίαν Ὀδυσσεὰ σολοικίζοντα. Natalis legit nobiscum, neque hic Nauficae nomen agnoscit. Dalecampium demiror equidem, qui vertit: *Ulysses cum Nauficam barbare ac inepte colloquentem*. Ex Homero sumptum esse paret horum νόμων κισσιστηρίων argumentum: nihil autem facundius aut ingeniosius fingi posse oratione ea, qua regiam puellam naufragus Ulysses affatur, clarum certumque est. Fortasse scribendum: καὶ ναυαγὸν Ὀδυσσεὰ κισσιστηρίζοντα: videtur enim petita carminis hypothesis ex istis Homeri in descriptione naufragii Ulyssis: — αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς Ἄμφ' ἐνὶ δόρατι βαῖνε, κέληθ' ὡς ἵππον ἐλαύνων. Post haec, quae sequuntur, ἀνιμῶν ἔλεγεν ἐν τῷ σώματος, praeserunt membranae, τοικῦτα ποιῶν ἠυδοκίμει καὶ ..... ὁ ἦθ' ..... ἐνδοξ. In iisdem paulo mox pro ἐκ ἂν τις σιοπέτ' πόρρω τοξεύοι, λέγων reperimus τοξεύων λέγοι. Est autem, quod sequitur, Polemonis sophistae dictum de Roma, ut, ex Galeno discimus. Eam urbem fuisse revera Athenaei temporibus, ut mox dicitur, ἐπιτομὴν τῆς οἰκεμένης, non urbem inquam, sed orbem parvum, duplici ratione verum est. Nam et nationum omnium Romano imperio subjacentium (his finibus plerique scriptores τὴν οἰκεμένην finiunt) inquilini fuere tum Romae: qua de re multa egregie in encomio Romae Aristides, eo praesertim loco, ubi comparat urbem cum mari: et rerum omnium ingentem copiam ex universo Romano orbe solitam in urbem importari, testatur Gale-



nus περι ἀντιδότων I. I.: εἰς τὴν Ῥώμην, inquit, τὰ παν-  
 ταχόθεν ἦκει καλὰ διὰ παντὸς ἔτης. Lego paulo post:  
 τῆτον τὸν Βαθύλλον Φησιν Ἀριστόνικος καὶ Πυλάδην, ἃ  
 ἐσι καὶ σύγγραμμα περὶ ὀρχήσεως, τὴν Ἰταλικὴν ὀρχησίαν  
 συστήσασθαι, id est, *Aristonicus ait, cuius liber est de  
 saltatione, Bathyllum et Pyladem Italicam saltationem com-  
 posuisse.* Trajectio in auctoris verbis et librariis et inter-  
 pretibus erroris ansam praebuit: nam liber de saltatione  
 Aristonici fuit, οἰνωρ, non Pyladis: Pylades vero et  
 Bathyllus duo fuerunt τῆς τῶν παντομίμων ὀρχήσεως au-  
 ctores et inventores primi. Athenaeus Italicam vocat  
 eam saltationem, quia Romae ab illis est inventa tempo-  
 ribus Augusti. Cave, assentiaris eruditissimis viris, qui  
 infamis hujus inventi auctorem produnt Augustum ipsum. p. 52.  
 Suidas, scio, illis ita sentiendi auctor, cuius haec profe-  
 runt et recensent recte: τὴν παντόμιμον ὀρχησίαν ὁ Αὐγαστος  
 ἐφεῦρε, Πυλάδα καὶ Βαθύλλα πρώτων αὐτὴν μετελθόν-  
 των. Sed quis in re Romana Suidam putet testem ido-  
 neum, solum praefertim? Ego aio, imponere nobis Sui-  
 dam, qui, ut paucula verba lucrifaceret, auctoris mentem  
 pervertit, unde illa transcribent. Is dubio procul est  
 Zosimus: quod liquido apparebit, si utrumque scripto-  
 rem componas et contendas invicem. Atqui Zosimus  
 non ab Augusto, sed temporibus Augusti originem ha-  
 buisse scribit. ἢ τε γὰρ, inquit de Octavio loquens, παν-  
 τόμιμος ὀρχησις ἐν ἐκείνοις εἰσήχθη τοῖς χρόνοις, ἔπω  
 πρότερον ἔσα, Πυλάδα καὶ Βαθύλλα πρώτον αὐτὴν μετελ-  
 θόντων. Quod diximus de traiectione in Athenaei ver-  
 bis, fortasse non omnibus probabimus: ac fieri potest,  
 ut liber de saltatione hic commemoratus Pyladis fuerit,  
 non, ut dicebamus, Aristonici: hoc igitur κείρω εἰς  
 τὸ μέσον: at Πυλάδην scribendum esse, non Πυλάδης,  
 constanter affirmamus. Pyladis saltatio dicitur sic ὀγκώ-  
 δης, ut apud magistros dicendi genus est orationis, quam  
 ὀγκώδη vel ὀγκηρὰν appellant, cui inest, inquit Demetrius  
 Phalereus, πλάτος, μῆκος et πλάσμα. Verum ista expli-  
 care pluribus non est hujus loci. Dicitur eadem saltatio  
 παθητικὴ τε καὶ πολύκοπος, plena affectuum et gestus plan-  
 gentium probe exprimens. Sic interpretor πολύκοπος, ut  
 ad κοπετὸς plangentium fiat allusio. Quid si scribamus  
 πολύκοπος; Sed non videtur necesse. De pantomimo-  
 rum saltatione multa nos alibi. Thamyras appellatur hic  
 Sophoclis fabula, quae semper alibi est Thamyras Athe-  
 naeo: aliis Thamyras. Vide illius poëtae fragmenta a




nobis collecta et digesta infra I. VII. Scribendum ὅτι τὴν Ναυσικῶαν καθεῖνε non, ut habent codd., ἔδηκε. Fabulam καθεῖναι est docere, vel εἰσάγειν, ut paulo ante. Sic autem loquuntur Graeci. Syrianus in Hermog.: εἰρεῖ Ἀριστοφάνη, ὡς ἔθος ἐν τοῖς Διονυσίοις καθεῖναι τὰ δράματα. Aristoph. scholiastes: διὰ Φιλωνίδα καὶ Καλλισράτη καθεῖνε τινὰ τῶν δραμάτων. Idem alibi: πρῶτον γὰρ δράμα καθεῖνε δι' ἑαυτῆ τὰς Ἰππέας. Ibid.: αἱ διδασκαλῆαι ἴσως φέρουσι τὰς Ἰππεῖς πρώτους ὑπ' αὐτῆ καθεμενέας. Interdum dicunt καθεῖναι εἰς ἄστυ vel εἰς Ἀθήνας, *deferre in ludos astycos aut linaicos*. In Avium argumento: ἐπὶ Χαβρία τὸ δράμα καθεῖνε εἰς ἄστυ διὰ Καλλίε· εἰς δὲ Ἀθήνας τὸν Ἀμφιάραον ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδα. Simile in Alcib. Plutarchi καθεῖναι ἄρχματα Ὀλυμπίασι· nec multo aliter καθεῖναι γνώμας in Concion. Aristoph. Quemadmodum autem poëtae, cum sua dramata committerent, dicebantur καθεῖναι, vel διδάσκειν, vel ἀναφέρειν τὰ δράματα εἰς ὄρχησον χορῶν aut εἰς σκηνήν· sic histriones διατίθεσθαι, cum in scena gestus ederent. Paulo ante: καὶ γὰρ ὑπόρχημά τι τῶτον διατίθεσθαι. L. XIV.: εἰ δέ τις ἀμέτρως διαθεῖη τὴν σχηματοποιίαν. Junge his, quae scribimus l. VI. c. VII., ubi et hunc locum attingimus. Ionis versus: Ἐν τῶν ἀέλπτων μᾶλλον ὤρχησε φρένας, non aliter scribitur apud Eustathium. In eo notandum verbum ὄρχεῖν pro κινεῖν aut ἐρεθίζεῖν, vel ἐρεθίζεσθαι· ut fit ὤρχησε φρένας pro κατὰ φρένας, *commovit se animo*.

## CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Platonis locus exponitur. ἀναβάλλεσθαι pro περιβάλλεσθαι de amictu. ἐπιδέξια, *eleganter*. Σιδας notatur. Platonis et Artemidori loci correcti. ἐπαρίσερα περιβεβλήσθαι. *Veterum in vestitu et incessu modestia. Multa in Athenaeo correcta et illustrata.*

Majorum instituta cum sui temporis moribus contendens Athenaeus illos ait ne in vestitu quidem fuisse negligentes, sed compositos ac modestos: quique secus agerent,



ab illis solitos irrideri. *ἔμελε δὲ αὐτοῖς, inquit, καὶ τῆ κοσμίως ἀναλαμβάνειν τὴν ἐσθῆτα, καὶ τὰς μὴ τῆτο ποιεῖν-τας ἔσκωπον.* Diogenes Laërt. in Zenone Stoico: *δεῖν τε ἔλεγε τὰς νέας πάσῃ (malim ἐν πᾶσι) κοσμιότητι χρῆσθαι, καὶ πορείᾳ, καὶ σχήματι, καὶ περιβολῇ.* In hanc sententiam laudatur ab Athenaeo Platonis elegantissimus locus. Insignis vero hic securitas interpretum, ne dicam aliquid gravius, hoc est verius. Nam quid de iis aut dicas, aut censeas, qui in divini philosophi verbis caecutire maluerunt, quam indicatum nominatim ab auctore locum inspicere? Plato igitur in Theaeteto comparans inter se hominem liberaliter eductum et eum, qui liberali cultu caruerit, notas, quibus dignosci queant, profert. Ait inter alia, bonum illum bonis prognatum, si ad servilia ministeria adhibeatur, ineptum et nihili futurum: alterius mores esse, *τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα δυναμένε τωρῶς τε καὶ ὀξέως διακονεῖν, ἀναβάλλεσθαι δὲ ἐκ ἐπισαμένε ἐπιδέξια ἐλευθέρως·* hominis, qui talia quidem *prompte et celeriter noverit obire ministeria: caeterum qui dextre, et ut liberum decet, vestem componere nesciat.* Platonis interpretes, viri eruditissimi, vocem ἀναβάλλεσθαι aliter acceperunt. Sed potior apud me Athenaei sententia, qui ad amictum refert. Sic enim apud Lucianum de conscrib. histor. primum argumentum hominis non ingenui ab indumentis et cultu sumitur. *εὐκασιον, ait, οἰκέτη νεοπλέτω ἄρτι τὰ τῆ δεσπότη κληρονομήσαντι, ὃς ἔτε τὴν ἐσθῆτα οἶδεν, ὡς χρῆ, περιβαλέσθαι.* Quod Luciano περιβαλέσθαι, Platoni ἀναβάλλεσθαι: quod esse ἀττικώτερον, critici observant. Lucianus de sectis, loquens de veteribus Stoicis: *εἰρων αὐτὰς κοσμίως βαδίζοντας ἀναβεβλημένε εὐσαλῶς.* Et mox: *ἄχρις ἂν εὐσαλῆς ἢ ἀναβολῆ.* Errat igitur Suidas, et reprobis usus est Athenaei codicibus, cum legit isto loco ἀναλαβέσθαι. Vise illum in ἀναλαμβάνειν. Pollux veram lectionem agnoscit l. II., cujus verba ex Platone emendabis: et Themistius orat. I., ubi habes integrum fere Platonis locum. *ἐπιδέξια valet δεξιῶς, ut explicat recte Pindari schol. Olymp. Ode VI.* Minus recte Platonis et Themistii editiones *ἐπὶ δεξιά.* At Suidas pessime duobus locis scribit *ἐπιδεξιελευθέρως, P. 54* fecutus codices inemendatos sine dubio: nam et nos in aliquot exemplaribus offendimus *ἐπιδεξιελευθέρως.* Plato in conv.: *δοκεῖ γὰρ μοι, χρῆναι ἕκασον λόγον εἰπεῖν ἔπαινον· Ἐρωτος ἐπιδέξια, ὡς ἂν δύνηται κάλλισον.* Hic et tribus aliis hujus libri locis *ἐπιδέξια ἐπαινεῖν* dixit Plato.



quomodo poëtae ἐπιδέξια οἰνοχοεῖν, quod veterum alii exposuerunt *dexte et eleganter*, alii *ordine, ducto a dextris principio*. In quarto de Republ. scribendum: τὰς κεράμεας κατακλίναντες ἐπιδέξια πρὸς τὸ πῦρ, *ad ignem in stratis commode et eleganter collocantes*. Contrarium τῆ ἐπιδέξια ἀναβλέσθαι dicunt ἐπαρίερα περιβεβλησθαι, *sinistre et indecenter vestim gestare*. Artemidorus l. III. c. XXIV.: ἐπαρίερα περιβεβλησθαι, ἢ ὅπως ποτὲ γελοῖως καὶ μὴ κοσμίως, πᾶσι πονηρόν. Ita scribi debet iste locus Artemidori. Aristophanes in Avib.: Οὗτος, τί δρᾷς; ἐπαρίερα ἔτως ἀπέχρη; Οὐ μεταβαλεῖς τοιαύτιον ὡς ἐπιδέξια; Non celabo τὰς Φιλοπλάτωνασ suspicionem meam in superiore loco ex Theaeteto. Lego enim, ᾧ ἀνευέσητον εὐήθει δοκαῖν, καὶ εἰ δεινῶ εἶναι, ὅταν ἐς δελικὰ εὐπέση διακονήματα, non, ut vulgo, καὶ εἰδένι εἶναι quod etsi aliquam prae se fert venustatem, κίβδηλον tamen videtur καὶ τὸ πονηρὸν κούματος. Sequitur: Σαπφῶ περὶ Ἀνδρομέδας σκώπτει. Vix Athenaeum sic locutum putem pro Ἀνδρομέδαν σκώπτει: sed debemus, opinor, hunc atticismum et his similes, quos facile observabit peritus linguae istius lector, horum excerptorum confarcinatori. Sapphus autem verba, τίς ἀγροῖωτίς τοι θέλγες νόον; emendata nobis ex membranís et Eustathio. Similis ejusdem poëtriae locus et, ut puto, isti cohaerens, vel hic ipse apud Maximum Tyr. ferm. VIII. in comparatione Socratis et Sapphus. κωμωδεῖ, inquit ille de Socrate, σχῆμά πρ καὶ κατάκλισιν σοφιστῶ καὶ αὐτῆ, τίς δ' ἀγροῖωτιν ἐπεμμένα (malim ἐπιειμένα, vel ἐπαμμένα, dorice pro ἐφημμένα) σολῆν. Similis item alius locus Sapphonis, ubi σκώπτει τὸν ἀγροῖκον, sed aliter apud Demetr. Phal. Rusticitatis genus illud, quod notat Sappho istis verbis, ἐν ἐπισκαυμένη τὰ βράκυσ' ἔλκειν ἐπὶ τῶν σφυρῶν, apud Theophrasti characteres exponebamus, cap. περὶ ἀγροικίας. Sequitur: Φιλέταιρος ἢ Ἀμφίς. Ubi non temerariae dubitationi est locus, nam l. VII. laudatur Amphis ἐν Φιλεταίρω quod ad haec verba Turnebus adnotaverat. Alibi citatur ambigue Νικόστρατος ἢ Φιλέταιρος. Initio hujus testimonii secuti sumus scriptam lectionem, Ἀμφίβαλλε ζέρνοις Φάρος. Alii libri: καλλιστέρνω Φάρος εἰ καθήσεις, τάλαν; Turnebo placebat κᾶτω πτερνῶν Φ., propter sequentia ἄνω γόνατος. Lego deinde ὡς ἀπαιδεύτα μέμφεσθαι τὴν Ἀναξιμένεσ περιβολῆν, non, ut editum est, ἀπαιδευτον. Est enim duriusculum περιβολὴ ἀπαιδευτος, *cultus ineruditus*. Proxima





verba, Φέροντός τι τῆ τοιάυτε καὶ πρὸς παιδείας ἐξέτασιν, vertere debes *tanquam habeat illa res educationis aliquod specimen* \*). ἐξέτασις *argumentum, specimen: ut in Apologia Apuleji, quasi ullum specimen morum sit, versibus p. 55. ludere.* Potes reddere Graece ad verbum: ὡς Φέροντός τι πρὸς ἡθῶν ἐξέτασιν τῆ ἐρωτικῶ ποιεῖν ἔπη. Hanc Athenaei mentem esse, attendenti sequentia clarum: simul ridiculum est putare, vestitum aliquid ad parandam disciplinarum cognitionem facere. Alexis poeta inter illiberalis ingenii notas incessum immodestum et incompositum primo loco statuit. Ἐν γὰρ, inquit, νομίζω τῆτο τῶν ἀνελευθέρων εἶναι, τὸ βαδίζειν ἀρρύθμως ἐν ταῖς ὁδοῖς. Aristophanes in Nebulis de antiqua disciplina verba faciens: Ἐδει βαδίζειν ἐν ταῖσιν ὁδοῖς εὐτάκτως. Plutarchus et Porphyrius Περὶ ἀποχῆς in duobus constituunt τὸ σεμνὸν τῆ κατασῆματος, id est, gravitatem illam, quae in gestu spectatur: πορεία εὐτάκτω καὶ βλέμματι καθεσηκότι, *incessu modesto et vultu composito.* In Rhodiaca Dionis Chrysoft. incessus inter non levia graecanicae institutionis indicia, non barbarae. Verba ejus de Rhodiis: καὶ τὰ τοιαῦτα ὑμῶν ἐπαίνε τυγχάνει καὶ γινώσκειται παρὰ πᾶσιν ἔχ ὡς μικρὰ, τὸ βάδισμα, ἢ κερὰ, τὸ μηδένα σοβεῖν διὰ τῆς πόλεως, ἀναγκάζεσθαι δὲ διὰ τὴν ὑμετέραν συνήθειαν καὶ τῆς ἐπιδημούντας ξένους καθεσῶτας πορεύεσθαι. Atque hoc ille appellat τὸ τῆς ἀρετῆς σχῆμα. In epist. XVIII. Aristaeneti I. I. τὸ προῖῶσαν νεύειν κάτω καὶ τεταγμένα βαδίζειν argumentum est castae mulieris. Paulo aliter βαδίζειν εὐρυθμα apud Chrysoftomum in V. caput epistolae ad Galatas. Deinde lego: — ἔ μήτε πράττεται τέλος, Ἡμᾶς τε μηδὲν δόντας ἐτέρω δεῖ λαβεῖν. Quis, inquit, tanta saevitate morum fit, ut, cujus rei nec merces ulla postulatur, nec praemium ullum, sed quam potest sibi quisque praestare, (hoc significat δεῖ λαβεῖν) eam negligat, cum sit et honesta ipsi, et aliis grata? Sequentem versum ita concipe: Φέρει δὲ τῆτο τοῖσι χρωμένοισιν εὖ, vel Φέρει δὲ τοῖς μὲν χρωμένοισιν εὖ τόδε.

\*) [tanquam ad doctrinam comparandam id nonnihil conferat. Dalecb.]



## CAPUT UNDEVICESIMUM.

*Aeschyli Phryges ejusdem argumenti cum Ennii Ly-  
tris. Telestis vel Telestes. ἀγατὸν pro ἀγατὸν.  
Eumelus et Arctinus poëtae. Βιβλιακοὶ χαρὰ-  
κῆται. χάραξ pro hasta vel stylo ad scribendum.  
τάλαρος Μισῶν. Quasillariae ancillae. λογο-  
διάρροια. κυκλογοεῖν et similia. Ion fabula Eu-  
buli. ἀνακειῖσθαι. Athenaei inconstantia. Tan-  
tali fabula. Θαλλὸν προσείειν. Multa in Athe-  
naeo emendata et illustrata.*

Probat auctor, Aeschylam suas docuisse ipsum fabulas,  
et in scena gestum egisse, quia sic loquentem Aristopha-  
nes illum inducat: τὰς Φρύγας οἶδα θεωρῶν, ὅτε τῷ Πριά-  
μῳ συλλυσόμενοι τὸν παῖδα ἤλθον τεθνεῶτα. πολλὰ τοιαυτὴ  
καὶ τοιαυτὴ καὶ δεῦρο σχηματίσαντας. Vim argumenti,  
quo utitur Athenaeus, corrumpit vocis unius depravatio.  
οἶσθα enim legendum, non οἶδα. Quomodo enim dicat  
p. 56. Aeschylus spectatos sibi inter spectatores sedenti saltan-  
tes Phrygas, si verum est, ipsum partes histrionis obiisse?  
Pugnant ista invicem ἀσπονδὸν μάχην, spectatorem esse  
simul, et histrionem agere. Sensus est: Meministin', ait  
Aeschylus, spectasse in scena Phrygas multiplices gestus  
agentes, quando Priamum comitati sunt venientem in  
castra Graecorum, ut filium Hectorem redimerent? Do-  
cuisse fabulam Phrygas Aeschylum, testimonio multo-  
rum veterum scimus. Ejus fabulae argumentum paucis  
hisce verbis complexus est Athenaeus. Historiam ex Ho-  
mero debuerant nosse interpretes. Hic enim est ille poë-  
ta, qui solitus dramata sua appellare μικρὰ τεμάχια ἐκ  
τῶν Ὀμηρικῶν δείπνων. Igitur συλλυσόμενοι valet hic una  
cum Priamo λυσόμενοι. Priamus de se Ἰλ. ω.: — τῶ νῦν  
εἶνεχ' ἰκάνω νῆας Ἀχαιῶν λυσόμενος παρὰ σεῖο, φέρω δ'  
ἀπερείσι' ἄποινα. Tractaverat e Latinis idem argumentum  
poëta Ennius ea fabula, quam e re *Lutra*, id est, *Λύτρα*  
inscripserat. Scribendum καὶ Τέλεσις δὲ ἢ Τελέσης: nam  
mutato accentu aliud sonat τελεσῆς vox, ut diserte no-  
tatum Eustathio. Alteram hujus viri appellationem con-  
firmat saltatio Τελεσιακῆ, a Telese sic dicta, ut scriptum  
I. XIV. Mox lege οἱ ἀρχαῖοι ποιητὰί, Θεσπις, Πρ., non  
Θεσπίας. Horatius: *Dicitur et plaustris vexisse poemata  
Thespis.* Et ita omnes. Τροισζηνιακαὶ scribit Eustathius,




non Τροϊζηνικαί. Verius et venustius idem ἢ τῶν  
 τις Ὀμηριῶν, non τῶν Ὀμηρ. τις. In versu ex hymno  
 in Apoll. scribitur hodie ἀγατὸν κισθάρίζων, non, ut hic,  
 χαρίεν· quae videtur esse interpretatio vocis ἀγατὸν, pro  
 ἀγασόν. Ut ἀδάματος pro ἀδάμασος, et similia his, quae  
 alibi recensuimus. Vel scribendum in nostris libris ἀγα-  
 νόν, quod plane est χαρίεν. Eumelus et Arctinus, an-  
 tiquissimi poëtarum Graecorum ambo, Corinthii ambo.  
 Clemens Alex., Eusebius, alii. In Timonis versu Βυβλια-  
 κοὶ χαρηνῖται non inepte Dalec. *Pugnantes libris. χαρα-  
 κίζειν sudibus vel hasta pugnare.* Inde χαρηνῖτης, *velita-  
 tor.* Sic κίμαξ, quod proprie idem est ac χάραξ, pro  
 hasta ponunt poëtae, Leonidas: ἀκλασοὶ δ' αἱ κλαδαραι  
 κίμακες. Malim tamen exponere βυβλιακοὶ χαρηνῖται  
*scriptores librarii, sive librorum. χάραξ pro stylo, sicut*  
*χαράττειν pro scribere.* In epigrammate: λεπτός τὰς ἐχά-  
 ραξε δόναξ. Apud Eustath. Βυβλιακῆ. Perperam. τάλαρος  
 Μισέων, *quasillus Misarum, periphrasis est venusta Musei*  
*Alexandrini, ubi fuit doctorum coenobium.* Sic Latinis  
*quasillariæ* per εὐτελισμὸν dictae, quae in gynaecio con-  
 clusae vitam degerent tenebricosam, pensa facientes. Ti-  
 bullus: *pressumque quasillo Scortum.* Edebatur ante, ἕως  
 ἂν τῆς λογοδηρίας ἀπαλλαγῶσι. Fecimus *λογοδιαρροίας* ex  
 MSS. codd. et Eustathio, qui nobis saepe pro optimo MSS.  
 fuit. Frustra autem ista cum superioribus conantur inter-  
 pretes connectere \*): non enim cohaerent, postquam  
 omnem εἰρμὸν sustulit brevior. Sunt autem Cynulci  
 verba tam longam sine potu orationem aspernantis. Ideo  
 sequitur: ἔτω τοῖτοισ, Φησί, κυνολογήσασιν ἐδόθη πισῖν.  
 Mnesithei locum de Bacchi Ἰατρῶς cognomine habes libri p. 57.  
 secundi initio. Ibi aliquid nos de isto loco. Non capio  
 ista verba ita scripta: ἀναγκάζεσθαι πίνειν, ἵνα πρὸ τῆ κυ-  
 νὸς τὸν πνεύμονα ἐκλυτον Φορῆ. Emendabamus ἀκλυτον  
 vel ἀκλυσον ἔ Φορῆ. Id est: *ne etiam ante caniculam pul-  
 monem omni humore destitutum haberet.* Proba quidem,  
 sed cassa veritate sententia. Nam apud Plutarchum in VII.  
 Sympos. scriptum ἐκλυρον, quae vera est lectio. Proprie  
 dicitur ἐκλυρος nervus ad lyram ineptus, quod nimio hu-  
 more maeat. Poëtae generaliter acceperunt de quacun-  
 que re humida. Hesychius enim explicat ἐνικμον καὶ ὑγρόν.  
 Sensus est: solitum Protagoram jubere Calliam bibere,  
 ut saltem ante caniculam et Sirii caumata pulmonem ha-

\*) [Connectit Dalech.]



beret humectum. Macrobiani libri et nostra etiam antiqua exemplaria ἐκλυτον, facili errore. In Antiphanis versibus pulchra inest parodia loci hujus ex Antigone Sophoclea: Ὀρχας, παρὰ θεῖθροισι χειμάρροις ὅσα Δένδρων ὑπέκει, κλω-  
 νας ὡς ἐκσώζεται. Τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.  
 Recte Dalec. κυνολογήσασιν locuris de aestuosa canicula. Sic  
 I. III. συνολογεῖν pro loqui de ficis: I. VII. ἰχθυολογεῖν  
 loqui de piscibus: et I. XI. κυλικηγορεῖν pro loqui de caly-  
 cibus aut poculis, et οἰνολογεῖν in libri II. fragmentis. Sed  
 puto factam simul allusionem ad cynicorum cognomen:  
 nam ubique de esu et potu sollicitus fingitur Cynulcus,  
 et propter eam causam longorum sermonum osor atque  
 interpellator. Mox Εὐβελος. Σίμων ἐνὸ Βεβρεγμένος ἦνω.  
 Laudatur in his libris saepe Eubuli fabula Ion. Quamobrem  
 cenfeo scribendum Εὐβελος Ἴωνι· ἐγὼ Βεβρεγμ. Apud  
 Diphilum castigans aliquis eum, qui dixerat ἀνεκείμην pro  
 accumbentem, tu vero ἀνάκεισο, inquit. Potest verti esto  
 suspensus, ut in templis donaria: nam id proprie est ἀνα-  
 κείσθαι. Acuta et plena stomachi vox, ut admonet au-  
 ctor. In verbis Aristotelis, ἀνακείμενοι ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱμα-  
 τῷ, id est, opulis accumbentes in lecto sub eadem veste stra-  
 gula. Euripidis et Alexidis verba alienas sedes invaserunt,  
 suis relictis: pertinent enim ad ea, quae de verbo ἀναπι-  
 πτειν paulo ante dicuntur. Viderunt hoc interpretes: scri-  
 pti tamen editis consonant. Scribe ἀπογεύονται μόνον, non  
 μόνων. Ridiculum est, quod mox dicitur, δαῖτα θάλειον,  
 quam vocat Homerus, σοικεῖων μεταθέσει διάιταν εἶναι.  
 Magis, quod sequitur: τὸ δ' ἀπὸ τῆ δαίσεσθαι λέγειν, βι-  
 αιότερόν ἐστι. Quae ista est, Deus bone, grammatica?  
 Sed jam didici, nihil in hoc genere mirari. Inconstan-  
 tiam notasse sit satis: nam cum supra scripsisset, ἡ τροφή  
 δαίς ἐπὶ τῷ δαίσεσθαι λέγεται: nunc religio nova hominem  
 incessit, et ait, esse illud βιαιότερον, id est, durius vel  
 coactius. Dalecampius contrariam sententiam elicit ex  
 Athenaei verbis \*): incogitantia nescio dicam, an con-  
 sulto consilio, ut parceret alieno nomini sui prodigus.  
 Scribe ἐπὶ κυνηγέσια ἐξιάσιν, non κυνηγεσία: sequitur  
 enim καὶ ἐπὶ θήρας παντοίας. Illa, ὡς ὅτε πυργηδὸν σφέας  
 αὐτὰς ἀρτύνουσιν, Homeri sunt, non, ut putarunt [Dalech.],  
 v. 58. Athenaei. Ἴλ. μ.: Ὡς δ' ὅταν ἐν τε κύνεσσι καὶ ἀνδράσι  
 θηρευτῆσι Κάπριος ἢ λέων εἴρεται σθένει βλεμναίνων, Οἱ

\*) [Vertit: Est tamen probabilius, ἀπὸ τῷ δαίσεσθαι, id est, a dis-  
 perriendo δαῖτα vocatam fuisse.]



δέ τε πυργηδὸν σφέας αὐτὰς ἀρτύναντες, Ἄντιοι ἴσανται,  
 καὶ ἰκοντίζουσι θαμναῖς Αἰχμᾶς ἐν χειρῶν. Emendavimus  
 ex Eufathio ἀναχαλῶντες δὲ ταῖς ἐμβάσειν, et πρὸς τὸ  
 μὴ ξηρανθέντος τὸ ὕδατος pro ῥανθέντος. Perspicue, ve-  
 re: consule medicorum libros. Rei rusticae illam partem,  
 quae impenditur hortis et λαχανεῖα five cultui olerum,  
 notam fuisse heroicis temporibus, δῆλον, inquit Athe-  
 naeus, ἐν τῶν παρὰ νεῖατον ὄρχον κοσμητῶν πρασιῶν· hoc  
 est, paret ex illis eleganter digestis areis, quae fuisse di-  
 cuntur secundum ordinem ultimum vineae Alcinoi. Quem  
 vocat τετράγυον ὄρχατον, dividit in tres partes, τὴν δέν-  
 δροφόρον, τὴν ἀλωὴν five ἀμπελόφυτον, et τὴν λαχανηφό-  
 ρον. De parte oleribus destinata canit: Ἐνθα δὲ κοσμη-  
 ταὶ πρασιαὶ παρὰ νεῖατον ὄρχον Παντοῖαι πεφύασι. Doctis-  
 simus Dalecampius κοσμητᾶς πρασιᾶς et πράσα κεφαλωτᾶ,  
 quorum mentio apud Dioscoridem, putavit idem esse.  
 Adeo verum est, quod ait ille, ἀνθρώπῳ φύντι ἐδὲν ἀπώ-  
 μοτον. Ut doceat auctor, esum fructuum, (quae ἀκρό-  
 δρυα Graecis) ante Troïca tempora fuisse mortalibus co-  
 gnitum, affert in medium, quae de Tantali apud inferos  
 supplicio finxerunt poëtae, postquam veritas eorum, quae  
 initio conditi mundi acciderunt, (Dei beneficio et διὰ χει-  
 ρῶν Μωσὶς hodie nobis cognita) obscurata est inter mor-  
 tales, ac tantum non obruta penitus. Puto namque, fi-  
 gmentum illud poenae Tantali, ut quidem ab Homero  
 exponitur, (nam Pindarus, Euripides, Alcaeus aliique  
 poëtae aliter narrant,) vestigium esse fugientis memoriae  
 lapsus protoplasti hominis et expulsionis ejus e paradiso.  
 De Adamo certe appositissime dixeris, quod Lyricus de  
 Tantalο: καταπέψαι μέγαν ὄλβον ἐν ἐδυνάσθῃ, κόρῳ δ'  
 ἔλεν ἄταν ὑπέροπλον. Luit ergo miser poenas, et tibi,  
 Tantale, nullae Deprenduntur aquae, quaeque imminet, ef-  
 fugit arbor. Homerus tormentum intendit, plurimas fru-  
 ctiferarum arborum enumerans, quae βριθῆσαι καρποῖς  
 illius capiti immincant, excitandae tantum orexi: Δένδρεα  
 δ' ὑψιπέτηλα κατακρῆθεν χέε καρπὸν, Ὀχραι, καὶ ῥοιαί,  
 καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι, Συκαῖ τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι τη-  
 λεθόωσαι. Horsum respiciens auctor, Τάνταλος ἔν, ait,  
 ἐδὲ θαυῶν ἀπηλλάττετο τῆς τέτων ἐπιθυμίας· εἶπερ ὁ κο-  
 λάζων αὐτὸν θεός, προσιών, καθάπερ οἱ τὰ ἄλογα τῶν  
 ζῶων τοῖς θαλλοῖς ἄγοντες, τοῖς τοιοῦτοις καρποῖς, ἀπο-  
 κρέται αὐτὸν τῆς ἀπολαύσεως, ὅτε τῆς ἐλπίδος ἐγγύς ἔλ-  
 θοι. Protulimus locum integrum, quia opis nostrae eget:  
 laborat enim ab interpunctione, a lectione, ab interpre-



tatione. Legendum et distinguendum est: εἶπερ ὁ κολάζων αὐτὸν θεός, προσείων, (καθάπερ οἱ τὰ ἄλογα τῶν ζώων τοῖς θαλλοῖς ἄγοντες) τὰς τοιέτας καρπὰς, ἀπουρ. etc. Ver-  
tendum autem hoc modo: *siquidem is, qui roenas ab eo exit, deus, tales ei fructus obijciens, et ante ipsum jactans, (ut qui pecudes ducunt ostensis virentibus frondibus) ne his fruatur, impedit.* Omnino scribendum est προσείων, non

p. 59. προσιών· quanquam idem error apud Platonem eo, quem Athenaeus imitatur, loco. Ita enim Plato: ὡςπερ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα θαλλὸν ἢ τινα καρπὸν προσείοντες ἄγασσι. Sic legendum hic quoque, non προσιόντες. Θαλλὸν vertunt *huculo* \*): errore insanum magno: non enim de pastoralis pedo hic agitur, sed de fronde, quam pastor manu tenens ac subinde commovens sequenti pecori ostentat: qua ratione cupidum gregem minat ille, quo lubet cunque. Gestus pecudes minantis pastoris pulcherrime exprimitur voce προσείων, ante et in oculis pecoris quatiens. Quare ita scribi debere utroque loco vero verius. Hesychius: προσείσας, προανακινήσας, καὶ οἶον ἀπαγγείλας, ἀπὸ τῶν περιχρόντων τὰ τετράποδα, ὅπῃ βάλονται· τοὺς γὰρ θαλλὰς σείοντες, ἐπεδίδοσαν. Lucianus verbo προδεικνύειν in ea re usus: εἰδὲν κωλύσει σε τῆς ῥινόδος ἔλκεσθαι ὑφ' ἐκίσων, ἢ θαλλῶ προδειχθέντι ἀκολουθεῖν ὡςπερ τὰ πρόβατα. Pecudes et boves etiam θαλλῶ ali. id est, fronde virente, adeo commune est, ut non dubitaverit Hesychius θαλλὸν exponere βοὸς τροφήν, sive, ὃ ἐσθίεισιν οἱ βόες, *rabulum boum*. Sed et pecudum, ut caprarum, I. XIII.: θαλλὸν χιμχίρη προσφέρων νεοσπάδα. Sic esse scribendum hunc versum, ibi docemus. Athenaeus eo in libro: θαλλῶ χαίρεισιν αἱ αἴγες· διόπερ εἰς ἀκρόπολιν ἔνεισι τὸ ζῶον. Aeneas Gaz. eleganter: τῆτοις ἀπειρισκέπτως συνέπεσθε, καθάπερ πρὸς θαλλὸν τὰ θρέμματα, καὶ ἀλλήλοις συνήδεσθε κορυβαντιῶντες. Longus in Pastoralibus suis φυλλάδα θαλλεσαν pro θαλλὸν solet dicere. Sequitur statim: "Ὅτι δὲ καὶ ἰχθύς ἡσθιον, Σαρπηδῶν δῆλον ποιεῖ. ὁμοιῶν τὴν ἄλωσιν πανάγρη δικτύε θήρη. MSS. sunt, qui legant τὴν ἄλωσα. Inepte. Locus Homeri est in quinto II., ubi Sarpedon ad Hectorem: Μῆπως ὡς ἀψῖσι λινε ἀλόντε πανάγρη. Imponam huic capiti finem, si hoc unum dixerō, Eubuli locum, qui paulo post affertur, ita esse digerendum: sunt enim fenarii integri tres: "Ατοπόν γε, τὸν μὲν οἶνον εὐδοκιμεῖν αἰεὶ Παρὰ ταῖς ἐταίραις τὸν

\*) [Vertit Dalech.]



παλαιόν, ἄνδρα δὲ Μῆ τὸν παλαιόν, ἀλλὰ τὸν νεώτερον.  
 Quod si verum est, hos Eubuli versus ab Alexide ἀπαρχλ-  
 λάκτως pro suis esse usurpatos, possumus hoc exemplum  
 iis adijcere, quae de furtis Graecorum scriptorum obser-  
 vantur Clementi Strom. I. VI. et Eusebio Προπαρασκευῆς  
 I. X. Paulo ante scribe, Τιμοκλῆς Χῖοι πολὺ ἄριστοι ἀνευ-  
 ρήκασιν ὄψαρτ., id est, *Cbii, mortaliūm longē optimi, ar-  
 tem condiendi cibos inuenerunt.*

## CAPUT VICESIMUM.

*Sanguinis color naturalis. ἐνερευθῆς et ἐρευθῆς ut dif-  
 ferant, et similia. Vinum vetus praestare ὕπνους  
 ἀταράχης. κρᾶσις pro aqua. κρᾶσι, vinum. πα-  
 λαῖσθαι de vino. ἔξις.*

Nemo dubitat, vinum bonum sanguinem bonum gene-  
 rare, et, ut loqui amat Galenus, χρῆσθαι αἵματος εἶναι  
 γεννητικόν. Hoc ipsum significare voluit Athenaeus, cum  
 vini veteris naturam his verbis explicaret: δύναμιν τοῖς  
 σώμασιν ἐμποιεῖ, τὸ αἷμά τε ἐνερευθῆς καὶ εὐανάδοτον κα- p. 60.  
 τασκευάζει, καὶ τὰς ὕπνους ἀταράχης παρέχει. Mirum po-  
 test videri, cur dicatur vinum vetustum sanguinem gene-  
 rare ἐνερευθῆ, id est, *rubrum*, ut vertunt docti \*). An-  
 non enim, quicumque sanguis in corpore generatur, is  
 rubet? aut det mihi aliquis colorem alium sanguini con-  
 venientem κατὰ φύσιν ἔχοντι. Sciendum est, aliud Grae-  
 cis esse ἐρευθῆς, aliud ἐνερευθῆς. Athenaeus sanguinem  
 e vino vetere fieri ait non ἐρευθῆ, id est, *rubrum*, sed  
 ἐνερευθῆ, id est, *rubenti affinem sive e flavo rubrum*. Re-  
 missam rubedinem auctor intelligit; quem esse colorem  
 optimi sanguinis, sunt e medicis, qui scribant, ut Actua-  
 rius I. de urin. c. IV. Celsus contra sanguinem semper  
 laudat, *qui ubet et pellucet*. Aristoteles in sano corpore  
 ἐρυθρόν, Avicenna rubeum esse pronuntiant. At ille me-  
 dicus, unde haec descripta auctori nostro, cum Actuario  
 sensit: id enim clarius meridiana luce ex istius vocis recta  
 interpretatione. Porro verum esse, quod diximus de dif-  
 ferentia vocum ἐρευθῆς et ἐνερευθῆς, neque aliter ista ex-

\*) [Vertit Dalech.]



poni debere, vel unus hic Dioscoridis locus evincat scribentis l. VII. de veneno araneorum: ὁ τόπος, ait, ἐνερευθῆς φαίνεται quod statim ipse interpretatur μετρίως ὑπέρευθρος. Ut valde dilutam rubedinem necesse habeamus intelligere, quae non sit ἐρευθρά, sed ὑπέρευθρα, et id quoque μετρίως. Ideo ait Nicander vix in cute patere vulnus aranei: Τῆ δὲ καὶ ἐτήσαντος ἀνετήτω ἕκλος χρώς Μίμνει ὁμως. Ita semper accipere debes apud Dioscoridem, Galenum, et omnino ubicunque occurrit vox ἐνερευθῆς. quanquam pauci observarunt, quam vim particula ἐν habeat in hac dictione et similibus; non enim otiosa est, neque, ut multi putant, significationem intendit. sed minuit potius, et id significat, quod diximus. In secundo Galeni Θεραπευτικῆς Μεθόδου ceu affines colores ponuntur ἐνερευθῆς et λευκὸς ἀκριβῶς. Ex Theone gymnasta scribit idem Ὑγιεινῶν l. II.: τὴν ὀλίγην τρίψιν ἐνερευθῆ πρὸς ὀλίγον χρόνον τὴν ἐπιφάνειαν ποιεῖν, *modicam frictionem modice rubentem ad breve tempus cutem reddere.* ἐνερευθῆ, hoc est, ἐρευθὸς τι ἔχουσαν, ut loquitur Galenus alibi de re eadem. Dioscorides l. I.: ἔσι δὲ κάλλισον τὸ καιόμενον λυμιον τὸ κατὰ τὴν σβέσιν τὸν ἀφρόν ἐνερευθῆ ἔχον, ἔξωθεν μέλαν, διαρεθὲν δὲ κιδρόν. l. III. de onosmate: ριζίον δὲ ὑπεσιν ὑπόμηκες, ἀσθενές, λεπτόν, ἐνερευθές ἡσυχῆ. l. IV. sideritidis folia dicuntur ὑπόλευκα, ἐνερευθῆ, hoc est, medii coloris inter album et rubrum. Cicero Attico: *Angebar, quod Tyro ἐνερευθέσερον τε σίβι esse visum dixerat.* Sic accipe particulam hanc in omnibus similibus vocibus, ut ἐγκιδρός, εὐπόρφυρος, ἐγχλωρος, item ἐμπικρος, ἐγχυρος, et similibus apud Dioscoridem. In Theophrasti libello de color. ἐμπυρόν et λευκόπυρόν ejusdem coloris appellationes esse invenias, ut scripsimus in nostro de coloribus commentario. Quod ait, vinum vetus praestare ὕπνης ἀταράχης, *somnos imparturbatos*, referendum ad insomnia: ut contrarium ejus intelligatur. quod vino novo attribuunt medici: nam τὸν νέον οἶνον esse δισόνειρον, auctor Dioscorides. Inter morbi signa recenset Hippocrates τὸ δυσκοιτέειν καὶ ἐνυπνιάζεσθαι τεταραγμένα καὶ θορυβώδεα, in libro de vet. med. Accidit hoc cum aliis ex causis, tum etiam interdum ex natura vini, quod biberis, ut patet ex superioribus. Eadem et ciborum quoque ratio: nam et illorum alii quietem vere quietam afferunt, alii insomniis et diris visis perturbant. Plutarchus VIII. Sympos.: Ὅτι δὲ ἐσι τῶν βρωμάτων ἕνια δυσόνειρα καὶ ταρακτικά τῶν κατ' ὕπνον ὄψεων, μαρτυροῖς ἐχρῶντο





τοῖς τε κυάμοις καὶ τῇ κεφαλῇ τῆ πολυπόδος. Laudat Ho-  
 merus vinum ἐπιδεχόμενον ἰανὴν κράσιν, hoc est, quod  
 multam aquam ferre potest. Hippocrates οἰνωδες, hoc vi-  
 num et πολυφόρον solet appellare. κράσις in hoc loquendi  
 genere pro aqua sumitur. Hodie contra in idiotismo Grae-  
 corum κρῆσι est vinum. Interpretes aliud hic dicunt,  
 quam Athenaeus \*). παλαιῶσαι de vino dicitur duobus  
 modis, vel cum diu asservatum est, quod κεχρονικός vo-  
 cant, vel cum veteris vini qualitatem quoquo modo est  
 affecutum. Galenus de antid. l. I.: Καλῶς, οἱ περὶ ταῦτα  
 δεινοὶ παλαιῶσαι τὸ μεταβάλλειν ἐτοίμως εἰς τὴν τοιαύτην  
 ποιότητα τῶν παλαιουμένων. Vires autem et calorem ac-  
 quirere vinum senescendo, et scribitur hic, et notissimum  
 est ex libris medicorum. Inde natum est vetus dictum,  
 atque, ut loquitur Galenus, ὁ περιφερόμενος λόγος, πάν-  
 τα τᾶλλα γηρᾶ τῷ χρόνῳ πλὴν οἴνου, sive, ut in suos pe-  
 des haec verba cogamus, "Ἄπαντα γηρᾶ τᾶλλα πλὴν οἴνου  
 χρόνῳ. Quae de gigantum θεομαχίᾳ adnotantur ad verba  
 Athenaei de fuga Dionysii, esse ἀπροσδιόνυσα, fatebitur,  
 qui meminerit, ex Homero esse haec interpretanda. In  
 sexto autem Iliadis Lycurgus est, non gigantes, qui Li-  
 berum patrem cogit praecipitare in pelagus. Vinum ni-  
 grum, inquit, μένει ἐν ταῖς ἔξεσι τῶν πινόντων πλείστον  
 χρόνον. Hoc medici dicere solent: πλείονα τῷ σώματι δι-  
 δωσι τροφήν. Est vero ἕξις isto loco ipsa corporis sub-  
 stantia: ut l. II. προπίνειν δὲ ὕδωρ σύμμετρον τῷ πλήθει,  
 χάριν τῆ προαναληφθῆναι τῆτο εἰς τὴν ἕξιν: eodem libro  
 dicitur cucurbita ὑγραντικὴ τῆς ἕξεως, pro quo Aëtius,  
 τροφήν τῷ σώματι δίδωσιν ὑγράν. Alibi Athenaeus ὄγκον  
 pro eodem dixit. Vide l. III. c. V. Non, quicquid in  
 corpus admittitur, statim fit ἕξις, sed id tantum, quod  
 in alimentum cedit et partibus corporis assimilatur: est  
 enim vera τροφή ἀύξητικὸν τῆς ἐσίσης. Ita ἕξιν accipiunt  
 interdum medici diverso sensu. ἡλιυλαν καὶ ἕξιν in dele-  
 ctu militum spectasse Romanos, scribit Polybius: et Se-  
 necae quoque epist. XLVII. habitus militaris pro statura  
 et exteriori specie. Terentio ac Ciceroni habitudo cor-  
 poris.

\*) [Dalech. vertit aqua temperatum, quantum sat est.]



## CAPUT VICESIMUM PRIMUM.

*Galenus locus de vino Surrentino. Vini ψαθυρότης et σκληρότης. Vestinum vinum. ἀπαρέγγυτος. πλήττειν τὴν κεφαλήν, et similia de vino. Potalinum vinum. Sitalcas, regulus Thraciae, Perdicas, rex Macedoniae, Atheniensibus et Lacedaemoniis dant verba. Corcyraci. δίχρα θυμὸν ἔχοντες. Pagasae.*

Initio cum ista legerem, Περὶ Ἰταλικῶν οἴνων Φησὶ παρὰ τέττω τῷ σοφιστῇ Γαληνός, existimabam, quae de vinis Italiae loquentem Galenum inducit Athenaeus, eadem esse cum iis, quae de illis vinis in Galeni scriptis variis locis leguntur: quod secus se habere, collatione utriusque auctoris postea deprehendi. Pauca enim reperias apud Galenum in nostris hodie libris, quae videri queat huc transtulisse Athenaeus: adeo pleraque omnia illius non solum exposita sunt aliter, sed etiam alia. Surrentinum vinum ait hic Galenus ἀπὸ πέντε καὶ εἴκοσι ἐτῶν ἀρχεσθαι γίνεσθαι πότιμον. In l. I. de antid. ista leguntur: Περὶ δὲ τῆ Σερρεντίνης τί δεῖ καὶ λέγειν; ἅπαντες γὰρ τῆτ' ἤδη γιγνώσκουσιν, ὡς σχεδὸν πρὸ κ' ἐτῶν ἔτι ἐστὶν ἀπεπτος. ἀκμάζει δὲ τοσάτων ἐτῶν γιγνόμενος, ἐπὶ πολὺ τε παραμένει πότιμος. Discrepantia est annorum quinque, imo fere sex propter vocem σχεδόν· nisi aliquis dicat, in Galeno fuisse olim scriptum πρὸ κ' ἐτῶν. De quo iudicium esto penes eruditum lectorem. Vinum hoc Surrentinum ψαφαρόν audaci translatione appellat auctor propter asperam ejus naturam et, ut sic dicam, intractabilem atque indomitam: cujus gratia *generosum acetum* a Tiberio, *nobilis varra* a C. Caesare vocitari meruit. Proprie ψαφαρότης sive ψαθυρότης ad qualitates tactiles pertinet, et contraria est τῇ γλισχρότητι, *friabilitas lentiori glutinosa*. Optimi scriptores transferunt ad liquida. ψαθυρόν ὕδωρ, ἔλαιον δὲ γλισχρον, et maris aquam ψαθυρὰν dici invenias ab Aristotele et Theophrasto. Similis metaphora in voce σκληρός: nam vino et aquae tribuitur σκληρότης saepe in his libris. Theophrastus in VI. de Caussis, postquam fecit mentionem quorundam odorum, quos appellat *δριμεῖς καὶ σκληροὺς*, quasi excusans duritiem verbi, ἔστι γὰρ τις, inquit, ὡσπερ καὶ οἶνος καὶ ἀπλῶς χυλῆ σκληρότης καὶ ἰσχύς, ἔτω καὶ ὀσμῆς. Galenus de differ. puls. l. III.: Οἶνον ἔφη σκληρόν τις ἐκ μεταφορᾶς ὀνομάζων,



καὶ Φωνὴν σκληρὰν, ἐπιτήδευμά τε καὶ βίον, ἕθος τ' αὖ καὶ νόμον, ἀνεμόν τε καὶ ὕδωρ, ἤτοι τὸ ἀπηνές, ἢ τὸ δύσμικτον, ἢ τὸ δυσξύμβολον, ἢ τὸ ἀηδές, ἢ τὸ δυσκτέργασον, ἢ τὸ δυσκαταγώνισον, ἢ τι τοιαῦτον ἐκ μεταφορᾶς ὀνομάζων. τὸ δὲ σκληρὸν σῶμα τὸ κυρίως τε καὶ πρώτως λεγόμενον, ἀντίτυπὸν τέ ἐστι, καὶ κατ' ἕδρην εἶκει τῷ πλησιάζοντι. τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον ἄνθρωπον μὲν σκληρὸν λέγασιν τὸν μονότροπον καὶ δυσπειθῆ, καὶ πρὸς ἅπαν ἀντιτείνοντα νόμον τε σκληρὸν καὶ δικαστήν, οἷς μηδὲν μέτεσι συγγνώμης· οἶνον μέντοι σκληρὸν, ὅταν ἰσχυρὸς ἢ τῇ ποιότητι, καὶ πλήττων βιαίως ἤτοι τὴν κεφαλὴν, ἢ τὴν αἰσθησιν τὴν γευσικὴν· ὕδωρ δ' αὖ σκληρὸν, τὸ δυσκατέργασόν τε καὶ βραδύπορον, ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις μένειν. *Veliterninum* vinum appellavit Dalecampius, de quo scriptum in Graeco textu: ὁ Οὐέτερος δὲ ἡδύς πινόμενος. In membranis reperio ὁ Οὐέσινος δέ. *Vestini* populus Italiae non obscurus. *Vestinum* igitur posthac id vinum dicatur: quamquam Dalecampii conjecturam stabiliunt quidam codd., in quibus scriptum ὁ Οὐέντερος. At pro ἀπαρέγχυτος rescribendum esse ἀπαράχυτος, verum non est. Scio, Galeni dictionem esse ἀπαράχυτος, sed nihil propterea mutandum: nam et παραχεῖσθαι dixerunt, et παρεγχεῖσθαι. Infra hoc libro: γλεύκει παρεγχεῖται περὶ τὰς πενήκοντα εἰς Θαλάσσης. Quod capiti nocet vinum, Graeci eleganter dicunt πλήττειν τὴν κεφαλὴν et πλήξιν ἔχειν καὶ τόνον. Hippocrates ἄψιν φρενῶν, et ἄπτεισθαι κεφαλῆς καὶ γνώμης, quod explicat Galenus III. Comment. in I. de rat. vict. in acut. morb. Athenaeus etiam κατὰπτεισθαι τῆς κεφαλῆς, et κατὰπνεῖσθαι· item ἀδικεῖν et παρενοχλεῖν. *Basiliius τύπτειν*, *duriuscule*: σὺ δὲ καὶ παραμένεις τῷ οἴνω κατ' ἐκάστην ἡμέραν τὴν κεφαλὴν οὕς τύπτοντι. Inter Italica vina recensetur *Mamertinum*, de quo scribitur: καὶ γινόμενος ἐν Σικελίᾳ, καλεῖται Ἰωταλίνος. Postremam vocem esse mendosam, nemo dubitat. Emendarunt Ἰταλίνοσ. Vera lectio Πωταλίνοσ. *Plinius* I. XIII. c. VI.: *Mamertina* vina circa *Messanam* in Sicilia genita. Ex iis *Potulana*, ab auctore dicta. Postremi versus *Antiphanis*, quibus locorum diversorum ἰδιώματα narrantur, corrupti et mutile scripti, sic a nobis integrantur, quam εὐσόχως, nescio: certe quidem non παρ' ἰσορίαν. *Τυρός* Σικελικός, ἐκ Συρακυσῶν σύες, *Μύρον* ἐξ Ἀθηνῶν, ἐγχείλυς Βοιωταίαι. De caseo *Siculo* *Aristophanes* *Veisp.*: *Τροφαλίδα* τυρῆ Σικελὴν κατεδήδοκε. De *Syracusarum* suibus sive carnibus suillis *Hermippus* paulo post: Αἱ δὲ Συρακίαισι εὖς καὶ



τυρόν παρέχσαι. Facetus nimis Hermippus, cum canit:  
 Καὶ παρὰ Σιτάλκῃ ψύρας Λακεδαιμονίοισι. Alludit autem  
 ad expeditionem aliquam Lacedaemoniorum in Thraciam,  
 rogatu Sitalcae reguli susceptam: unde aliud nihil retule-  
 rint, quam scabiem et alia valetudinis incommoda, quae  
 ἐκ κακῆς nasci solent. Non minus urbane dictum,  
 quod sequitur: Καὶ παρὰ Περδικκῆ ψεύδη ναυσὶ πάνυ  
 πολλαῖς. Peloponnesiaci belli temporibus Sitalcas partis  
 Thraciae dynasta fuit, Perdiccas Macedoniae rex. Nar-  
 rant autem historici, Perdiccam societate junctum fuisse  
 cum Atheniensibus: quorum animos cum erexisset in  
 spem magnam auxilii, in nervum conatus erupit. Ea-  
 propter ait poeta, Perdiccam misisse Athenas inaneis au-  
 xiliarii militis et mendacis onustas naves. Ille quidem  
 Athenienses non nominat: sed ita exponendum esse hunc  
 versiculum, fatebitur, qui recens fuerit a lectione libri II.  
 Thucydidis et I. XII. bibliothecae Diodori. Recte autem  
 observat Eustathius, imitatione Homeri hoc esse dictum  
 ab Hermippo. ὄρα, inquit, τὸ ψεύδαι ναυσὶ πάνυ πολ-  
 λαῖς, παρεξστῆν ἐξ Ὀμήρου, φημένῃ ἐν τοῖς ἐξῆς, δυνα-  
 τὸν εἶναι ὀνειδέαι μυθήσασθαι, ὅσα κ' ἂν ἐκαστόνζυγος ναῦς  
 ἄροιτο. Locus poeta est Il. v. Non dissimilis elegantiae  
 illud in Nebulis: τῶν Ἑλλήνων εἶναι μὲ λέγειν ἐκαστὸν  
 σαθίοισιν ἄρισον. Et in Ranis: μεϊράκιε Εὐριπίδῃ πλεῖν ἢ  
 σαθίῳ λαλίσσερα. Alexis: κρεῖττων ἐκστῆός ἐστιν ἡμέρας δρόμῳ.  
 p. 64 Sequentem versum ita laudat Eustathius: Αἱ δὲ Συράνικ-  
 σαι σίτον καὶ τυρόν παρέχσαι. Vel σίτον ἢ δὲ τυρόν. Co-  
 gitemus sane. Sicilia enim frumenti fertilissima: sed me-  
 tro levi mutatione consulendum foret. σίτον ἢ δὲ τυρόν.  
 Optat deinde Hermippus, ut male pereant Corcyraei  
 Ναυσὶν ἐπὶ γλαφυραῖς, ὅτι δίχα θυμὸν ἔχσαι. Infarta  
 syllaba scribendum: ὅτι δὴ δίχα θυμὸν ἔχσαι. Jocus est  
 in pronunciatione vocis θυμὸν aut θυμόν. Nam θυμός  
 agrestis caepa, qua vescebantur pauperes, ut nautae mi-  
 feri. Antiphanes: Οὐδεὶς κρεῶν παρόντων ἐσθίει θυμόν.  
 Potest igitur elici haec sententia. Male pereant Corcy-  
 raei, qui caepas illas agresteis, quae in ipsorum insula  
 nascuntur optimae, sibi soliservant, neque alio trans-  
 mittunt, sed in suis ipsi navibus edunt. Potest et ita ex-  
 poni. si pronunties θυμὸν tono in posteriorem syllabam  
 translato. Male fit Corcyraeis, qui cum caeteris Graecis  
 tempore necessario consentire non solent. Alludit ad  
 bellum Xerxis, quo tempore publica Graeciae salus pro-  
 dita est a Corcyraeis: ut ex Herodoto explicat vere Et-

Ca  
 nan  
 figr  
 tum  
 anin  
 adno  
 de ca  
 inven  
 sima le  
 ἐστὶν  
 imp-  
 quorum  
 Silicae  
 ταλαι



stath. Ὀδ. η. Olim legabam ὅτι ἀνδρα θυμὸν ἔχουσι, quia in factiones divisi neque se neque caeteros Graecos quietos esse sinunt. Lege Thucydidem et Diodorum de causis conflati belli Peloponnesiaci, quo attritae opes Graeciae. Scripsimus ex MSS. Αἱ Πυγμαλίδες ὄψεις, non Ταγασαί. Nam ubi gentium visae Tagasae istae? At Pagasae oppidum Phthiotidis Thessaliae, Ptolemaeo et aliis. Fuit aliquando urbs ea portu nobilis et emporio: indeque, ut videtur, peti solita mancipia Thracica, frontes inscripta more gentis et literata. Διὸς βάλανοι sunt nuces Ponticae, de quibus in excerptis libri II. ἀμύγδαλα σιγαλόεντα, amygdala magna et admirabilia, vel compuncta et parvis foraminibus distincta. Allusio facta ad Homericum acroteleutium. Sequentem autem versum ad istum Ὀδ. α: Μολπή τ' ὄρχησός τε· τὰ γὰρ τ' ἀναθήματα δαιτός.

## CAPUT VICESIMUM SECUNDUM.

Ἐρπειν, ire. ἔρπετα, canes et alia animalia βαδιστικά. Sellae Thessalicae. γράμματα ἀλεξίλογα. Carum vetus imperium in mare. Inventores onerariarum et rotarum figulinae. κεράμια Cnidia. Chalybonium vinum. ὑποβρέχειν, subbibere. ἐγγράφειν τὴν ἑστίαν. γεῦμα, sive gustus rei vendendae. Senecae locus. Psysium vinum.

Canes vocat Pindarus ἔρπετον, quasi dicas animal βαδιστικόν: nam ἔρπειν apud antiquissimos Graecos ire significat: quae significatio vocis hujus remansit apud Doras, ut Theocritum, qui ita semper accipit: et Homerus quoque ἔρπετα pro animalia posuit Ὀδ. δ. Etiani hominum genus ἔρπετον dici, adnotatum Hesychio. De Lacaenis canibus omnes Graeci: de capris Scyriis Strabo. In tertio Critiae versu scriptum inveni κράτισος, non κρατίση. Quare sic fortasse corruptissima lectio est emendanda: Εἴτα δ' ὄχος Σικελός, κάλλι δαπάνη τε κράτισος, praestans, et ratione formae, et ratione p. 65 impensae. Aliter emendare non possum. Conjecturas quorundam παρακελευόμενος odi semper. Sellae Thessalicae meminit Pollux I. X. c. XXVI.: κάλλισοι οἱ Θεσσαλικοὶ δίφροι· διὸ καὶ ἡ Πυθία ἔφη, Θεσσαλὲ ποιητὴ



διφρε. Lege eundem l. X. c. XI. et Hippocratem Περὶ ἄρθρων. Legendum Τυρσηνὴ δὲ κρατεῖ, non Τυρσηνήν. *Pbiala Etrusca praeferat.* Tuscanica opera etiam Plinius laudat l. XXXIV. De illo versu, Φοίνικες δ' εὖρον γράμματ' ἀλεξίλογα, haec Eustathius comment. in Ulyxeam XIV. extremo: Πρὸς ὁμοιότητα τῶ ἀλεξάνεμος χιτῶν ἐρρέθη καὶ νεῖος ἀλεξιάρη ἢ παρὰ Ἡσιόδω, καὶ ἀλεξίνακος, ὁ κατὰ μετάληψιν καὶ κηραμιώτης παρὰ Λυκόφρονι. ἔτι δὲ καὶ ὁ ἐν ἐπιγράμματι ἀλεξιβέλεμος χιτῶν, ὅς ἐστι θώραξ πολεμικός. τοιαύτης δὲ συνθετικῆς δυνάμεως καὶ τὸ ἀλεξίλογον, οἶον, Φοίνικες δ' εὖρον γράμματ' ἀλεξίλογα. Explicat autem varie: ἢ τὰ ἀλέγοντα ἤγαν βοηθῶντα εἰς λόγον, quibus utimur in sermone: vel, δι' ὧν ἀποσοβεῖται τὸ πλεῖω λέγειν, quarum ope longiorum sermonum fit compendium: haec quidem mira interpretatio est. Non deterius est, quod fingebamus nos: vocari literas ἀλεξιλόγας propter vim orationis in sanandis animi perturbationibus. Notum illud: Ψυχῆς νοσῆσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι. Vel quia per literas absentiae malis medemur: epistolis enim, ut eleganter ait Gregorius Theologus, σκιαγραφῶμεν τὴν τῶν ἀπόντων παρσίαν. Cares poëta vocat ἀλὸς ταμίας, veterem illorum θαλαττοκρατίαν spectans, non mercaturae habita ratione: quae eam gentem, quod sciam, nobilem fecit nunquam. Maris imperium populi Graeciae atque Asiae alius alio tempore obtinuerunt, ut scimus ex Strabone et historicis. Cares, quo tempore Romam a se conditam regebat Romulus, principes maris mediterranei fuisse, Eusebius scriptum reliquit in Chronico. Φορτηγῶν five onerariarum inventionem attribuit Plinius Hippo Tyrio. Rotae figulinae inventores dicuntur Critiae fuisse Atheniensibus postremis hujus ῥήσεως versibus. Sed fallunt nos depravati codices. Nam sine controversia scribendum: Τὸν δὲ τροχῶ (non autem τροχὸν) γαίης τε καμίνε τ' ἐκγονον εὖρε. Non dicit Critias, rotam figulorum ab Atheniensibus esse inventam: verum artem ipsam fingendi opera figlina, quae eleganter appellantur a poëta *soboles*, id est, *opus rotae, terrae et camini*. Sic in aenigmate, de quo l. X. c. XVII., olla dicitur τροχορυμασίτευκτον κύτος, πιασὸν ἐκ γαίης. Et familia alibi. Vide l. II. c. XXIII. Plinius l. VII. c. LV.: *Figlinas Coraebus Atheniensis invenit.* κεράμια in Eubuli versu non sunt vasa figulina \*) simpliciter, sed eorum species. Peculiari nomine sic dicta

\*) [Sic verit Dalech.]



erant dolia minora certae mensurae, transferendo vino apta, aut in usum orcarum ad balsamenta. Cnidia haec ceramia (amphoras licet appelles: nam κεράμιον et ἀμφορεύς tantundem capiebant) laudat Eubulus. non quamvis Cnidiam testam. Chalybonium vinum Strabo. Hesychius, Eustathius nasci in Syria scribunt: Athenaeus, si constat fides nostris libris, καὶ Δαμασκῶ τῆς Συρίας. *etiam Damasci in Syria.* Quasi esset illius vini regii prior alia patria, quam Damascus: cujus urbis uvas hodieque in deliciis esse tota Europa sciunt omnes. Eustathius legit ἐν Δαμ., non καὶ. Eum sequerer, nisi alio traherent sequentia verba. In Suidae Collectaneis Καλυδάνιος per δ. Perperam. Distinguendi Alexidis senarii: — Θασίοις καὶ Λεσβίοις οἰναρίοις τῆς ἡμέρας τὸ λοιπὸν ὑποβρέχει μέρος, καὶ ναγαλίζει. Elegans verbum ὑποβρέχειν pro ὑποπίνειν, *ritissare*, et, ut Neronis verbum usurpem, *subbibere*: nam βρέχειν pro bibere ponebant, ut ante dictum. Longus Pastor. l. II.: καὶ οἶνον δὴ γέροντες ὑποβεβρεγγμένοι πρὸς ἀλλήλους πολλὰ ἔλεγον. Fingebat Alexis in quodam dramate, exiisse Bacchi edictum, ne quis Lesbiorum alio quam Athenas vinum deferret vaenum: qui secus faxit, illius bona universa Baccho sacra sunt. Sententiam hanc non invenias apud interpretes \*), sed non animadverterunt, in primo versu Λεσβίς vitio scribi, cum poëta sine ullo dubio scripsisset: Ἦδὺς ὁ Βρόμιος, τὴν ἀτέλειαν Λεσβίοις ποιῶν, τὸν οἶνον εἰσάγχειν ἐνθάδε. Bene, inquit, *de nobis meretur Bacchus, qui impunitatem Lesbii pollicetur, vinum Athenas deferentibus.* εἰσάγχειν verbum non est, sed participium. ἐγγράφειν fori Atheniensium vox pro ζητεῖν, *mulctare vel deferre mulctandum*: hic praegnans vox est, ut loquuntur grammatici, pro κελεύειν ἐγγράφειν. Nam proprie auctor legis non ἐγγράφει, sed dat delatori potestatem τῆ ἐγγράφειν τὴν εἴαν ἱερῶν: hoc est, denuntiandi jus fisco acquisitum in ejus bona, quae legem migravit. Eubuli sunt versus: Οἶνον γὰρ με Ψύδιον γεύσας ἠδὺν ἄκρατον, Διψῶντα λαβὼν ὄξει παλεῖ πρὸς τὰ σῆθη. Quorum est sensus: cum mihi vini Psythii gustum praebuisset, postea acetum dedit, quod stomachum graviter laesit. γεύειν τινὰ est rei vendendae alicui praebere γεῦμα. Seneca in epistolis *gustum dare*. Idem alibi vo-

\*) [A. Propitius istuc Bacchus est, cum Lesbium vilissimo paraturus B. Ad nos advehunt. Vel cyathum in aliud oppidum si quis ferat, Mox deprehensi bona sacra publico. Dalech.]



cat *exemplar*, ut Graeci *δειγμα*. Sine causa sollicitant quidam ista ejusdem initio primi de Clementia: *Principatus tuus ad gustum, quem dedisti, evigitur*. Rerum vaenarium solet proponi aut circumferri exemplar. Sed fieri saepe videas, ut alius gustus praebetur, deinde alia merces tradatur. Id nunc conqueritur iste sibi apud cauponem contigisse: datum enim Pnythium vinum quam optimum gustandum, deinde vero *ὄζος*, id est, crucium vinum sitienti esse propinatum. *Ψύθιον* vinum, sive, ut Plinius mavult, passum, unde ita dictum, alias quaeremus.

CAPUT VICESIMUM TERTIUM.

*Aristophanis Thesmophoriazusae priores et posteriores.*

*Thasium vinum Aristophani notum, contra quam sentit ejus scholiastes. Proverbium ἄρ' οἶσει τρία; οἶμοι. Vinum ἀπαλὸν καὶ λευκόν. Μενδαίω ἐνερεῖν. σαπρίας οἶνος. Percota et Percopa. Vestis Persarum δωροφορικὴ: item γάμβριος σολή. Camantium, Artypus, Sceptra. Emendata et illustrata non pauca.*

p. 67.

Saepe olim factum, ut plures fabulas sub eodem nomine docerent comici iidem: saepe enim, quod argumentum negligentius vel infelicius primo tractaverant, sub eodem revocabant, et nova diligentia quasi recoctam atque emendatam veterem pro nova fabulam proferebant. *διασκευὰς* et *ἐπιδιεσκευασμένα δράματα* proprie istas fabulas vocabant, ut accurate docemus I. III. c. XXVI. Inde nata est illa distinctio fabularum ejusdem et auctoris et nominis in priores et posteriores. Sic Eupolidis *πρότερον Αὐτόλυκον* et *δεύτερον Αὐτόλυκον* passim invenias laudatum: Aristophanis priores et posteriores *Nebulas*: priores et posteriores *Θεσμφοριαζήσας*. Priorum meminit Clemens Strom. I. VI. et Aul. Gellius I. XV. c. X., ex quo scimus, fabulam, quae hodie inter Aristophaneas exstat, inscripta Thesmophoriazusae, priorem esse, non posteriorem. Sed de appellatione harum fabularum diversum ab aliis sentiebat Demetrius Troezenius, qui drama prius *Θεσμο-*





Φοριαζέσαι, *festum Cereris celebrantes*, posterius Θεσμο-  
 Φοριαζέσαι, *quae festum Cereris celebrant*, voluit in-  
 scribi. Videtur hic criticus existimasse, quam vulgo po-  
 steriorēs Thesmophoriazusas vocabant, novam plane fa-  
 bulam fuisse, non prioris emendationem. Haec ideo di-  
 ximus, quia male docti \*) ista verba brevioris ceperunt:  
 "Οτι Ἀριστοφάνης τὰς δευτέρως Θεσμοφοριαζέσας Δημήτριος  
 ὁ Τροιζήνιος Θεσμοφοριαζέσας ἐπιγράφει, id est, *Aristophanis  
 fabulae posteriores Thesmophoriazusae inscribitur a Deme-  
 trio Troezenio Thesmophoriazusae*. Allatus ex illa fabula  
 locus claram mentionem habet vini Thasii: neque est  
 aliter interpretari poëtae verba, quod notandum ad-  
 versus doctissimum ejus scholiasten, qui ad istum ex  
 Acharnensibus versum, Οἱ δὲ Θασίαν ἀνακνυλῶσι λιπα-  
 ράμπυκα, negat, de Thasio vino posse intelligi, quia non-  
 dum ea aetate in pretio esset Athenis vinum illud: quod  
 falsum esse, hinc liquido constat, et ex alio ejusdem poë-  
 tae versiculo, Μηλοσφαγῆσαι Θάσιον οἶνε σαμνίου. Etiam  
 in Concionantibus ait idem poëta: — πολὺ δ' ὑπερπέσαι  
 κεν αὖ Τέτων ἀπάντων τὰ Θάσι' ἀμφορεΐδια. In secundo versu  
 Archeltrati scribe meo periculo — πολὺν σφόδρα κράτα φο-  
 ρῶντα, non, ut habent libri omnes, κρατοφορῶντα. Poë-  
 tica licentia vetus vinum ait πολὺν κράτα φορεῖν, *caput  
 canum gestare*. XIV. versum sic facile perfeceris: Οὐ  
 προσέχω τὸν νῦν αὐτοῖς τάδε μυθεύσαι, *vel ὡς τις ταχυ-  
 πειθής*. Ephippi comici versiculos ita scribe: Κάρυα,  
 φοῖας, φοίνικας, ἕτερα νώγαλα, Σταμνάρι' τ' οἶνε μικρὰ  
 τῆ φοινικῆ, Ὠάρια, τοιαῦτ' ἕτερα πολλὰ παίγνια. Ni-  
 hil hic ex conjectura aut ingenio motavimus, verum ex aliis  
 ipsius Athenaei locis et Eustathio rectam lectionem resti-  
 tuimus. Pro Κάρυα legit Βότρυς Eustathius: sed vide p. 68  
 l. II., ubi haec alii poëtae tribuuntur. Scribo deinde:  
 Φοινικῆ βίθος τις ὑπανεώγγυτο. Vide l. XIV. Distingue  
 in Cratini versu: Οἶμα', ὡς ἀπαλὸς καὶ λευκός. ἄρ' οἶσαι  
 τρία; Soliti Graeci multa aqua dilutum vinum bibere.  
 Multa auctor l. X. de variis κρᾶσεων generibus. Ut pluri-  
 mum ita temperabant, ut crateri ter tantum aquae infun-  
 derent, quantum vini. Propterea de parum generoso vi-  
 no frequens erat in ore potatorum, ἄρ' οἶσαι τρία; Con-  
 tra vinum generosum ita laudatur in Equit. Aristophanis:

\*) [Aristophanis fabulam, cujus titulus est secundae Cerealia cele-  
 brantes, Demetrius Troezenius inscribendam putat secundae,  
 quae Cerealia celebrarunt. Dalech.]



Ὡς ἡδύς, ὡς Ζεῦ, καὶ τὰ τρία φέρων καλῶς. Quod cum in vino locum habeat proprie, videtur ad alia esse translatum παροιμιαιῶς. Hesychius: ἄρ' οἴσει τρία, ἐπὶ οἴνῳ ἐλέγετο· ἐπὶ τὸ πάλαι ἐπιρῶντο τρία ὕδατος λαμβάνων, τὸ δὲ τέταρτον οἴνῳ. Hodie scriptum in Hesychii codicibus ἄρῃσι τρία. Neque hoc tantum: sed praecedit etiam, ἄρῃς, τὰ λιβάδια. Nobis haec θαύματα videntur. Cratini versum ita debere accipi, ostendit praecedens vox οἰνίσκος. Non recte sentiunt, qui οἴμοι laetantis vocem hic esse adnotant: est enim mirantis potius et indignantis. Appellat ἀπαλὸν vinum, quod non est οἰνώδες, ut loquitur Hippocrates, sed ὑδαρῆς, languidum et elumbe. Vocat etiam λεῖκόν, non tam ut colorem indicet, quam ut vires ejus eleuet: quia vina alba plus aquei habent quam rubra, et sunt ὀλιγοχρωώτερα. In primo Hermippi versu ferenda non est emendatio interpretum, quae sententiam poëtae facit longe aliam. Μενδαίῳ μὲν ἐναρῶσιν καὶ τοὶ θεοὶ αὐτοὶ στρώμασιν ἐν μαλακοῖς. Scribunt Μενδαίον, et deos fingunt Mendaeum vinum mejere. Quam haec aliena a poëtae mente! ἐνκρεῖν Μενδαίῳ interpretamur vinum Mendaeum tamdiu bibere, donec illud mejere cogaris. Quis nescit, strenuis potoribus hoc esse familiare? Ideo matulas in convivia intulerunt, ut diximus ante. Quid poterat dici ἐναργέστερον ad declarandam vini hujus praestantiam? Nam ipso nectare, qui deorum est potus, melius esse, non obscure declarat poëta. Septimo versui deest syllaba: Οὐ καὶ ἀπὸ σώματος σάμων ἀνοιγομενάων. Scribe ὑπανοιγοῦ. σαπρίαν vulgo appellabant Graeci τὸ πρὸς τῷ τέλει. inquit grammatici, vinum, quod inibi est, ut desinat, paulatim exhausto dolio: in nostro idiotismo *vini hoc*. Chrysostomus οἴνον σεσηπότα in comment. epist. ad Rom.: ἐδὲ γὰρ ὁ μεθύων οἶδε, πόση τῆ σεσηπότος οἴνῳ ἢ βδελυγμία. Hermippus contra sic nominari ait vetus vinum et, ut scribit Eustathius, τὸν ἀνδοσμῖαν. Eum lege Ὀδ. β. Mira in hac voce ἀκυρολογία et antiphrasis. Factum vinum ex uvis elaterio aspersis ait auctor fieri μαλακόν. Scribendum μαλακτικόν cum viris doctis: nam aliud est vinum molle, quod opponitur duro, τῷ σκληρῷ· aliud, quod *εὐπτικῶν* est contrarium, et alvum mollit ac liquat. *Percota* Straboni, Plutarcho, et in scholiis comici. quae hic cum π *Percota*: utrumque recte. Adi Stephanum. Ubi sit Demarati mentio, locus est vitii manifestus, et sententia subobscura. Videtur dicere, p. 69. exegisse Persam a Themistocle, ut veste uteretur Persica,



quemadmodum a Demarato hoc ipsum ante exegerat: quaecumque autem Demaratus in Perfide dono regis prius possedisset, ea fuisse data omnia Themistocli. Minima mutatione scribo: *ὡς καὶ Δημαράτῳ, δὲς τὰ πρότερον αὐτῷ ὑπάρχοντα.* Qui meliore ingenio sunt, proferant, quod sit melius. Inter alia Perfiarum regia munera fuerunt et vestes: quas diversae conditionis hominibus diversas pro eo honore, quem cuique delatum vellent, donare soliti. Sic refert Aelianus, legatis datam vestem, quae proprie *δωροφορικὴ* dicebatur, cuius et Hesychius meminit. Ejus generis fuit *γάμβριος σολή*, de qua Athenaeus inter data Themistocli munera: *καὶ σολήν γάμβριον προσθεῖς.* Nam frustra pro mendoso habent quidam hunc locum: qui apud Suidam non aliter scribitur. Lege et moribus distincta erant apud Perfias vestimenta: alia fuit regi propria vestis, alia regis cognatis conveniens, alia ejus generis et affinibus, alia amicis et proceribus. Is mos et in aulam Imperatorum Orientis postea translatus: quod ex Codino Curopalata certo scimus, et exponetur a nobis, *σὺν Θεῷ εἰπεῖν*, aliquando pluribus. *στολήν γάμβριον* igitur interpretare, ut apud Latinos ornamenta consularia, praetoria, uxoria, et apud Lampridium in Alagabalo ornamenta conjugii. Sic et *συγγενικὸν ἄρισον* exponi debere, l. II. docemus c. IX. *Camantium*, quae dicitur fuisse una e septem urbibus Pytharcho donatis, nusquam invenio: praeterea sex, non septem, hic nominantur. Numerum impleveris, et mendam codicibus, opinor, absterferis, si legas *Ἀκαμάντιον, Τίον.* Cujus emendationis partem excogitavit Turnebus, partem nos. Ille scribebat *Ἀκαμάντιον*, auctore Stephano, cuius sunt verba: *Ἀκαμάντιόν ἐστι πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας, Ἀκάμαντος κτίσμα τῆς Θεσέως.* Nos, ut numerum perficiamus ab auctore definitum, *Ἀκαμάντιον, Τίον.* Notae urbis in Paphlagonia nomen Tium vel *Τίος.* Artypsus, nisi fallor, quae Geographis *Ἀρτυμνέσις*, aut quae Artaca. Stephanus: *Ἀρτάκη, πόλις Φρυγίων, ἄποικος Μιλησίων.* *Sceptra*, quae illis Scephis et Palaescephis. Priapum sive Priepum cur Lampfaceni instituerint colere, narrat Strabo in XIII. De cognomine Thriambi Varro l. V. de L. L. et Diodorus Sic. I. Scribe etiam *Λεπαδῶσσαι*, et *Οἰνοαῖω*. nam ab *Οἰνῳ* gentile formatur *Οἰνοαῖος*, non *Οἰνοεύς.*



## CAPUT VICESIMUM QUARTUM.

Πέπων νεκταροσαγής. Ἡ καθόλα Herodiani. ἐν τῷ  
καθόλα, in totum. οἶνος κοκκύζει vel κοχύει. Βί-  
βλινοι μέθυ. Antifara et Tifara, oppidum Thra-  
ciae. Pollium vinum. Οἴνουτιάδης οἶνος. Δέν-  
δρις. Parystium vinum, imo Carystium. Ὀνο-  
γλίτας οἶνος. Rhodiorum αὐτίτης. Capnias vi-  
num. Locus Theophrasti emendatus. εἰς θαλάσ-  
σης, ἐν Θάσιον, et similia. Myrtites vinum.

p. 70.

Ὅτι Μιτυληναῖοι τὸν παρ' αὐτοῖς γλυκὺν οἶνον πρόδρομον  
καλεῖσιν· ἄλλοι δὲ πρότροπον ἢ πρόδρομον. Vacant duae  
postremae voces, si quid iudico, tollendae. ἀλλ' ἀν-  
δομίη καὶ πέπονι νεκταροσαγεῖ, sed antihosmiam vinum  
probant, et uvam maturam, ex qua stillat in torculari ne-  
ctar merum. ἔνιοι δ' ἐν τῇ καθόλα τὸν πρὸς παραουήν  
ἐπιτήδειον. Verba sonant: quidam in τῇ καθόλα (id libri  
nomen) πράμνειον scribunt dici omne vinum, quod servare  
potest. Herodianum ἐν τῇ καθόλα laudant poëtarum inter-  
pretes. An de eo sentit Athenaeus? An verior lectio,  
quae apud Eustath. II. λ., ἐν τῷ καθόλα, in totum, generali-  
ter? Hoc verum. Οἶνος κοκκύζει τοῖς ὀδοιπέροις πιεῖν. Me-  
tri lex hanc scripturam refutat. Scrib. Κοκκύζει οἶνος,  
aut simplice κ Οἶνος κοκύζει. De caupona loquebatur fe-  
cundum viam posita. ut fuit moris. Proflare ait in ea vinum  
optimum: quod visum praetereuntibus facile eos ad bi-  
bendum proritat: αὐτὸς γὰρ ἐφέλικται ἄνδρα σίδηρος, ut  
ait poëta. κοκκύζειν simpliciter pro ὀξέως φωνεῖν, ut ex-  
ponit Hesychius. Si cui hoc durius dictum videatur,  
probet fortasse is conjecturam nostram, κοχύζει aut κο-  
χύει τε scribendum esse. pro *fluit ubertim* five praesto adest  
in magna copia. Ita dixit Pherecrates I. V. αὐτομάτους  
ποτχμὲς ζωμὸν κοχυδαῖν. Similia apud poëtas alios. Ἐδε-  
ξιῆτο Β. βλίη μέθης ἐκπώματι. Corrigendum: Βιβλίη μ-  
θου ἐκπώματι, *Biblini temeti poculo*. Versui superest pes  
integer, si jambicum senarium esse volumus. Sed non  
dubium est, veram lectionem esse, Ἐδεξιῆτο Βιβλίη μ'  
ἐκπώματι, sublata voce μέθου. Ὅτι παρέξω Λέσβιον,  
Χῖον, Πάπ † Θάσιον. Aiunt quidam, reperisse in mem-  
branis Πεπρηθίου, Θ. Peperethio vino an sit locus inter  
illa, quae hic nominantur, dubitabam. Nam id abomi-  
nabatur Hermippus, et hostibus dari optat. Sed contra




Aristophanes Pramnio, Chio et Thasio paulo supra ad-  
jungit. Atq; doctissimus vir, Henricus Stephanus, com-  
pendium veteris codicis, quem Romae diligenter contulit  
cum editis, σαπρὸν significare existimabat. Effet genero-  
sum illud vinum, Hermippo σαπρίας dictum, de quo su-  
periore capite. In Turnebi editione absque ulla mutili  
codicis nota scriptum: "Ὅτι παρέξω Λέσβιον, Χίον, Πάσ-  
σαπρον, Θάσιον, Β. Atque ille existimabat, πάσσαπρον,  
quasi totum putre, id vinum dici, quod alii σαπρίαν nomi-  
nant. ἦν αὖθις Τισάρην καὶ Οἰσύμην προσαγορευθῆναι.  
Prima verba apud doctos ingenue mendum profitentur.  
Lego: ἦν Ἀντισάρην ἢ Τισάρην. Urbs fuit Thraciae, quam  
alii Tifaram, alii Antifaram dicebant. Ἀντισάρη καὶ αὕτη  
πόλις, (Datenorum videlicet, qui erant Thraces,) τινὲς  
δὲ Τισάρα γράφεσι. Verba sunt Stephani de urb. Oesyma  
etiam Geographis inter Thraciae oppida. Νῆες δ' ἐκ Λήμν.  
Homeri est Ἴλ. η. Notus versus vel in scholis Juriscon-  
sultorum. καλέμενος Πόλλιος. Alii vocant Πολλαῖον.  
Julius Poll. l. VI. c. II.: καὶ πικρὰ καὶ γλυκὺς καὶ Πολλαῖος,  
ἔστι μὲν ἐκ Συρακυσῶν, Πόλας δ' αὐτὸν ὁ Ἀργεῖος πρῶτον  
(scrib. πρῶτος) ἐπεσκεύασεν, ἀφ' ἧ καὶ τῆνομα ἢ ἀπὸ  
τῆ Συρακυσίων βασιλέως Πόλλιδος, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει. p. 71.  
Haec Pollux. Πῖν' οἶνον τρυγίαν. Explicationem oraculi  
hujus lege apud Plutarchum in tmem. XIX. quaest. Grae-  
can. Οἶνον δ' Οἰνουντιάδην, ἢ Δένθιν, ἢ Παρύσιον, ἢ  
Ὀνογλίον, ἢ Σταθμίταν, καὶ τὸν ἐκ Καρύσσης, ὅς ἐστι πλη-  
σιον Ἀρκαδίας. Multa nobis animadvertenda in his Alc-  
manis verbis. Οἰνουντιάδης οἶνος recte, qui natus Oenuñ-  
te, ut explicat auctor. Sed Δένθιν qua ratione τὸν ἐκ  
Δενθιάδων, ut modo dixit? Analogia scribendum arguit  
Δενθιαδίτην, siquidem recte Athenaeus censet, de eo  
vino locutum Alcmanem. Hesychio auctore δένθις Laco-  
nicae linguae vox est, quae vinum significat. Quare ni-  
hil mutemus: sed amplius cogitemus. Parystium vinum  
neque explicatur Athenaeo, neque ego possum de illo  
vel mu Lucilianum: sed locum censeo corruptum, et Κα-  
ρύσιον legendum esse pro certo habeo. Affines literae π  
et τ in MSS. Quod autem sequitur, καὶ τὸν ἐκ Καρύσσης etc.,  
non sunt illa Alcmanis, sed Athenaei verba. Quia poterat  
non admonitus lector existimare, Carystium vinum, cujus  
hic meminit Alcman, a Carysto, claro Euboeae loco, sic di-  
ctum, prudenter Athenaeus, descriptis Alcmanis verbis,  
hanc admonitionem subjungit. Itaque ponenda τελεία  
συγμὴ post nomen Σταθμίταν, quod est postremum verbo-



rum Alcmanis. Deinde legendum: Καρύσιον λέγει τὸν ἐν Καρύσει, ὅς ἐστι τόπος πλεῖστος. Etsi per se clarum attendenti, sic constituendum esse hunc locum: proferemus tamen locum Strabonis, qui neminem sinat de eo dubitare. Verba illius sunt l. X.: Κάρυσος δὲ ἐστὶ καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ τόπος τῆς Αἴγυος πρὸς Ἀρκαδίαν, ἀφ' ἧς Καρύσιον οἴνου Ἀλκμᾶν εἶρηκε. Legendum etiam Ὀνογλίταν, non Ὀνογλίαν. Ut a Stathmis Σταθμίτας, ita Ὀνογλίτας ab Onoglis. Πολύζηλος δὲ οἴνον αὐτίτην καλεῖ ἐν Ῥόδῳ. Non docet nos, quod vini genus Rhodii αὐτίτην vocarint. Critici antiqui eam vocem exposuerunt multis modis: fortasse pro diversorum populorum vel scriptorum usu. Galenus apud Hippocratem *vinum hornum* interpretatur. αὐτίτην, ait, τὸν αὐτοετίτην, τὸν ἐν τῷ ἐνδεδωῶτος ἔταρ. Alii τὸν αὐτῆ γεγενημένον, *indigenam*. Alii τὸν ἀπαράχυτον, *cui nihil infusum aquae*, ab ea significatione vocis αὐτός, qua ponitur pro μόνος, ut Latinis *ipse* pro *solus*: qua ratione Aristoteles, ut ait Demetrius Phal., αὐτίτην nove dixit τὸν μόνον αὐτὸν ὄντα. Πλάτων δ' ὁ κωμικὸς τὸν καπνίαν. Capnias, si vocem spectes, famosum est Latinis vinum: ut, *Nunc mihi turpifos veteris proferte Falernos Consulis*. Sed longe alia Graecae appellationis ratio: nam capnias vitis genus, cujus praeter Graecos etiam Plin. meminit. ἀμφοῖς δὲ οἴνος. De hac voce suspicionem nostram, si lubet, lege l. III. c. XXI. ὁ ἐκάλειν τρίμμα. Hesychius: τρίμμα, ὁ ἀρωματίζων. Πέμμα ἐν γάμοις γενόμενον, καὶ ἐν θεατρικοῖς ἀγῶσι. Deest una vox: scribe ὁ ἀρωματίζων οἴνος. Reliquae interpretationes nihil ad hunc locum. τὰς δὲ γυναῖκας τεκνέσας ποιεῖ. Non probo lectionem, quam reperi, e libris, ut aiunt, veteribus promptam, p. 72. τὰς δὲ γυναῖκας κηέσας ποιεῖ ἐξαυβλῶσαι. Hanc probo unice, quam habent meliores libri omnes, τεκνέσας. Ita olim legisset Plinium constat, qui vertit *foecunditatem foeminis improprie*. Neque Athenaei, sed Theophrasti potius emendandi codices, contra quam docti homines censuerunt: nam quae in ejus libris obtinet lectio, plane ἀνερευάτικος et nullius auctoritatis pondere firmata est. περὶ τῶν πεντήκοντα εἰς θαλάσσης. Malim παρά. Deest mensurae nomen, ut saepe apud Graecos. Sic etiam apud Dionem Chrysostr.: τὸν οἰνόφυγα ἐν Θάσιον κατέπλησε, *vinum deditum unus vini Thasi haustus liberalior repleverit*. Alibi leges τρία κρέα pro tribus carniū frustis, et similia multa. Ἐάν τις κερύσῃ. Repetendum ex superioribus Theophrasti verbis, τὸν οἴνον γίνεσθαι θαυ-

No  
rum  
piss:  
de r  
apfe  
Nan  
lum  
Post  
cum  
quid  
nic,  
hic l  
s.:  
ficti  
ἐξω ε  
αὐτ.  
tis est  
veterib  
nonant  
endum.



μασὸν τὴν ἡδανὴν. Alioquin desit aliquid. μυρτίτης δὲ ἢ  
 μυρρίνης οἶνος κεῖται παρὰ Ποσειδίππῳ. Cum dicit ἢ μυρ-  
 ρίνης, indicat, Posidippi locum varie lectum olim. Myr-  
 rites vinum ex Dioscoride, Plinio et aliis notum. μυρρί-  
 νην explicat Hesychius vinum, cui unguentum infusum.  
 Sed videtur Posidippus nove hoc loco myrteum vinum,  
 hoc est, τὸν μυρτίτην vel μυρσινίτην, appellasse μυρρίνην.  
 Verum neque exstat hodie Posidippi fabula, neque satis  
 de lectione constat, unde nihil possumus affirmare. Myr-  
 rina Romanorum et ὁ ἐσμυρτισμένος οἶνος apud Marcum  
 Evangel. aliud sunt.

## CAPUT VICESIMUM QUINTUM.

Ἐρμῆς, ultimum poculum. πότοι et καθημερινὴ χρῆ-  
 σις. Cnidium vinum. ἄποιος aqua. Mareo-  
 ticum vinum. Alexandria pro territorio Alexan-  
 driae. Plinthina Aegypti. αἱ ἀμέθυσοι. brassicae  
 ebrietatis remedium. ἐψεῖν βαλανεῖον. λῆρος  
 δοκεῖ.

Non video, quorsum pertineant in tractatione de vino-  
 rum generibus et natura verba ista: Καὶ Ἐρμῆς δὲ εἶδος  
 πόσεως παρὰ Στράτιδι. Verum est, non solum a Stratti-  
 de poeta, sed vulgo olim a priscis Graecis Ἐρμῆν fuisse  
 appellatam τὴν τελευταίαν πόσιν, ut docet nos Pollux.  
 Nam cum Mercurio postrema fieret libatio, etiam pocu-  
 lum illud, quod agmen cogeabat, Mercurium vocabant.  
 Postea mos ille mutavit, et Jupiter τέλειος in Mercurii lo-  
 cum ascitus, auctore Athenaeo paulo ante. Atque haec  
 quidem ita habuere: verum alienissimo loco haec posita  
 hic, ut multa saepe in isto opere. Non adscribitur autem  
 hic locus Strattidis: quem reperies l. XI. in voce καδί-  
 σκος. Vide Animadv. ejus libri c. VI. In sequentis di-  
 stichi versu altero scripsimus: Ἀλλά τι καὶ λέσχης οἶνος  
 ἔχειν ἐθέλει. Non solum, inquit, aqua temperari vinum  
 debet, sed etiam jocunda confabulatione condienae compota-  
 tio est. Vulgo λεύχης: quam nihili vocem mutatam in  
 veteribus varie offendimus. Ineptum est, quod placuit  
 nonnullis, εὐχῆς aut λευκῆς: nam λέσχης omnino scri-  
 bendum. Eadem sententia apud Hesiodum in Melampo-



dia: Ἡδὺ γὰρ ἔσ' ἐν δαιτὶ καὶ ελλαπίνῃ τεθαλυίῃ Τέρπεσθαι  
 P. 73. μύθοισι. Scribendum etiam: Οὐ γὰρ ἀπόβλητον Διονύ-  
 σιον, εἰδὲ γιγαρτον. *Nullum Bacchi munus, five nulla uvae  
 pars est aspe nobilis, ne vinacea quidem.* Homerum imita-  
 tur poeta Ceus. Poëtae enim versus est: Οὐ γὰρ ἀπό-  
 βλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. Vinum Rhodium insulanum,  
 five in ipsa insula genitum, non in opposita continente,  
 scribit auctor et computationibus esse aptum, et quoti-  
 diano usui. Distinguit πότος et τὴν καθημερινὴν χρῆσιν·  
 aliud enim πότος, id est, computationis, cuius finis voluptas:  
 aliud usus vini ordinarius, cuius finis utilitas et valetudi-  
 nis bonae conservatio. Etsi ne hic quidem voluptate ca-  
 ret: falluntur tamen, neque auctoris mentem capiunt,  
 qui haec confundunt. Cnidium vinum appellarunt vete-  
 res non illud solum, quod in Cnidiorum vinetis gigneba-  
 tur, cuius auctor meminit, sed etiam illud, quod Cnidii  
 mercatores ex Aegypto petere et in alias regiones trans-  
 ferre soliti. Olympiodorus in I. Meteorol.: Ἴδὲ δὲν, ἢ  
 ψύξις ποιεῖ θερμοσίχην· ἀλλὰ μὴν καὶ τὸναντίον ἐν Αἰγύ-  
 πτῳ τῇ ἄτῳ θερμοτάτῃ ψυχρὸς οἶνος ὁ Κνίδιος καλέμενος,  
 διὰ τὴν ἀντιπερίσχισιν. Ait clare, vinum, quod in Aegypto  
 gignitur, vulgo Graecis appellatum fuisse Cnidium. Ale-  
 xander Aphrodis. variis locis eam quaestionem tractans  
 Aegyptium semper vocat. Scribendum mox: πλήσιμους,  
 διὰ τὸ πολὺς εἶναι τῇ δυνάμει, non πολὺ. Eruditi agno-  
 scent atticismum in voce πολὺς. In simili mox loco, eis  
 τὸ διαπνεῦσαι τὸ πολὺ τῆς δυνάμεως αὐτῶν, quaedam mem-  
 branae scribunt τὸ παχὺ τῆς δ. Sane παχύτητα καὶ τὸ  
 λεπρόν tribuunt vino Galenus, Athenaeus, alii. Contra  
 paulo post τὰ ἀπίότατα τῶν ὑδάτων εὐθετεῖ in prioribus edi-  
 tionibus et scriptis quibusdam: ubi edidimus nos ἀποιοτάτα  
 ex membranis. Optimam aquam constat intelligi: cui pro-  
 prium ratione qualitatis τὸ ἀποιον et, ut loquitur Diosco-  
 rides, τὸ αὐτόχρον οἴας δηποῦν ποιότητος. Cujusmodi  
 sunt aqua, saliva hominis sani, oleum, cera, τὰ ἄχυρα·  
 nam haec quoque ἀποια dicuntur Alexandro Aphrodisaeo.  
 Invenio in lib. Rabbiorum τὸ ἀποιον vocari ריר. rir:  
 quanquam ea voce ut plurimum saliva illis significatur.  
 Alioquin ἀπίότατον ὑδωρ possis tueri, et de purissima aqua  
 interpretari, maximeque, ut sic dicam, desaecata. Ut  
 ad vina redeamus, placebat Turnebo, εὐπνος scribi, non  
 εὐπνης, cum ait auctor: ὁ δὲ Ἀδριανὸς καλεῖται εὐπνης.  
 Non displicet quidem magni viri conjectura: nam inter  
 boni vini laudes et τὸ εὐπνον censetur et τὸ εὐόνειρον, ut





dicebamus ante c. XX. Sed alteram lectionem constanter omnes libri retinent, non isto solum loco, verum et aliis aliquammultis. ubi similiter εὔπνευ, id est, suaviter spirans, vinum dicitur. Sequitur: ὁ δὲ ἀπὸ Κιλικίας Ἀβάτης καλούμενος κοιλίας μόνου ἐστὶ μαλακτικός. De hoc vino Galenus in commentariolo de bonis malisque succis: αὔσηρος δὲ οἶνος ἄμα καὶ γλυκὺς ὁ Κιλικίος, ὁ Ἀβάτης, ἀπὸ χωρὶς τὴν προσηγορίαν ἔχων. Male in IV. de simplic. medic. facult. Ἀλβάτης. Alibi etiam deterius. De aquis Athenarum vide l. sequ. c. V. Sophoclis locum proferebat is, qui sermonem de vinis Aegyptiis inchoabat. Quis ille fuerit e convivis, hodie sciri nequit ex his reliquiis, Aegyptium fuisse liquet. Fortasse Athenaeus ipse, vel Plutarchus, qui Alexandria oriundus. Sic igitur orditur quasi stomachabundus. quod Aegyptiorum vinorum nulla hactenus facta esset mentio. In primo versu scribe: Φεῦ! γλυῦσσα σιγ., non Εὔ γλ. Mareoticum vinum dictum refert Athenaeus ἀπὸ τῆς ἐν Ἀλεξάνδρειᾳ κρήνης Νικρηίας, καὶ τῆς παρ' αὐτὴν πόλεως ὀμωνύμας, ἢ πρότερον μὲν ἦν μεγίση, νῦν δὲ κώμη· παρελήφε μέντοι τὴν προσηγορίαν λαβῆσα ἀπὸ Μάρωνος. Quid haec sibi velint ita scripta, non intelligo. Nam quid illud? παρελήφε λαβῆσα. Scribamus censeo: ἀπὸ τῆς ἐν Ἀ. κ. Μ., καὶ τῆς παρ' αὐτὴν πόλεως ὀμωνύμας, ἢ πρότερον μὲν ἦν μεγίση, νῦν δὲ κώμη περιελείφθη, τὴν προσηγορίαν λαβῆσα ἀπὸ Μ. Non minore mutatione sanari poterat foede corruptus locus, qui nunc planissimam sententiam continet. Praeivit nobis ad hanc emendationem Eustathius Ὀδ. ι. Inde hausimus vocem περιελείφθη, in qua totius conjecturae nostrae cardinem ponimus. Nam doctissimis viris non assentimur, qui, ut huic loco medicinam facerent, delendam censuerunt vocem παρελήφε, Eustathio reclamante, et quantum est manuscriptorum. Mariam fontem Athenaeus nominat, lacum alii, si satis memini, omnes praeter Eustathium, qui Athenaei verbis loquitur. De eo lacu et Mareotico vino consule Strabonem. Hoc amplius tirones observent, Alexandriae nomine auctorem hic intelligere, non urbem ipsam, sed ejus urbis territorium. Aliter illa verba ἐν Ἀλεξάνδρειᾳ nunquam capias recte. Sic loqui amat hic scriptor. Vide l. II. c. V. In narratione e Theopompo scribe χαλκῆς λέβητας τρεῖς, non χαλκεῖς. Plin-  
 tiinae, oppidi Aegyptii. nomen in libris chirographis scriptum diverse invenimus: Πλωθίνη et Πλωθύνη, ut apud Eustathium quoque. Rectum est Πλωθίνη. Stephanus:



Πλινθίνη πόλις τῆς Αἰγυπτίας, ἀπὸ τῆς Σαμαρείας. Le-  
go: πόλις τις Αἰγυπτία, ἀπὸ τῆς ἐν Σαμαρείᾳ, id est,  
*Plinthine vocatur urbs quaedam Aegyptii, nomen habens  
ab illa, quae est in finibus Samariae.* Putavit Stephanus,  
Plinthinem Aegyptiam nomen habuisse ab urbe Libna,  
cujus sacra historia meminit Jos. c. X. et alibi. Sane  
Πλινθῆ est πλινθίνη, quasi dicas *Lateritia*. Vinolentiae  
Aegyptiorum argumentum est, inquit auctor, τὸ παρὰ  
μόνοις αὐτοῖς ὡς νομιμον (malim ὄν νόμ.) ἐν τοῖς δέλτοις,  
πρὸ πάντων ἐδεσμάτων κράμβας ἐσθίειν ἐφθὰς, καὶ μέ-  
χρι τῆ δεῦρο παρασκευάζεσθαι, id est, *mos, quem soli ser-  
vant, comedendi ante alios omnes cibos brassicas coctas, quae  
etiam bodie parari solent.* Minus recte ista interpretes \*):  
quemadmodum et sequentia, καὶ πολλοὶ εἰς τὰς κατασκευα-  
ζόμενας ἀμεθύσας προσλαμβάνουσι τὸ τῆς κράμβης σπέρμα.  
*Multi, inquit, cum remedia illa conficiunt, quibus impediri  
ebrietas solet, inferunt brassicae semen \*\*).* ἀμεθύσας in-  
tellige συνθέσεις, ut saepe apud Galenum. Vulgo ἀμέ-  
θυσα vocabant. Basilus μέθης φάρμακα. οἱ δὲ, ait, καὶ  
p. 75. μέθης συντιθέασι φάρμακα, ἔχι τῆ μὴ παθεῖν τι δεινὸν  
ἀπὸ τῆ οἴνου, ἀλλὰ τῆ μὴ διαλιπεῖν, μηχανώμενοι. Bras-  
sicam in amethystorum compositione locum habere, non  
mirum est, cum ipsa per se sit pro ebrietatis remedio.  
Cato de r. r. c. CLVI.: *Si voles in convivio multum bibere,  
caenaeque libenter, ante coenam est, crudam, quantum voles,  
ex aceto: et item ubi coenaveris, comesto aliqua V. folia:  
reddent te, quasi nihil ederis, biberisque: biberisque, quan-  
tum voles.* Eadem Varro ex Catone. Causam quaerit  
philosophus istius occultae facultatis Probl. mem. III.  
quaest. XVIII. Etiam in Geoponicorum l. VII. caput  
existat de istis amethystis: ubi non est praetermissa brassica.  
Ex his licet intelligere, quid appellet auctor τὰς κατασκευαζο-  
μένους ἀμεθύσους. In Nicocharis verbis ἐψεῖν βαλανεῖον non  
concoquo. Noli dubitare, librariorum imperitiam mon-  
strum illud lectionis edidisse. Scribendum adstipulantibus  
libris manualibus: ἐψήσομεν Βαλάνιον. Quam vim habe-  
ant adversus crurulam glandes, non facile dixerim: ha-  
bere aliquam, existimavit, qui ista loquebatur. Sed ri-

\*) [Vinolentos Aegyptios fuisse, hoc ostendit, quod sapud eos tantum in coenis statutum est, ante omnem cibum brassicam elixam comesse, et ad computationes ita sese praeparare. Dalech.]

\*\*) [Multi sane, ut ab ebrietate vindicentur, praesumunt brassicae semen. Dalech.]



diculi sumus, si omnium, quae apud comicos dicuntur, speramus causam posse reddere. In extremo libro Amphididis comici verba sic scribuntur: — ἐξελαύνει γὰρ σφόδρα Λήρος, ὥσε τὰς ραφάνες ἔτω δοκεῖν. Et versus et sententia claudunt. Lego et distingo: — ἐξελαύνει γὰρ σφόδρα. Ὡς λῆρον εἶναι τὰς ραφάνες οὕτως δοκεῖν, vel ὄντως. Graecorum proverbium est, cum duorum alterum alteri longe anteponunt: παιδιὰ φαίνοιτο ἂν εἶναι, vel λῆρος. Sic accipiendum est hoc loco. Tantum, ait, juvat tristis casus aliquis ad arcendam ebrietatem, ut prae eo brassicae videri queant nugae merae.



ISAACI CASAUBONI  
 ANIMADVERSIONUM  
 IN  
 ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS  
 LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

P. 77.

Προσεπιμετρεῖν. Orestheus Deucalionis filius. Cypriorum auctor. Stasinus. εὐρείτης οἶνος. ἄδαμος. Bacchi simulacrorum facies. Vini usus in ulcerum curationibus. Bacchus Ὑγιάτης.

Expositis libro superiore vini generibus, initio II. de primo vini auctore et Graeco nomine οἶνος tractatur ab Athenaeo. Sed meminerit lector ejus, quod jam ante admonuimus: non res solum ἀξιωματικὰς et dignas observatu, verum etiam locutiones interdum elegantiores excerptas esse ab epitomae hujus auctore. Ejusmodi enim est in ipso libri hujus principio verbum προσεπιμετρεῖν. Delectatus siquidem hic grammaticus vocis ejus elegantia, adnotavit hanc phrasin, τὸ πολὺ τῆς ἡμέρας προσεπιμετρεῖν τῷ ὕπνῳ et interpretatum adjecit, ὕπνῳ δίδοναι σχολήν. Sic non longe post ἀνατιθεσθαι pro *differe in aliud tempus* et excerptit et exposuit: "Ὁρα, inquit, τὸ ἀνατιθεμένων πάντων τὴν ζήτησιν ἦτοι ἀναβαλλομένων. Levia haec, sed vel eo nomine non praetereunda, quia eruditos viros fefellerunt. Orestheum nostri codices faciunt Deucalionis filium: quem, nisi fallor, Pausanias et Stephanus Lycaonis. Suspecta igitur nobis librorum fides. Praeterea quid est ἐπὶ βασιλέα; Ait enim: Ὁρσθεὺς ὁ Δευκαλιωνος ἦλθεν εἰς Αἰτωλίαν ἐπὶ βασιλέα

Neque historiae veteri, neque hellenismo consonat haec lectio. Lego: Ὀρέσθεις ὁ τῆ Λυκίωνος ἦλθεν εἰς Αἰτωλίαν ἐπὶ Βοιωτίαν. Orestheus, Lycionis filius, in Aetoliam venit, ut ibi regnaret. Deucalionis nomen tueri fortasse licet propter historiae fabularis incertitudinem. Verbi οἶνος etymum habes in Etymol., quod magnum vocant etiam veteres grammatici, pluribus expositum: item apud Eustath. VI. in II. commentario. Inde est, qui hic affertur, locus poëtae. Sequentes duo versus, Οἶνόν τοι, Μενέλαε, etc., cujus sint auctoris, non dicitur. In ora antiquorum codd. adscriptum est, testibus clarissimis viris, Stephano et Levinio, ὁ τῶν Κυπρίων τῆτό Φησι ποιητής, ὅσις ἂν εἴη. Cypriorum auctorem laudari sine nomine Clementi Alex. et aliis veteribus, hodie omnibus notum: Stasinum tamen quidam appellant. Illius poëtae esse istos versus, didiceramus jam ex Suida, qui locum Athenaei describens, ὁ δὲ Κύπριος, αἰτ, Φησὶ ποιητής, Οἶνόν τοι, M. Vinum magna copia admissum in corpus εὐρείτην vocavit Philoxenus Cytherius. Ἐὐφρείτας οἶνος πάμφωνος, vinum p. 78. *Large fluens omnis generis voces ciet.* Sic saepe τὸ θεῖν non fluere simpliciter, sed ferri cum impetu significat. Demosthenes: τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ λαμπρῷ ζέοντι κατ' ἡμῶν. Et εὐφρείτης ἄνεμος apud poëtas, *ventus vehemens et laμπρος.* Ion Chius de vino: Ἄδαμον παῖδ᾽, ταυρωπὸν, νέον ἔνεον. Videtur licentia poëtarum vino personam attribuere: vocat παῖδ᾽ ἄδαμον, *puerum indomitum.* Persius: *indomitum quod despumare Falernum Sufficiat.* Sic scribendum, vel ἄδαματον nam ἄδαμον vix Graecum est. *Puerum* dicit, quia Bacchi simulacra puerili aut juvenili facie fingebantur. ταυρωπὸν propter vini robur aut ebriorum truculentiam. Eam enim ob causam Bacchum tauro fingebant similem, ut dicitur non multo post. In ultimo Ionis versu, Οἶνον ἀερσίπνυν, ἀνθρώπων πρυτανίον, malim ἀερσίπνου. Panyasis de usu vini immodico: μή σ' ὕβρις ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ἀέρση. Accedit scripta lectio ἀερσίπνου. Legenti mihi Mnesitheo hunc versum, Καὶ τοῖσιν ἐλκωθεῖτιν ὠφέλημ' ἔχει, veniebat ejus in mentem, quod de vino similiter Dioscorides scribit: οἱ παλαιοὶ οἶνοι πρὸς τραχύατα καὶ φλεγμονὰς ἐπιτήθειοι σὺν ἐρίοις οἰσυπυροῖς ἐπιτιθέμενοι καταπλῆνται ὠφέλιμος πρὸς τὰ θηριώδη ἔλκη. Dubitabam de istis verbis: ἢ δὲ Πυθία εἴρηκέ τιτι, Δῖονυσον Ὑγιάντην καλεῖν, essentne ea Mnesitheo, an Athenaeo a nobis tribuenda. Eustathius illa usurpat pro suis. ut pleraque omnia Athenaei: neque versum redolent utique nimis.

UM

S

Cy. ἀδα-  
mus in

II. de  
ur ab  
ante  
ignas  
iores  
modi  
pau-  
eius  
ερα  
πρω  
δι  
in-  
ελ-  
un-  
co-  
au-  
li-  
m:  
εξ



Sed dubitationem tollit auctor, scribens l. I.: *Μνησίθεος Ἀθηναῖος Διόνυσον Ἰατρὸν φησι τὴν Πυθίαν χρῆσαι τιμᾶν Ἀθηναίοις.* Qui locus hunc explicat: nam de Atheniensibus nihil Mnesitheus. Ergo τισὶν εἶρηκεν, *Atheniensibus dixit.* Verius autem scripsisset ibi Athenaeus Διου. Ὑγιάνην φ. Nam ea voce Pythiam constat usam. Sextum et septimum Eubuli versum emenda et scribe: *Οἴκαδε βαδίζεσ'. ὁ δὲ τέταρτος ἐκέτι Ἡμέτερός ἐστιν, ἀλλ' ὕβρεως πέμπτος βοῆς.* Et nonum initio: *Ὁ δ' ὄγδοος κλήτορος.*

CAPUT SECUNDUM.

*Epicharmi illustris locus. ἐποικοδόμησις, gradatio. Cyrenaeus poëta. Historia de Triere domo. Proverbium, οἶνος καὶ ἀλήθεια. Primum poculum quare Jovi servatori sacrum. ἔρπιδις, vinum. ὄλπις, trulla vinaria. Multa emendantur et illustrantur.*

Mutili sunt Graeci codices, qui illustrem Epicharmi istum locum sic scribunt: *Ἐν μὲν θυσίας θοίνῃ, ἐκ δὲ θοίνης πόσις ἐγένετο. Χαρίεν, ὡς γε μοι. ἐκ δὲ πόσιος κώμος, ἐκ κώμου δὲ ἐγένετο θυανία· ἐκ δὲ θυανίας δίκη· ἐκ δὲ καταδίκης πέδαί τε καὶ σφάνελος καὶ ζηνία.* Deest integrum membrum. Scribe: *ἐκ δὲ θυανίας δίκη· ἐκ δὲ δίκης καταδίκη· ἐκ δὲ κατ.* Et ita etiam Dalecampius: melius, quam Suidas, quem, si lubet, vide in οἶνος. Hesychius non θυανία legisse videtur, sed συανία. Nam huc censeo pertinere ista illius: *συανία, λοιδορία, καὶ ἡ διὰ χειρὸς μάχη.* Est autem perillustis hic Epicharmi locus: cujus etiam Aristoteles meminit *Metaph. I. III.* *ἔτι δὲ. inquit, παρὰ ταῦτα, ὡς Ἐπίχαρμος ποιεῖ τὴν ἐποικοδόμησιν· ἐκ τῆς διαβολῆς ἢ λοιδορία· ἐκ δὲ ταύτης ἢ μάχη.* Appellat philosophus ἐποικοδόμησιν, quam rhetores κλιμακὰ vel κλιμακωτὸν σχῆμα, Cicero gradationem: cum aliud ex alio nectitur, et quasi per gradus a primo ad ultimum venit. Eustathius: *τὸ σχῆμα τῆ ῥηθέντος χωρὶς κλιμακὰ καὶ κλιμακωτὸν λέγουσιν οἱ παλαιοί· ἕτεροι δὲ ἐποικοδομησιν.* Themistius, non sine allusione ad verba praeceptoris, *orat. I.:* *πολλὴ προσθήκη καὶ τῶν κακῶν ἐποι-*



ποδούησις. Ac videtur hic poëta ista figura admodum delectatus: quam ait Plutarchus degenerasse imitatione prava sophistarum in eam speciem fallaciae, quae in ipsorum scholis dicebatur ὁ αὐξόμενος λόγος. Plutarchi locus est in Comment. de s. n. v. Epicharmæe gradationi simillima est apud Demosthenem in ea κατὰ Κόνωνος, ubi de actione injuriarum loquitur: μηδὲ κατὰ μικρὸν ὑπάγεσθαι ἐν μὲν λοιδορίας εἰς πληγὰς· ἐν δὲ πληγῶν εἰς τραύματα· ἐν δὲ τραυμάτων εἰς θάνατον. Basilii in concione, quam habuit adversus eos, qui irascuntur, θυμὸς, inquit, ἐγείρει μάχην· μάχη δὲ γεννᾷ λοιδορίας· αἱ δὲ λοιδορίαὶ πληγὰς· αἱ δὲ πληγαὶ τραύματα· ἐν δὲ τραυμάτων πολλάκις θάνατος. Sic sere Chrysostomus hom. XV. ad populum Antiochenum: πολλάκις ἀπὸ ῥημάτων καὶ γέλωτος λοιδορίαὶ καὶ ὕβρεις· ἀπὸ λοιδορίας καὶ ὕβρεως πληγαὶ καὶ τραύματα· ἀπὸ τραυμάτων καὶ πληγῶν σφαγαὶ καὶ φόνοι. Horatius eandem sententiam voluit exprimere, cum hos versus fecit in ep. XIX. l. I.: *Ludus enim genuit trepidum c. rtamen et iram: Ira truceis inimicitias et funebre bellum.* Similia his apud Aristophanem, Hieronymum, Cedrenum et alios nobis observata: quae praetermittimus scientes prudentes. Panyasis poëtae locum, ubi τὴν πρώτην πόσιν ἀπονέμει Χάρισιν, quod ait noster, negligentia brevioris an librarii praetermissum, reperies inter fragmenta Athenaei nobis collecta. Hominem vino suavissimis verbis assimilat comicus Alexis: quo loco scribendum arbitramur, mutata distinctione: Πολλή γ' ἀνάγκη καὶ τὸν ἄνδρ' ἀποζέσαι Πρώτισον, ἀφρίσαι τε, ἢ ἀνθῆσαι, πάλιν Σικληρὸν γενέσθαι. Vult, hominem esse vino similem: quod primo fervet ac spumat: deinde floret, hoc est, ἐν ἀκμῇ ἐστὶ τῷ πίνεσθαι· postea fit vetus et minus gratum. Intellige autem de vino, quod παρήμασεν, ut loquitur Alexis, et jam bibendo non est. Nam alioquin certum p. 80. est, quod alibi dicit poëta idem, οἶνον τὸν παλαιότατον σπυδαζομεν. Cyrenaeus mox poëta Callimachus non est, ut sine teste affirmant quidam. Eratosthenem esse, probo Hesychii testimonio, cujus sunt verba in ναρθηκιῶντες· τῷ ναρθηκι ἐχρῶντο πρὸς τὰς ἐκζωπυρώσεις τῷ πυρός. ὁ δὲν καὶ τῷ Διονύσῳ ὠκείωσαν αὐτὰν, διὰ τε τὰς ἐν ταῖς θοῖναις τῶν δένδρων (lego δάδων) ἀφὰς, καὶ διότι θερμός ἐστι τῇ φύσει ὁ οἶνος, ἢ πυρώδης. Οἶνος τῷ πυρὶ ἴσους ἔχει μένος. Ἐρατοσθένης. Historia lepidissima, quam ex Timaeo auctor commemorat, de domo, quam temulenti juvenes in triremem versam credebant, inter para-



doxa philosophorum aut poëtarum figmenta cenferi non debet. Est illa quidem mirabilis, sed quae tamen non excedat fidem veri. Nam obruti vino homines non solum duplices Thebas videre soliti, verum etiam, quae cernunt, moveri omnia et continue agitari putant. Ratio et caussa ejus *Φαντασίας* est cerebri agitatio et perturbatio, quam patitur ab exhalationibus vini eo ascendentibus exitumque frustra quaerentibus. Cerebri igitur *σροφή* faciebat, ut triclinium commotum, *σρεφόμενον*, videre putarent. Inde oborta est animis adolescentium male sanorum navis in pelago agitatae species. Mediterraneis hominibus, qui, ut ait poëta, *ἐκ Ἰσασσι θάλασσαν*, hoc vix accidisset: istis insularis, etiam post amissum rationis usum, ejus superest memoria, quod alias in mari erant experti. Idem usu venire etiam sobriis inter somniandum, nemo est, quin sciat, praeter Atlantes, degenerem humani ritus populum, neque insomnia visentem. Graecorum venustum proverbium est, *οἶνος καὶ ἀλήθεια*, *vinum et veritas*. Subaudiendum est, una habitant, et in una fede morantur. Theocritus: *Οἶνος, ᾧ φίλα παῖ, λένεται καὶ ἀλήθεια*. Hebraei non minus rotunde: *סניסניסצבב*, *in calyce, in marsupio, in ira*. Subaudiendum, mores hominis noscuntur, vel prodit mores suos aliquis. Non dissimili proverbio apud alios: *σολή καὶ βῆμα καὶ γέλωσ ἀνδρὸς τὰ περὶ αὐτῆ ἀναγγέλλεσι*. *Vestis, incessus, visus hominis mores illius arguunt*. Ita interpretandum in auctore nostro, *ὅθεν, οἶνος καὶ ἀλήθεια, λέγεται*. Quorum interpretationem adeo ridiculam sunt commenti interpretes \*). De Bacchi tripodibus nuper diximus ad Suetonium. In versibus Antiphanis probo lectionem scriptam: *Ἀμφότερα μνήμει γὰρ ἀπὸ τῶν βλεμμαίων καὶ τῶν λόγων τῶν ὡς τ. ἀρν*. Manca est una dictione haec sententia: *προσεπιλέγειν δὲ τέτρω τὸ τῆ Διὸς σωτήρος οἴνουα, διὰ . . . καὶ μνήμης ἔνεκα τῶν πινόντων*. Sarciri damnatum acceptum potest, si scribas, *διὰ τῆ τὸν οἴωνον καὶ μν*. Instituerunt, ut vini temperati poculum, quod primum biberent, Jovi Servatori sacrarent, et ita vocarent. Quare? Ominis, inquit, boni gratia, et ut meminissent mortales, se hoc modo vinum bibentes servatum iri. Veteres in plerisque institutorum suorum rationem habuisse *τῆ οἴωνον*, ut et bonum omen captarent, et malum fugerent, admo-

p. 81. nebamus l. I. c. XI. Vir eruditissimus, Joannes Levinus,

\*) [qua de caussa vinum veritatem appellarunt. Dalech.]






scribendum censebat *διδασχῆς καὶ μν.* Acute et feliciter. Esto igitur iudice me proba illius emendatio, nostra rejicula. Alcaeus varios effectus vini, nunc potorem exhilarantis, nunc ad iram provocantis, his verbis indicat: "Ἄλλοτε μὲν μελιαδέος, ἄλλοτε δ' ὄξυτέρη τριβόλων ἀρήτυμενος. Scripti codices: ἄλλοτε δ' ὄξ. τρ. ἀρητυμένοι. Vera lectio ἀρητυμένους. *Hausto vino alias dulci mellis instar, alias acutiore tribulis et asperiore.* Levinius ἀρυτόμενοι, *haurientes.* Memini legere in Hesychii Lexico: ἀρηρυγμένους, ἀπηνυτλημένους· quod pertinere ad istum Alcaei locum, aliquando suspicabamur. Versiculus Euripidis sumptus est ex illius Bacchis fabula. In eo versu *εἰς κέρασιν θυμέμενοι* sic dictum, ut *θυμαίνεω εἰς ἀέρα.* Vetus poeta apud M. Tullium: *Πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἥερα θυμαίνοντα.* Anaxandriadae locum de nectaris esu et ambrosiae potu in legitimos jambicos possumus ita redigere, quod et Levinio probabatur: — *τὸ νέκταρ ἐσθίω πάνυ Μίττων, διαπίνω τ' ἀμβροσίαν, καὶ τῷ Διὶ Διακονῶ, καὶ σεμνός εἰμ' ἐκάστοτε* "Ἡρᾶ λαλῶν καὶ Κύπριδι παρακκλήμενος. Dirige et istum Alexidis: *Οὐδείς φιλοπότης ἀνδρωπός ἐσι κακός· curvus enim est.* Scribe: *Οὐδείς φ. ἐσὶν ἀνδρωπος κακός.* Sed turpius et periculosius est corruptus, qui praecedit, Sapphus versus: *Ἐρμᾶς δ' ἐλῶν ἔρπει θεοῖς οἰνοχοήσων.* Legendum est: *Ἐρμᾶς δ' ἐλῶν ἔρπει θεοῖς οἰνοχοήσων,* ex Eustathio et libris vetustis. *ἔρπεις vinum* significat lingua Aegyptiorum, si criticis fidem habemus. *ἔρπεις,* inquit Eustathius, *Αἰγυπτισὶ ὁ οἶνος, καθὰ καὶ Λυκόφρων οἶδε.* Lege, si est operae, quae Tzetzes scribit ad istum versum Lycophronis: *ἔρπειν τε ῥέζειν ἢδ' ἀλοιφαῖον λίπος.* Hipponax: *ὄπῃ τὸν ἔρπειν ὁ σκότος καπηλεύει.* L. X. iterum laudat hunc Alcaei locum Athenaeus, et pro *ἔρπειν* scribit *ὄλπειν*, quod incogitantia factum putem, sensum attendente illo, non verba. *ὄλπεις enim οἰνοχόη, τιυλλα νιναρία.* Locum Ibyci sic Eustathius: *ὁ μελοποιὸς Ἰβυκος τὴν ἀμβροσίαν κατ' ἐπίτασιν ἐννεαπλασίονα γλυκύτητα ἔχειν* οἶδε πρὸς τὸ μέλι· λέγων αὐτὸ ἐνν. etc.



## CAPUT TERTIUM.

*Demetrii Halicarn. epigramma. μέτωπον κιττῶ κεκρι-  
κωμένον. ὑπὲρ κρεωφαγίας et ὑπὸ κρεωφαγίας  
quantum differant. ἀνάγκα γλ κεία apud Bac-  
chylidem. anancaeum poculum apud Plautum.  
ἀνάγκαϊον πόμα apud Platonem. Athenaeus me-  
moriam lapsus. εὐθρων καρπὸς Homero vinum:  
Hesiodo fruges. Icaria locus in Attica. Ψελλι-  
σμός, primum temulentiae signum. ἀλίοι et ἀλί-  
ζεσθαι. Demosthenis locus emendatus. τέλη  
μικρά. Rejecta Athenaei expositio vocis τέλος  
apud poëtam.*

**I**ncerti auctoris esse epigramma in Cratinum, declarant  
haec: ὁ πειθήσας τὸ εἰς Κρατίνου ἐπίγραμμα. Ad oram  
p. 82. vetustiss. cod. erat adscriptum: τῆτο δὲ Δημητρίῳ τὸ Ἄν-  
καρνασσέως Φασὶν εἶναι. Quasi auctor hujus epigrammatis  
est Demetrius Halicarnasseus. Quod legere memini etiam  
apud paroemiographos Graecos. In fine scribendum est:  
— εἶχε δὲ κιττῶ Μέτωπον, οἶα καὶ σὺ, κεκρικωμένον,  
cinctum hederæ corona tanquam κρίκω, sive unulo. Non,  
ut editum est etiam in libro Graecorum epigrammatum,  
κιττῶν et κεκρικωμένον. Apud poëtarum regem duo ver-  
sus integri sunt, qui hic in sesquiversum parum ἀρτίποδα  
rediguntur: Ἐσθοντες κρέα πολλὰ βοῶν ἐρδοκραϊρων,  
Πλνοντες κρητῆρας εὐσεφέας οἴνοιο. Sic saepe duo aut plu-  
res Homerici in unum conflantur in istis libris. Horum  
versuum priorem censuit Aristarchus tollendum, quia, in-  
quit auctor, ὑπὲρ κρεωφαγίας αὐχεῖν ποιεῖ τὰς Ἑλληνας,  
eo versu de carnis esu Graecos facit gloriari. Hoc sonat  
ista lectio omnium librorum: quos falsi omnes damnan-  
dos suspicamur, et scribendum ὑπὸ κρεωφ. Apud poë-  
tam heroës non gloriantur de esu carniū et viscerationi-  
bus suis. Apage istam insaniam lurconibus, non heroi-  
bus, convenientem! Sed soliti heroës, liberaliore convi-  
vio excepti et bene poti, de sua virtute multa praedicare,  
et mira de se promittere. ὑπὲρ in hac locutione rem no-  
tat, quam falso ostentator sibi tribuit: ὑπὸ causam notat,  
unde oritur jactatio. Vide, quanta sit depravatio senten-  
tiae ex quantulo errore. Potest scribi etiam ἀπό, ut sta-  
tim: εἰ γὰρ ἀπὸ πάσης εὐθυμίας τὸ καυχᾶσθαι. Si quis



vulgatum ὑπὲρ malit retinere, quae erat Iosephi Scaligeri sententia, fruatur iudicio. In primo versu Bacchylidis σενομένη κυλίκων habent etiam membranae antiquitatis venerandae. Non possum interpretari, nisi praepositionem ἐκ vel ἀπὸ adjicias. *O dulcis necessitas, quae venis et oreris e poculis!* Nam σενομένη nihil aliud, quam πορευομένη et ἐρμῶσα. Accedam lubens ad libros alios, ubi γενομένα. Sed eligant doctiores. ἀνάγκαν vocat mellitissimus poeta τὴν Φρενῶν ἔκσχισιν, cum potio liberalius vino homo suae spontis non est, neque mentis sanae. Hanc necessitatem vocat γλυκείαν, quia erat aliud olim anancaeae potionis genus, cujus tristis necessitas. Plautus Rudente: — *perit potando, opinor. Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit. Credo, hercule, anancaeo datum hoc, quod biberet.* Alludit poeta vel ad forbitionem cicutaе, necessariam et fatalem fontibus in Graeciae aliquot urbibus, vel ad haustum illum e flumine Lethaeo, qui nemini mortalium non est necessarius. Plato l. X. de rep. locutus de Lethaeo campo: σκηναῖσθαι ἐν σφᾶς ἤδη ἐσπέρας γινομένης παρὰ τὸν Ἀιέλητα ποταμὸν, ἔ τὸ ὕδωρ ἀγγεῖον ἐδὲν εἰσι· μέτρον μὲν ἐν τι τῷ ὕδατος πᾶσιν ἀναγκαῖον εἶναι πειῖν. Erat et aliud ἀναγκαῖον πόμα in legibus Atheniensium, de quo Plato l. VIII. de leg. Lapsus est auctor memoria, si putavit. istud hemistichium, εὐφρονα καρπὸν ἀρέρης, alius esse, ut ait, poetae, quam Homeri. Non meminerat legisse Ἴλ. γ.: Κήρυκας δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν φέρου ὄρνια πιαῖ, Ἄρνε δὴ καὶ οἶνον, εὐφρονα καρπὸν ἀρέρης. p. 83. Hesiodus fruges, non vinum, appellat εὐφρονα καρπὸν, γρᾶττιν mortalibus fructum. Locus Atticae, ubi dicitur inventa esse tragoedia, Icaria dicebatur. Itaque scribe ἐν Ἰκαρίᾳ τῆς Ἀττικῆς, non Ἰκαρίῳ. Stephanus: Ἰκαρία, ὄττιος Αἰγίδος Φυλῆς, ἀπὸ Ἰκαρίε τῆ πατρὸς Ἡριγόνης. Distingue verba Aestydamantis auctore Levinio: — *Ἰνητοῖτι τὴν ἀνεσφόρον Λύπης ἔφηνεν οἰνομήτορ' ἄμπελον.* Antiphanis vero senarios hoc modo, transpositis dictionibus aliquot: *Συνεχῶς γὰρ ἐμπιπλάμενος ἀμελής γίγνεται Ἄνθρωπος· ὑποπίνων δὲ πάνυ φροντιστικός.* Is, qui apud Alexin comicum hos duos trochaicos pronunciabat, Οὐ μετῴω τὴν φρόνησιν, ἀλλὰ τὸ τοιᾶτον (vel τοσᾶτον) μόνον, Τὸ διορίζεσθαι βεβαίως τῷ σώματι τὰ γράμματα, hoc voluit, se vini potui tantisper indulgere, donec adhuc lingua non titubet, sed articulate voces possit proferre, nedum ut ad dementiam usque se ingurgitet. Linguae titubantia et ψελλισμός inter prima temulentiae



symptomata, ut etiam Plutarchus ait in Symp. Dalec. emendabat τῷ ὄμματι. Cui non possum suffragari. Lautiores epulas prisca Graeci θαλαίρας dixerunt, ὅτι θεῶν χάριν ἠλίζοντο καὶ συνήεσαν, quia in honorem deum conveniebant ad convivium. Non ferendi sunt, qui ἠύλιζοντο hic corrigunt: id vero corrumpere est, non corrigere auctores. ἀλία Ionum proprie vox est pro conventu et concione, frequens apud Herodotum. Apud Demosthenem in orat. pro cor. in vetere Byzantium decreto ἐντεαλίχ perperam scriptum pro ἐν τῇ ἀλίχ. Etsi autem ἀλίζεσθαι et συναλίζεσθαι generali notione congregari significant sine finis discrimine: fuere tamen, qui de convenientibus ad coenam conditam proprie putarent usurpari. Ita usus hic Athenaeus illa voce. Ita etiam accepit Novi Foederis Syrus interpres. cum συναλιζόμενος αὐτοῖς in it. Act. verteret ἀμψι ἡπρω ἕνα. comedens una raneum. τέλη μικρὰ in Euripidis versu minores sunt hostiae et minoris impensae. Haec nominis ratio: alioquin τέλος pro hostia non dicitur: etsi scio, proditum esse contrarium ab antiquis grammaticis, qui omnes secuti sunt auctoritatem Athenaei, aut illius, unde ipse habet. Mihi vero et absurdum videtur et ridiculum, quod scribitur hic ab auctore: τέλος significare θυσίαν in eo, quem profert, Homeri loco, ex principio IX. l. Od. Atque ego mirari satis nequeo, tam Φορτικὴν interpretationem tam erudito viro probari potuisse. Melius illi, qui τέλος in eo versu accipiunt ut apud philosophos, cum in morali disciplina de finibus disputatur. Etenim dubitari non potest, illud ultimum, quo omnia consilia et vota nostra referuntur, ea voce hic a poeta intelligi. Est sane familiaris ionice scribentibus dictio τέλος, quae saepe nihil sonat aliud, quam χρῆμα, res. τέλος θανάτου, res mortis, pro morte, saepe apud Homerum et Hippocratem: ut res voluptatum Plauto pro voluptates. Hoc

q. 84. etiam modo exponas recte ἐδὲν τέλος χαρίσσερον res nulla gratior. Alexidis versus imperfecte scriptos ita lege et concipe: Τὲς εὐτυχῆντας ἐπιφανῶς δεῖ ζῆν αἰεὶ, Φαυεράν τε τὴν δόσιν τὴν τῆ θεῶ ποιεῖν. Ὁ γὰρ δεδωκὼς τ' ἀγαθὰ δαίμων, τὸν μὲν, ὃν Πεποιήκει αὐτὸς, οἴεται χάριν τινὰ ἔχειν ἑαυτῷ· τὲς ἀποκρυπτομένους δὲ καὶ Πράττειν μετρίως φάσκ. — — —



## CAPUT QUARTUM.

*Vinum ex aqua φύεται. Titaresius et Peneus.* πλα-  
 τὸ ὕδωρ, *aqua salsa.* λιαρόν *pro calido.* μετα-  
 κέρασμα *et μετάκερας, aqua tepida.* δυοφερὰ  
 ὕδατα. λίτρον *et νίτρον.* Pyraea, Tarrha,  
 Pheta. *Multa corrupta emaculantur.*


Athenaei sunt, non autem poëtae ullius verba \*) haec:  
 Οὐ χαίρει τῷ πόματι ἐν πρώτης ἐπιστοφῆς ἀνατροφῆς ὑδρο-  
 ποσιῶν. Prorsus, inquam, est oratio, non vorfa, ut sine  
 causa quidam affirmant. In dialogi hujus textura de eo  
 conviva ista dicebantur, qui sequentem de aquis disputa-  
 tionem erat habiturus. Eclogarius dictionis elegantiam  
 adamavit et adnotavit. Non semper editae lectioni scriptam  
 jure praetuleris: nam exempli gratia in multis chirogra-  
 phis legas: Οὐ τινι ἡμῶν ἐπήλθε. περὶ ὑδάτων εἰπεῖν τι,  
 ἀφ' ὧν καὶ ὁ οἶνος ἀφύεται, vel ἀρύεται. in aliis per-  
 spicue falso εἰφύεται. Vera est nostra lectio: ἀφ' ὧν καὶ ὁ  
 οἶνος φύεται. Multis modis ex aqua vinum gignitur: vel  
 quia ex quatuor elementis constant omnia; vel quia in  
 vino ineffe quandam ὑδατώδη εἶσιν nemo dubitat, et pro-  
 bat Galenus IV. de simpl. med.; vel denique, quod sine  
 aqua coelesti non turgent uvae. Titaresius fluvius, ait,  
 τῷ Πηνειῷ συμμίσγεται. Etsi verum est, quod dixerunt  
 interpretes, Titaresium in Peneum influere: tamen neque  
 auctoris sententiam expresseerunt, neque veram lectionem  
 viderunt. Scribe: ὅς τῷ Πηνειῷ εἰ μίσγεται, vel εἰ συμ-  
 μίση. Homerus: Οὐδ' ὄγε Πηνειῷ συμμίσγεται ἀργυρο-  
 δίνη, Ἄλλὰ γέ μιν καθύπερθεν ἐπιῤῥέει ἡῦτ' ἔλαιον. Pro-  
 tagoras Cous fuit medicus antiquissimus. Hunc scribit  
 auctor inter aquas laudabiles et sanitati conducibiles po-  
 suisse eam, quae abstergendi vim habet, non alio motum  
 argumento, quam poëtae auctoritate ita canentis 'Od. ζ.:  
 Καλὸν ὑπεκπρορέει μάλα περ ῥυπόωντα καθῆραι. Absurde  
 faciunt, qui hunc versum illi medico attribuunt. πλατὸν  
 ὕδωρ est *aqua salsa.* Athenaeus: διασέλλει δὲ καὶ γλυκὺ  
 ὕδωρ ἀπὸ πλατέος. Hesychius: πλατὸν ὕδωρ, τὸ ἀλμυ-  
 ρόν. Sic etiam Aristotelem memini locutum meteor.  
 I. II.: ὅθεν μὲν ἐν ἡ γένεσις ἐνεσι τῶ ἀλμυρῶ ἐν τῷ ὕδατι,  
 εἴρηται. καὶ διὰ τῶτο τί τε νότια ὕδατα πλατύτερα καὶ  
 τὰ πρῶτα τῶν μετοπωρινῶν, hoc est, *sulfiora.* Paulo post

\*) [Pro poëtae verbis habuit Dalechi.]



ipse se explicat: ἀνάγεται δὲ αἶψά τι μέρος αὐτῆς μετὰ τῆ γλυκέος· ἀλλὰ ἔλαττον τασάτω, ὅσον καὶ ἐν τῷ ὑομένῳ τὸ ἀλμυρὸν καὶ πλατὺ τῆ γλυκέος ἔλαττον. Ibidem: ἐν Χαονίᾳ κρήνη τίς ἐστὶν ὕδατος πλατυτέρη· ἀπορρέει δ' αὐτῇ εἰς ποταμὸν πλησίον γλυκύν. Fortasse usus hic vocis πλα-

φ. 85. τῆς ab eorum interpretatione ortus est, qui apud Homerum πλατὺν Ἑλλάσποντον expronebant *salinum*: quos sequitur hic Athenaeus: non ita Eustathius, nec grammaticorum cohors tota. Adi scholia antiqua et Hesychium. Locus est Ἰλ. η. Qui sequitur de aqua dulci versus, fallit nos: est enim ex duobus compositus: Στῆσαν δ' ἐν λιμένι γλυκερῷ εὐεργέα νῆα Ἄγχ' ὕδατος γλυκεροῖο. Ὀδ. μ. De duobus Scamandri fontibus canit poëta: Ἡ μὲν τοι ὕδατι λιερῷ ῥέει· ἀμφὶ δὲ καπνὸς γίνεται ἐξ αὐτῆς, ὡσεὶ πυρὸς αἰθουένοιο. Putat auctor, satis probari, *λιερὸν calidum* significare, non *terribile*. ex eo, quod de fumo adjecit poëta: quoniam, inquit, non potest non esse calida aqua illius fontis, ex quo vapor ignis et ignitus fumus se efferrant. Eustathio parum haec argumentatio probatur: nam fumus, ait, ἐχ' ὁ αὐτόχρομα, ἀλλὰ τὸ οἰοῦναι τῆς ἀναθυμιάσεως. Ideo placet illi, ante vocem καπνὸς subintelligi debere similitudinis notam, ut in illo: *Nec verbum verbo curabis reddere, fidus interpres*. Sed σοφίζεται profecto Eustathius: nam Athenaei vera sententia est. Neque aliter gravissimus scriptor Strabo sensit, qui l. XIII. poëtae locum tractans *λιερὸν* et ipse interpretatur *θερμόν*. Quid autem opus τὸ παραβολικὸν προσυπακῆειν ἐπίρρημα, cum sequatur in proximo versu ὡσεὶ πυρὸς; μετακέρασμα medium est temperamentum inter calidum et frigidum, et, ut loquitur Plutarchus, ψυχρῶ καὶ θερμῶ κοινώνημα. Athenienses, ut refert Athen., *μετάκρας* appellarunt aquam tepidam. L. III. clara illius significationis exempla multa. Hic unum apponitur ex Eratosthene: ὕδαρες καὶ μετάκρας. Sed cum de aqua tantum dici vox *μετάκρας* videatur, quid vocat Eratosthenes ὕδαρες; Non enim, si vinum quoddam dici solet οἰνώδες, ullam ideō aquam (quae quidem pura aqua sit nec medicamentosa) ὕδαρῃ recte dixeris. *δυοφερὰ ὕδατα* interpretatur Athenaeus ἀχρεῖα· sicut Latinis *perum* in cujuscunque rei vituperatione. Non semel apud poëtam leges: ὡσε κρήνη μελάνυδρος Ἦτε κατ' αἰγίλιπος πέτρης δυοφερὸν χέει ὕδωρ. Poëtae interpretes aliter explicant. Eos lege per initia IX. rhaps. II. Et si constat, eorum, quae dulcia sunt, multa alium mollire: assentior tamen eruditissimo viro, qui



mendi suspecta habuit ista verba: τὸ Νεῖλος ὕδωρ πολυγυ-  
νώτατον καὶ γλυκύτατον· διὸ καὶ λύει τὰς κοιλίας τῶν  
πινόντων. Nam si ideo alvum solvit aqua Nili, quia dul-  
cis est, cur non omnia dulcia eandem vim habent? Trans-  
positionem tamen illam verborum non probo, quae pla-  
cuit Dalecampio. Lege: καὶ ὅτι λύει τὰς κοιλίας. Ita  
etiam descripsit Eustathius IV. in Od. comment. Proxime  
scribunt manu exarati codd. μίξιν ἔχοντα λίτρωδη· ut ad  
Nilum referatur, non ad ὕδωρ. λίτρον aliud non est, ac  
νίτρον, etsi Galenus aphronitrum et aphrolitrum separat  
in VIII. de facult. simpl. Eustathii codices faciunt cum  
editis. Scribe statim ὕδωρ γλυεσθαι παιδογόιον, non παι-  
δογόιον. Malim vero addita voce scribi γυναιξί παιδογό-  
ιον. Nam ita Theophrastus et ex eo Plinius. Quod se-  
quitur, ἐν Πύρρῳ δὲ ἄγονον, id ita Plinius l. XXXI. c. I.: p. 86.  
*E diverso in Pyraea flumen, quod Aphronisium vocatur, ste-  
riles facit.* Legit Plinius apud Theophrastum ἐν Πυραία,  
non ἐν Πύρρῳ. Stephanus: Πυραία, κοῖρα Θεσσαλίας.  
De Tarrha. quod non unius oppidi nomen fuit, Step-  
hanum licet consulas. Reperi tamen in chirographis etiam  
hic ἐν Πύρρῳ. Phetam ubi collocabimus? Φεραῖς fortean  
aut Ἀφέταις scripserat Theophrastus.


## CAPUT QUINTUM.

*Γνώμων pro clepsydra. Expensa Athenaei sententia de  
aqua Arethusae fontis. ἀτέραμνον ὕδωρ. Mala-  
rum aquarum species diversae. Leves aquae.  
Crannonia aqua: rubra τῆς ἐν Βαβυλῶνι λίμνης.  
Sicania. Aqua Carthaginensis. Tragafae. ἐν  
Δαρείτῃ pro ad Larissam. πόλις pro χώρα.  
Carura et Menis pagus. Donylaeum. Atticae  
aquae malae. Alia item nonnulla.*

Sine exemplo, quod equidem meminero, γνώμονα pro  
horologiorum eo genere posuit Athenaeus, quod horas  
fluxu aquae indicat. Gnomonice exposita Vitruvio in  
IX. l. circa umbrarum rationem tota versatur. Sed auctor  
speciei nomen γένικῶς usurpavit. Itaque τὸ ἐν τοῖς γνώ-  
μοσι ῥέον ὕδωρ est aqua fluens in horologiis, quae proprie



clepsydrae vocantur. Quod sequitur, *μόνον δ' ἀτέραμνον τῶν ἀλυκῶν τὸ τῆς Ἀρεθούσης*, totidem literis scribitur in membranis. Omnes librarios in fraudem optimi scriptoris isto loco dicas conjurasse. Nam si ita Athenaeus scripsit, parum fuisse rerum naturae peritum, necessum est. Hippocrates in l. de aëre, aquis et locis veteres medicos falsa de aquis falsis pronuntiasse scribit: cum nescirent, inquit divinus senex, omnia *ἀλυκὰ* esse *ἀτέραμνα καὶ ἀνέψανα*. Hic primus est error, quem ista lectio insinuat. Jam vero aquam fontis Arethusae falsam esse falsum est. Dalecampius legendum censuit *τῶν ἐχ ἀλυκῶν*. Optime ille quidem: sed scrupulus hic alius oritur. Nam falsissimum est, Arethusae aquam *μόνην τῶν ἐχ ἀλυκῶν*, id est, *solam inter dulces*, esse *ἀτέραμνον* et difficile coqui. Quis nescit, multis locis fontes reperiri, quorum aqua et dulcis et *ἀτέραμνος* sit simul? Ipsa experientia, quae stultorum cluit magistra, coquos et omnium rerum imperitissimas ancillulas hoc docet quotidie. Galenus IV. comment. in VI. Epid., *τῶν λαιλαπωδῶν*, ait, *ἀκατεργάτων τε καὶ ἀμεταβλήτων ὄντων· ὅποια κατὰ τινὰς πηγὰς ὕδατα γίνονται, τὰ καλέμενα πρὸς τῶν ἀρχαίων ἀτεραμνώδη*. An dicemus, praecipuam quandam atque insignem *ἀτεραμνίην* Arethusanae aquae tribui? Non video, qui possit aliter constare huic dicto fides. Caeterum, quid proprie sit *ἀτέραμνον ὕδωρ*, declarat locus Vitruvii l. VIII., ubi de expertionibus et probationibus aquarum loquens, *Item*, ait, *si legumina in vas cum ea aqua conjecta ad ignem posita, celeriter percocta fuerint, indicabunt, eam aquam esse bonam et salubrem*. Quae hoc non praestat aqua, scias, esse malam et *ἀτέραμνον*. Athenaeus paulo post: *μοχθηρὰ δὲ ἐσι τὰ βρυδέως τὰ ὄσπρια τήκοντα· τοιαῦτα δὲ τὰ νιπρώδη καὶ τὰ ἀλμυρά*. Qui locus et superiorem emendationem confirmat, et *πολυμαθέστατον* virum ea culpa liberat, cui fecerat depravatus codex affinem. Nolim confusas ab interpretibus tres malarum aquarum species distincte positas ab Athenaeo. *χειρῶ δ' ἐσι τὰ βρυσαθμότερα, καὶ τὰ σιληρότερα, καὶ τὰ ψυχρότερα*. *Deteriores aquae sunt, quae multum pendunt, quae durae sunt, quaeque frigidiores*. Hae omnes aquae eandem ob causam malae sunt. Athenaeus ait: *διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας*. Philosophus accuratior dixisset *τὴν αὐτὴν αἰτίαν*. Una enim est causa, non plures. Quae autem illa? quod difficile concoquantur. Cur difficilis sint cocturae, duas affert causas: alteram duabus primis communem, quod multum terrae habeant admixtum; al-





teram tertiae speciei propriam, ipsum nempe frigus, quo nihil ventriculo inimicius. Sed et istas quoque γεώδεις esse ac propterea frigidas, paulo post dicitur. Ait praeterea: τὰ ταχὺ θερμαίνόμενα κέφα καὶ ὑγιεινά· quae cito calefunt, et leves sunt aquae, et salubres. Quod non in omnibus verum est. Plinius negans, aquae pluviae tantam inesse levitatem, quantam putarent quidam, Pluviae aquae, ait, sordium inesse plurimum sentitur, citissimeque iduo calefit aqua. Athenaeus auctorem habet Hippocratem, cui levioris aquae nota dicitur esse perpetua το ταχέως θερμαίνεσθαι καὶ ταχέως ψύχεσθαι. V. Aphor. et Epid. l. II. f. II. Crannoniae aquae narratio planior ellet, inserta voce, quae non abest, opinor, tantum, sed deest: ὁ θερμὸν διατηρεῖ τὸν οἶνον. Si non exstarent haec ad verbum translata apud Plinium, de vulgatae lectionis interpretatione poterat dubitari. Nunc dubium non est, utrumque scriptorem, Plinium dico et Athenaeum, ex eodem fonte historiam hanc hausisse. Plinii verba: Crannonne est fons celsus citra summum fervorem, qui in vinum additus, triduo calorem potionis custodit in casis. Aqua rubra τῆς ἐν Βαβυλῶνι λίμνης ejus lacus non est, qui Limne Asphaltis appellabatur, de quo Vitruvius l. VIII. c. III., sed alius, de quo Plinius l. XXI. c. V. Quae de colore vario aquarum fluvii Borysthenis narrantur, diligenter alibi excussimus. Ibi diximus, τὴν ἐν τοῖς βοραιοῖς verti debere fluminibus aquilonibus, non in locis septentrionalibus\*). Lege Plinium et philosophum, qui sic loquitur saepissime, ut in Probl. mem. XXIII. probl. IX., quod ad hanc quaestionem facit. De fonte Paphlagoniae Vitruvius: Sunt autem etiam fontes, ut vino mixti: quemadmodum est unus Paphlagoniae, ex quo etiam sine vino potantes fiunt remulenti. Sicania et communis est universae Siciliae appellatio, et peculiare nomen cujusdam particulae: sicut Asia et partem οἰκωμένης modo latius, modo angustius significat, et praeterea minimam Asiae minoris partem, unde Ἀσιος λειμῶν apud poetam. De parva Sicania Athenaeus: ἀλμώδεις κρήναι ἅμα τῷ ὄξει ἐν Σικανοῖς τῆς Σικελίας. Non procul Agrigento fuisse istam Sicaniam, videtur ex Stephano constare. Aquae Carthaginensis historia ex Aristotelis libro sumpta est de mirac. aud., ubi verbis paene iisdem: ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῶν Καρχηδονίων ὄρος εἶναι (λέγεται), ὃ καλεῖται Γώνιον. Mox: πρὸς δὴ

\*) [Ita vertit Dalech.]



τῆτον τὸν τόπον κρήνην ἔλαϊς Φασίν εἶναι· τὴν δὲ ὄσμην ἔχειν τῆ κέδρα τοῖς ἀποπρίσμασιν (leg. ἀποπρίσμασιν) ὁμοίαν. Vitruvius: *Item Carthaginis fons est, in quo natat super oleum, odore, ut in scobe citrea, quo oleo etiam vesora solent ungi.* Omnes ab Aristotele sumpsisse, testatur Sotion. Ἀριστοτέλης, inquit, ἰσορεῖ, κατὰ Καρχηδόνα κρήνην εἶναι ἔλαϊς προσηνεσέραν. Sequens historia ex Alexandri Magni descripta epist., ut indicat verbo ἐπέσειλεν Athenaeus. Sotion obscurius: ἐν Πέρσαις Φασίν Ἀλεξάνδρῳ Φανῆναι κρήνην ἔλαϊς πληρεμένην αὐτομάτως. De Alexandri epistolis vide l. XIV. cap. penult. Aquarum natura sua calidarum quaedam sunt, inquit auctor, dulces. Poterat addere καὶ ἐψανά. Quaedam enim illarum opsonia percoquunt, ut in Bajano sinu Posidiana. Plinius l. XXXII. c. II. Pagafas MSS. codd. nominant, quae in nostris Tragafae. Ait enim: ὡς τὰ ἐν Αἰγαῖς τῆς Κιλικίας, καὶ περὶ Τραγασάς, τὰς ἐν τῇ Τρωϊκῇ Λαρίσση. Et Tragafas et Larissam non procul ab Ilio commemorant geographi. ἐν Λαρίσση sic interpretari oportet, ut libro superiore c. XXV. exponebamus ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, in agro Alexandrino, vel pro ἐγγύς Ἀλεξανδρείας, ad Alexandriam. Apud Dioscoridem et Galenum ἐν Δαμασκῶ, in agro Damasceno. Athenaeus eadem de re infra: ἐν τῇ Δαμασκηνῶν χώρᾳ. Pro eo auctor Etymologici: ἐν τῇ Δαμασκηνῶν πόλει. Inapte: nisi πόλιν acciperet pro χώρᾳ, ut a tragicis interdum sumi observat Strabo l. VIII. Sed aliter hic Athenaeum puto scripsisse, et levissima mutatione lego τὰ τ' ἐν τῇ Τρωϊκῇ Λαρίσση. Ita erunt diversae aquae, Tragafaea et Lariffaea. Facit etiam mentionem Athenaeus aquarum τῶν ἐν Καρῆροις, et τῶν περὶ Μηνός κώμην, ἢ ἐσι Φρυγίας. Carura satis nota in confinio Cariae et Phrygiae. Menis ragum et interpretes et clarissimi aetatis nostrae geographi verterunt in Μηνήν, nescio quam. Tu illum vicum intellige, ubi fuit Μηνός Καρῆ vel Καρὸς ἱερόν, de quo Strabo in descriptione Phrygiae l. XII. Nisi malis illam intelligere κωμόπολιν, ubi Μηνός Φαρνάκη delubrum, de quo Geographus l. eod. *Donylaeum* nullum equidem ex veterum lectione habeo notum. Scribe τὰ δὲ περὶ Δορύλαιον. Sic omnes veteres nominant. Lego cum MSS. περὶ Βαΐας ἢ Βαίς λιμένα. De isto Bajo Strabonem consulere potes ac Servium. Atticae aquae l. I. improbatae sunt, et σκληραὶ dictae, hoc est, difficilis concoctionis, ut explicat Galenus. Recte igitur negat hic Athenaeus, se assentiri posse An-

Antiphani, qui etiam hujus laudis palmam tribuit Athenis. Audiamus Vitruvium, testem ἀδέκαστον. *Aquae species est, quae cum habeat non satis perlucidas venas, spuma, uti flos, natat in summo, colore similis vitri purpurei. Haec maxime considerantur Athenis. Ibi enim ex hujusmodi locis et fontibus et in Astu et ad portum Piraeum duci sunt salientes, e quibus bibit nemo propter eam causam, sed in lavationibus et reliquis rebus utuntur. Bibunt autem ex puteis, et ita vitant eorum vitia. Antiphani locum habes etiam l. III.*

## CAPUT SEXTUM.

Τὸ ὕδωρ ποταμῆ σῶμα. *Judicium de aqua ex colore. Pythermus ἐν τοῖς Πειραιῶς τυραννήσασσι. Lasyrtae plani historia. παραγεύεσθαι. Inna locus, ubi Silenus a Mida captus. Maedi vicini Paeonibus. Plistonicus. τὰ πέρατα τῶν ἀγγείων, οὐα νεφάρων.*

Athenaei verba: Τὸ ὕδωρ ποταμῆ σῶμα φησὶ πρὸς Εὐβουλοῦ ὁ κωμωδοποιὸς εἰρηκέναι Χαίρημονα τὸν τραγικόν. Quare adeo insolens visum fuerit Eubulo genus loquendi, quo usus Chaeremon, causam video nullam. Doctissimus quoque Strabo non multo aliter τὸ σῶμα τῆς Νείλης dixit in l. ult. Legas etiam apud Aristotelem, maris aquam esse μᾶλλον σῶμα ἢ τὸ πότιμον. Et in Meteor. τὸ ἀναθυμιώμενον ὑγρὸν dicitur esse ἀνέμω σῶμα. Idem alibi σῶμα πίεως, ut Hermogenes τὸ σῶμα τῆς λόγης. Similia his apud Romanorum facundissimos. Si cui placet subtilitas, dicere licet, comparatione aliarum rerum, quae sub tactus sensum cadunt, aquam corpus videri non habere. Propterea mere aqueis opponuntur τὰ σωματώδη, ea, quae excretionem ejus, quod aquetum inerat, corpora sunt facta. Est enim σώματισις ἐκκρίσις τῆς ὑδατώδης, ut docet Theophrastus l. VI. de caus. plant. Puto, esse verius, notari Eubulo battologiam potius in versu Chaeremonis, quam illud, quod sive Athenaeus sive eclogarius videntur extimasse. Fecerat Chaeremon: Ὑδωρ δὲ, ποταμῆ σῶμα, διεπεράτκμεν. Sicut Aeschylum videmus dare Aristophani roenas, quod δις ταυτὸν εἶπε· sic Chaeremonem Eubulo.

Athen. P. III. T. I.

H



Nam vel *ἄρα* dixisse, vel *ποταμῷ σῶμα*, ad sententiam satis erat: non satis ad versum. Hanc igitur metri *σοιβήν* five tibicinem irridet comicus. Illa quo pertineant, nescio: *Καὶ ἡμῶν δὲ πᾶσα δύναμις ἐξ ὑδάτων ἄρδεται*. Nam cum praecedentibus versibus nihil iis commune. Paulo post cum ita scribitur: *ἀφ' ἧς οἱ Μιλήσιοι περιβράνχισταί Φασι τὸν ἥρωα, ὅτε ἀπέκτεινε Στράμβηλον, τὸν τῶν Λελέγων βασιλέα*. heros est Achilles, Strambelus Telamonis fuit filius, Ajacis frater, ab Achille occisus. Historiam fuse persequitur Parthenius *Ἐρωτ. c. XXVI*. Ibi leges inter caetera: *Τράμβηλον δ' εἰ πολὺ μετέπειτα τίσιν ἐλάμβανεν ἐκ θεῶν. ἐπειδὴ γὰρ Ἀχιλλεὺς ἐκ τῆς Λέσβου πολλὴν λείαν ἀποτεμόμενος ἤγαγεν, ἔτος, ἐπαγομένῳ αὐτὸν τῶν ἐγχωρίων βοηθῶν, συνίσταται αὐτῷ ἕνθα δὴ πληγείς εἰς τὰ σέρνα, παραχρῆμα πίπτει. ἀγόμενος δὲ τῆς ἀλικῆς αὐτὸν Ἀχιλλεὺς, ἔτι ἔμπνευ ἀνέκρινεν, ὅσις τε ἦν, καὶ ὀπόθεν. ἐπεὶ δὲ ἔγνω παῖδα Τελαμῶνος ὄντα, πολλὰ κατοδυρόμενος, ἐπὶ τῆς ἡϊόουος μέγα χῶμα ἔχωσε. τῆτο ἔτι νῦν ἡρῶον Τραμβήλα καλεῖται*. Et Lycophron: *Ἐλᾶ δὲ πάτρας τῆλε Τραμβήλα κάσιν*. Lege igitur etiam in Athenaeo *Τράμβηλον* cum eruditissimo juvene, Ioanne Meursio, qui superiores Parthenii et Lycophronis locos suggestit nobis. Clearchus, ut conjicimus ex Athenaei verbis, sensisse videtur, qualitatem aquae ex ejus colore posse cognosci: optimam esse eam, quae lactis instar albescat. Hippocrates quoque optimam pronuntiat *τὴν γλυκεῖαν καὶ λευκὴν*. Is videtur aquae naturalis color. Videtur, inquam: re enim vera aliud est. Auctor libri luculenti de coloribus, quem Theophrastum esse censemus, *ἀρὰ καὶ ὑδὼρ κατ' ἑαυτὰ τῆ φύσει λευκός*. Idem philosophus alibi contrarium videtur sentire. Sed haec visio, ut jurisconsultorum vocem usurpem, altioris est indaginis, quam ut philologico huic scripto conveniat. In commentario nostro de coloribus, si Deus O. M. volet, accurate ista explicabuntur. Sequuntur Eubuli versus duo, quorum alterum viri docti non agnoverunt, leviter ab Athenaeo deformatum. Utrumque adscribam, ut erat conceptus a poeta: *Ὁ μὲν οἶνος ἡμῶν τῷ Φρουεῖν ἐπισκοτεῖ. Ὑδὼρ δὲ τὸς πίνοντας εὐρετικὰς ποιεῖ*. Non sunt lege metri adstricta haec: *Τοσαῦτα ὡσπερ οἱ ῥήτορες πρὸς ὑδὼρ εἶπον*, quomodo edita sunt versione Dalecampii \*). Sic autem scribe ex melioribus libris: *Τ., ὡσπ. οἱ ῥήτ., πρὸς ὑδὼρ εἰπῶν, καὶ βραχὺ ἀναπαυσάμενος,*

\*) [Tot ego, velut rhetores, ad aquam dixi. Dalech.]



αὐτῶν ἐφη. Antiphanes ait: Οἶνω τὸν οἶνον ἐξβλαύειν.  
 Sic illo prior Alcaeus: ἐκ κεφαλᾶς δ' ἀτέρα τὸν ἐτέραυ κύ-  
 λιξ ᾠθεῖτω. Allusum est ad notissimum proverbium: *cla-*  
*uus calvo trunatur.* Enumerantur deinceps abstemii ali-  
 quot, viri clari et insignes. In eo albo primum locum  
 obtinet Glaucō, Atheniensium tyrannus, quem ex Py-  
 thermo scribit auctor fuisse ὑδροπότην. Habemus igitur,  
 quem Julio Caesari adjungamus, de quo notum est ver-  
 bum M. Catonis: *Unum ex omnibus Caesarem ad everten-*  
*dam remp. sobrium accessisse.* Sic autem Athen.: Πύθερμος  
 ἐν τοῖς Πειραιῶς τυραννήσασι καταγράφει καὶ Γλαύκωνα  
 ὑδροπότην. Ego istos Piraei tyrannos haud novi. Illos  
 novi XXX. tyrannos, de quibus multa Xenophon, Plu-  
 tarchus, alii. Quid de hoc loco suspicer, non dicam,  
 contentus, acutum et eruditum lectorem advertisse.  
 Scribe mox cum Eustathio ἔθενός ἦττον διακειῖσθαι σώμα-  
 σιν ἐρρωμένους, non ἐρρωμενεσέρας. Non etiam placet:  
 Μάτρεις δ' Ἀθηναῖος, ὃν ἐβίω χρόνον, quo tempore vivebat.  
 Sed repetitis literis fugitivis: ὅσον ἐβίω χρόνον, *quandiu*  
*vixit.* Lasyrtae plani historia, quod dolendum, corrupta  
 est. Ait: ἔδὲ προσεδεῖτο ποτῆ, καθ' ἅπερ οἱ ἄλλοι. Infe-  
 licissime interpretes verbum *egere* in hac sententia loca-  
 runt \*): dicerent saltem *non indignisse.* Id videntur  
 Graeca velle: mens tamen alia, nam revera et indigebat  
 iste, et utebatur potu; sed contrarium agyrta hic persua-  
 deri voluit omnibus. Ille igitur ἔ προσεδεῖτο ποτῆ, id est,  
 non opus habebat, neque postulare solebat, sicut reliqui  
 mortales. Notabis voculam ἔδὲ, quae mendi arguit se-  
 quentia verba: ἔρον δὲ προέτετο. Lege, auctore me, ἔδ'  
 ἔρον πρ., vel quia praecessit ἔδὲ, vel quia sic fuit necesse, p. 94.  
 ut mimum rite Lasyrtas iste ageret. Voluit enim de se  
 credi, quasi neque biberet, neque mejeret. Attendenti  
 ad verba auctoris ita esse manifesto parebit. Ista autem,  
 τὴν κύσιν δ' αὐτῆ ἔχοντα, hanc sententiam arbitror conti-  
 nere: istos, qui Lasyrtam observabant, verum putasse,  
 ipsum mejere nunquam, quod illum semper viderent τὴν  
 κύσιν αὐτῆ ἔχοντα, id est, vesicam eodem semper in loco  
 et istatu habentem. Meliorem hac interpretationem isto-  
 rum verborum excogitare non possum. Quid, si legas  
 τὴν κύσιν δὲ αὐτῆ ἔχοντες αἰεῖ; Desunt fortasse aliqua ver-  
 ba: quae clades saepe nos in hoc opere habuit exercitos.  
 Postremorum verborum morbus κρείττων ἐστὶ τῆς ἐμῆς

\*) [Locavit Daleoh.]



ιατρικῆς. Dalecampii distinctio perplacet: nam sermo de Lasyrta finit in τέρτε. Sequitur deinde versus Antiphanis: in quo legitimum verborum situm permutat more suo Athenaeus. Poëta sic ediderat: Τὸ γὰρ μεταλλάξαι διάφορα βρώματα Ἐσθ' ἡδύ. Elegantissimum est verbum παραγυῖσθαι in tertio versu: quo significatur gustare aliud atque aliud more fastidientium, sic ut in nullo acquiescas. Qui vix ἀκρω τῷ δακτύλῳ ψύσαντες τῆ τῶν Μισῶν λέβητος peritissimos se literarum Graecarum putant, veto sperare ullam ex hujus generis elegantis voluptatem: quae mihi quidem prope unica assiduarum vigiliarum merces hactenus exstitit. Etiam in ultimo versu dictionum admissa transpositio. Scribendum enim: Καινῆ, παρέσχε διπλασίαν τὴν ἡδονήν. Colloquiū inter Midam et Silenum habitū Athenaeus mox meminit, et praeter illum multi alii: ut Tertullianus de pallio, et contra Valentinianos, item libro de anima. Aelianus quoque Ποικίλης I. III. Respexit eo etiam Virgilius in Sileno: ex qua ecloga discas, quid haec sibi velint, ὅτε ἐλεῖν τὸν Σειληνὸν ὑπὸ μέθης ἠθέλησε. Fontem, ad quem captus Silenus, ex Bione appellat auctor Innam. Dalecampius emendat Οἶνον· plausibili admodum conjectura, nisi obstaret omnium librorum consensus. Ego alibi legere memini captum Silenum a Midam in hortis, quos haberet amoenissimos in Macedonia. Bion fontem Innam sive Oenam statuit μέσην Μήδων καὶ Παιόνων. Mirum vero, qui isti Medi Paeonibus vicini. Sed illudit nobis ignorantia libroriorum: nam Μαίδων sine dubio erat scribendum. Non praetereundum est, quod mox legitur: Στάφυλός Φησι, τὴν τῆ οἴνου κράσιν Μελάμποδα πρῶτον εὑρεῖν. Staphylus ait, Melampodem omnium primum invenisse vini temperantium. Quis, malum, iste Nigripes? Alii hoc inventum Staphylo, Sileni filio, adscribunt. Plinius I. VII. c. LVI. Ne hic quidem suspicionem meam pluribus indicabo: est enim incerta omnino. Plistonius Appionis est cognomen, qui fuit insignis grammaticus, et, dum vixit, publicae famae tympanum, atque, ut Tiberio dictus est, mundi cymbalum. Fuit et Plistonius medicus, Plinio in historia plantarum laudatus. τὰ πέρατα τῶν ἀγγείων paulo post sunt

p. 92. ora venarum, quibus alimenta suscipiunt. Galenus modo πέρατα, modo σόματα τῶν μεταλαμβανόντων τὴν τροφήν ἀγγείων appellat. ἀγγεῖα in medicorum libris dicuntur venae et arteriae augustiore significatione. Unicum Galeni adscribam, qui isti lucem afferet magnam. Sic ille



III. in I. Hippocr. περι ὀξέων commentario: ὁ οἶνος κατὰ τὸ ἥπαρ ἐξ εὐρέων ἀγγείων τῶν ἐπὶ ταῖς πύλαις εἰς σενὰ παραγίνεται πέρατα τῶν ἐν τοῖς σιμοῖς αὐτῆ μέρεσι, καὶ τῶν ἐν τοῖς κυρτοῖς· καὶ ἂ καὶ ἡ μετάληψις ἀπάντων τῶν ἀναδιδόμενων εἰς ὅλον τὸ σῶμα γίνεται.

## CAPUT SEPTIMUM.

*Dulcedo ebrietati contraria. Carmanorum mos in firmanda amicitia. τέλος Φιλίας vel ὄρος de perfecta amicitia. Indicium bonae malaeve aquae. τὸ ἰῶδες, macula. Amphiarai fons. λόφοι γεηροὶ ἀριῶν Hippocratem. Aquae τὸν οἶνον ὀλίγον φέρειν οἶαι. Aquam nutriendi vim habere. βασιάζειν pro ἀναβασιάζειν. ὀξύπινος.*

Si quid in me iudicii est, fallunt nos vulgati scriptique codices, ista verba sic scribentes: εἰ δέ τις ἡμῶν τοῦτο δυσκόλως ποιῆ, γλυκὺ ὕδωρ ἢ θερμὸν προλαμβάνετω. Dixit modo Athenaeus, ad vitandam ebrietatem praebendam esse aquam. Nunc ait: εἰ δέ τις ἡμῶν τῆτο δυσκόλως ποιῆ, id est, si quis bibere aquam recuset. Huic igitur quid faciendum suadet? Ut vulgata quidem lectio est, aquam fastidienti aquam propinat. Arbitror, vocem ὕδωρ ex hac sententia esse exterminandam, aut isto saltem modo electionem concinnandam: γλυκὺν ἢ ὕδωρ θερμὸν προλαμβάνετω. Calidam vult ante bibi, aut vinum dulce. Adversari dulcedinem ebrietati, nemo ignorat, qui sequentia verba, item Symposiaca Plut. et Macrobius legit. Carmanorum mirum morem Athenaeus narrat, mutuum sanguinem in computationibus propinare solitorum, firmandae amicitiae. Simile Scytharum institutum et aliquot aliarum nationum norunt eruditi ex geographis, Luciano, Valerio Maximo, aliis. Nescio quid et sub Catilina degustatum est, ait Tertullianus in Apolog. Eleganter vero Athen. τέλος Φιλίας νομιζοντας pro ἐντελῆ Φιλίαν. Sic accipiunt et vocem ὄρος· ut ὄρος Φιλίας pro perfectissima amicitia. Basiliius in epistola ad Candidianum: ἵνα μὴ ὁ ἔσχατος ὄρος τῆς ἀσθενείας ἡμεῖς ὦμεν. Caeterum Carmanos in hac narratione prior interpretes mutat in Ger-



*μανος.* Scribe: εἰς τὸ ἀποκρέσθαι τὸ ἀπὸ τῆς ποτῆς, non  
 τὴν ἀπὸ τῆς ποτῆς, id est ipsum, quod mox dicit τὴν τῆς οὐρα  
 ἀναθυμίαςιν. Indicium bonae aquae hoc statuitur: εἰς  
 χάλκεον ἢ ἀργύρεον ἄγγος ἐγχεόμενον ἔποιεῖ τὸ ἰώδες. Vi-  
 truvius inter alia aquarum experimenta hoc quoque re-  
 censet: *Item, ait, si fons novus fuerit fossus, et in vas Co-  
 rinthium sive alterius generis, quod erit ex aere bono, ea  
 aqua sparsa maculam non fecerit, optima erit.* Plinius idem,  
 sed brevius: *Damnantur in primis fontes, si vasa aerea in-  
 ficiunt.* Animadversione dignum est, Vitruvium ac Pli-  
 nium vasorum ex aere tantum facere in hac probatione  
 aquae mentionem. Athenaeum etiam argenteorum: cum  
 tamen aerugini sive τῷ ἰῶ argentum non habeatur obno-  
 xium, ut aes et ferrum. Propterea doctissimus Gesnerus  
 olim emendabat χάλκεον ἢ σιδήρεον. Nobis contra libro-  
 rum consensum nihil placet mutari, quod ullo colore de-  
 fendi non inepte queat. Cur hic quicquam fatagamus,  
 causa non videtur idonea: nam ut ab ea, quae proprie  
 aerugo vel rubigo in aere ac ferro dicitur, liberum sit ar-  
 gentum, maculas tamen recipit: quod ex reliquiis vini  
 aut aquae in imo scypho diutiuscule affervatis saepe ob-  
 servavimus. τὸ ἰώδες igitur hic erit, quod Vitruvio *ma-  
 cula.* Et ποιεῖν τὸ ἰώδες, quod Plinio *inficere.* Aëtius istam  
 malae aquae notam ex Rufo aliter proponit: improbat  
 enim, ὅσα προσπῆγνυται τοῖς χαλκείοις λιθωδῶς, quae in  
 morem lapidum ueris uasis adhaerent. Putavi aliquando,  
 scribendum esse ἰωδῶς. Sed manum abstineo, et Aëtium  
 aliter interpretor. Locus proximus Hippocratis ex Epid.  
 l. II. est descriptus. At verba deinceps allata, ubi καλεῖ τὸ  
 χρυσοῦν ὕδωρ πολυτιμον, non exstant hodie in libris Hippo-  
 cratis, quantum recordari possum. Interpres ne hic hae-  
 reret, viam expeditissimam invenit, atque adeo ipse sibi  
 fecit \*). Aqua ex Amphiarao aut Amphiarato Graecis  
 olim incognita: neque ullus eo nomine fons in veterum  
 libris. At in agro Oropiorum fanum Amphiarai fuit, et  
 fons non procul inde, qui dicebatur Amphiarai sive Am-  
 phiaraeus. Ita interpretare τῆς ἐξ Ἀμφιαράς ὕδατος, et  
 mox τὸ ἐξ Ἀμφιαράς, hoc est, allata aqua ex fonte Am-  
 phiarai. Est enim compendio dictum pro τὸ ἐκ τῆς κρήνης  
 τῆς Ἀμφιαράς. Meminit Pausanias in Atticis et Corinthia-  
 cis. Omnium aquarum eas maxime probat Hippocrates,

\*) [Idem autor (Hippocrates) libro de aquis optimam esse sta-  
 tuit multum exercitatum et agitatam. Dalech.]





referente Athenaeo, ὅσα ἐκ μετεώρων χαρίων ῥεῖ καὶ ἐκ  
 λόφων ξηρῶν. Mirum, quid appellet colles ficcos vel ari-  
 dos. Nam si arent, quomodo illinc manabit aqua? si ve-  
 nas habent aquarum, cur ficci dicuntur? Magis mirum,  
 non animadvertisse eruditiss. Dalecamp., scribendum esse  
 ἐκ λόφων γεηρῶν ex ipso Hippocrate, qui λόφους γεηρῶς  
 vocat, quos vulgo Graeci γηλόφους et γεωλόφους. Distin-  
 guunt medici aquam e colle terreo fluentem ab illa, quae  
 de rupe: hanc aquam damnant, illam praestantissimam  
 esse pronuntiant. Lege Oribasium l. V. c. III. Aëtius  
 quoque in optima aqua desiderat τὸ διὰ πόρον τινὸς ἢ γῆς  
 κατάρχας διεξῆσθαι. Quae verba ipse mutuatus est a Ga-  
 leno Ὑγιειῶν l. I. Propterea dicebat paullo ante Athe-  
 naeus, Homerum aquas improbas τὰς ἐκ πετρῶν φερο-  
 μένας, laudasse τὰς διὰ εὐκάρπια καὶ πλείονος γῆς φερομένας.  
 Denique non aliter visum praestantissimis quibusque Graeco-  
 rum Arabumve medicorum. Porro optimarum aqua-  
 rum proprium ait esse Hippocrates, quod sint τὸν οἶνον  
 ὀλίγον φέρειν οἶα. Aqua κατὰ φύσιν ἔχουσα nullum sapo-  
 rem, nullum verum colorem, nullam denique ποιότητα  
 habet. Optima illa est, quae maxime talis et ἀποιότατος.  
 Hanc ait Hippocrates τὸν οἶνον φέρειν ὀλίγον, hoc est. mi- p. 94.  
 nimo infuso vino recipere ποιότητα et saporem. Contra-  
 rium usu venit in ea, quae natura sua est saporata aut me-  
 dicata: nam ista ut suum amittat et vini assumat saporem,  
 majore vini copia est opus. Pari ratione vina quaeque  
 generosissima sunt πολυφοράτατα, id est, plurima opus  
 habent aqua, ut naturam mutent et saporem amittant ἐμ-  
 φυτον. Ita interpretamur divini senis verba: quorum men-  
 tem quia non assequebatur vir doctus, corrupta censuit,  
 et ex libidine emendavit. An autem nutriendi vim habeat  
 aqua, ut probare auctor conatur, an sit tantum ἔχημα  
 τροφῆς, philosophis et medicis disputandum relinquimus.  
 Avicennam aliosque multos τρώσιμον pronuntiare, cer-  
 tum est. Doctissimus Athenaeus jactatam in scholis sa-  
 pientum quaestionem non hic solum attigit, sed etiam su-  
 perius, cum auctoritate magni vatis probat, aquam non  
 solum nutriendi vim habere, sed etiam esse τροφιμωτάτην.  
 Narrationem de Abderita Democrito confer cum ea, quae  
 apud Diogenem Laërtium. βασαχθέντος τῆ μέλιτος ve-  
 nulste pro ἀναβασαχθέντος, relato in suum locum. Sic τί-  
 θεσθαι ὅπλα pro ἀποτίθεσθαι, exuere. De illis, Ὅρα τὸ  
 ἀνατιθεμένων, et quae sequuntur, diximus c. I. ὃ ἔπεινος  
 in versu Diphili translate usurpatur de eo, qui valde ali-



quid cupit. Ut apud M. Tullium ad Attic. l. II.: *sum in curiositate ὀξύπνεος sed tamen facile patior, te id ad me συμπόσιον non scribere; praesentem audire malo.* Et l. IV. ep. 13.

## CAPUT OCTAVUM.

Ἰάγειν ὀλκήν. deprimere lancem. ἄξιον. Ratio vendendi apud Athenienses adstricta. Veteres saepius de die cibum sumpsisse. ἰδιῶται. μονοφαγεῖν et μονοσιτεῖν ut differant. ἀριζῶν apud Hippocratem pro his de die comedere. Philonides comicus. ἀπόσιτος. αὐτόσιτος. ἀναγκόσιτος. μειράκιον ὑποσκάφισκαρον.

Ἰάγειν verbum aliquando fuit τῆς σαθρικῆς proprium. Sic ἄγειν ὀλκήν aut ἀνῶν dicunt pro ἔλκειν, pendere. M. Tullius deprimere hoc solet dicere, ut de fin. l. 5.; *Virtutis amplitudinem quasi in altera librae lance pone: terram mihi crede ea lanx et maria deprimet.* Et ita saepe alibi. Atqui videmus, lancem, ubi pondus est gravius, deprimi ipsam potius, quam alteram deprimere: sed, ut dixi, ita semper loquitur Cicero. καθέλκειν τὸν ζυγὸν Graeci dicunt de ea lance, quae gravior est. Chrysostomus in epist. ad Hebr.; κἄν τὸν κόσμον ἀντισήσης ὄλον, (de vera virtute praeditis loquitur) ἐκείνης εὐρίσκω καθέλκοντας τὸν ζυγὸν καὶ τιμιωτέρως ὄντας. Quod autem a liberali venditore emerant cumulatione mensura, id dicebant ἄξιον. Inde quicquid parvo emptum videbatur, ἄξιον appellarunt. Eubulus in iis versibus, quos laudat hic Athenaeus; ἀξιοτέρως Πωλῆσιν, ὡς ἔοικε, τὰς ἄρτας ἐκεῖ. Id est, *minore pretio panes ibi vendunt: non, ut vertunt, praestantiores.* Istis versibus, Οὐ ρῆσα δὴ πεινώσι Κεκροπιδῶν κόροι, Κάπτουτες αὔρας, ἐλπίδας σιτάμενοι, jocatur facetissimus Eubulus in tenuem Atheniensium victum. Ait, eos non vivere, sed esurire. Erat enim solum Atticum parum uber: ipsi deparci: victus, qualis hominum pauperum: tota vitae ratio adstricta et diligens. Quis nescit, cur Atticam vocet Thucydides λεπτόγεων; Alciphron in epist.: Κρεῖττον, ἐπανήκειν ἐκ Βοσπόρου καὶ Προποντιδος νεόπλετον, ἢ καθή-



μενον ἐπὶ ταῖς τῆς Ἀττικῆς ἐσχατικῆς λιμῶδες καὶ αὐχμηρὸν ἐρυγγάνειν. Lucianus Fugit.: Οὗτοι δὲ εἶδεν Ἀττικῆς πηγίας δέονται, ἀλλ' ἔνθα πολὺς χρυσὸς ἢ ἄργυρος ὀρύπτεται, ἐκεῖ πρὸς ζητητέοι εἰσὶν ἡμῖν. Ideo Aristoteles in tenui censu τὸν Ἀττικὸν τρόπον τῆς οἰκονομίας laudat in Oecon. Tenuitatis victus, quo utebantur, testes Aristophanes et comici omnes: sed inprimis insignis est locus Lyncei Samii e Centauro fabula, quem habes l. IV. Scitum etiam illud, ἐλπίδας σιτέμενοι. Semper enim Athenienses magna moliebantur, magnorum bonorum spe: fere semper, quod aiunt, εἰς νέωτα πλάσιοι. Libro priore observabatur, exstare in veterum scriptorum monumentis verbum μονοφαγεῖν. Simile est, quod hic legitur: ὁ δὲ μονοσιτῶν κεῖται παρ' Ἀλέξειδι. Nihil erat hic, quod jure mutatum vellent interpretes: quibus hoc fuit potius quaerendum, qua notione vocem μονοσιτῶν Alexis usurparit. Dalecampio assentiri non possumus: neque dubitamus, talem esse totius loci sensum. Sed recitemus verba Alexidis: Ἐπὶ τὴν ἰδιώτην ἄνδρα μονοσιτῶντ' ἴδης, Ἡ μὴ ποδῶντ' ὠδὰς ποιητὴν καὶ μέλη, Τὸν μὲν ἰδιώτην τῆ βίᾳ τὸν ἡμισυν Ἀπολωλεκένας νόμιζε, τὸν δὲ τῆς τέχνης τὴν ἡμίσειαν. Ζῶσι δ' ἀμφοτέροι μοίης. Si e vulgo, inquit poëta, aliquem videris, qui semel de die sumat cibum, aut poëtam, qui recitandis versibus convivas non obtundat, statuere debes, et poëtae artem suam cessisse infeliciter, et illum alterum bonorum suorum dimidium amisisse: ambos denique vivere miserrimos. Saepius de die cibum sumere tam soliti veterum plerique, quam nos hodie: nisi quod parcius fere prandebant. Multi etiam coena tantum vel prandio erant contenti: ii nempe, qui vel studio virtutis, vel amore literarum, aut propter valetudinem genium defraudabant suum. De his non sentit poëta: verum de caeteris, quos ἰδιώτας vocat. Sic illam vocem accipio apud Hippocratem aut Polybum init. l. de rat. vict. sal. Τῆς ἰδιώτας, ait, ὡς χρὴ διακταῖσθαι. Qui sunt, quos vocat idiotas? Non me fugit, quantum verborum in eum locum doctissimus Galenus effundat. Sed arbitror, intelligi eos, qui more communi vitam degunt, nec peculiari aliqua ratione suae valetudini convenienter illam instituunt. Alibi vocat τὸ πλήθος. Locus est in III. de diaeta: Ταῦτα μὲν παραινέω τῷ πλήθει τῶν ἀνθρώπων, ὁκόσοισιν ἐξ ἀνάγκης εἰκῆ τὸν βίον διακτελέειν ἐστὶ, μὴδ' ὑπάρχει αὐτέοισι τῶν ἄλλων ἀμελήσαντας τῆς ἐκυτῶν ὑγιείης ἐπιμελεῖσθαι. Docti viri p. 96. idem significare censuerunt μονοφαγεῖν et μονοσιτεῖν, sed



falsi sunt opinione sua. *μονοφάγοι* sunt, qui soli comedunt, ut illi Aeginetae, de quibus Plutarchus in Graec. quaest. Hominibus, qui amicitiam cum nemine colerent, *μονοφαγίαν* pro magno convitio objiciebant. Alexis: Ἐρρ' ἐς κόρακας, *μονοφάγε καὶ τοιχαρύχε*. Quia, ut Seneca ait, *viseratio sine amico vita leonis ac lupi est*: et nullam vitam esse vitalem sine amico recte dicebat Philosophas. Hebraeorum in sententiam dictum est: **אִין כְּרִידֵי אִין נְפִילֵי**. quo optabiliorem mortem pronuntiant vita amicis destituta, quales Iobus habuit. Haec notio dictionis *μονοφάγος* et inde deducti verbi *μονοφαγεῖν*. Quod τὸ *μονοσιτεῖν* interpretamur *semel de die cibum sumere*, auctorem habemus Hippocratem, qui eo vocabulo aliter nunquam usus. Posteriores scriptores *μονόσιτος* et *μονοσιτεῖν* acceperunt pro *μονοφάγος* et *μονοφαγεῖν*. Inter capita criminationis, qua in Ioannem Chrysof. usi sunt ejus invidi, fuit etiam istud: ὅτι τὴν φιλοξενίαν ἀΐσσει, *μονοσιτίαν ἐπιτηδεύων, καὶ Κυκλώπων ζῶν βίον*. At cur solus cibum sumeret pium illud pectus, causae fuerunt ipsi multae et graves: quas, si operae est, lege apud Photium in iis, quae excerpfit e libro Georgii Episcopi Alexandrini de Chrysofostomi vita variisque casibus. In libro de vict. rat. in acut. *δις σιτέσθαι τῆς ἡμέρας* et *μονοσιτεῖν* non semel opponuntur. Alibi apud divinum illum scriptorem τῷ *μονοσιτεῖν* opponitur τὸ *ἀρισῆν*. Nam quia fere prandio potius quam coena abstinebant, qui semel comedebant, ideo magnus senex, miro usus verborum compendio, *ἀρισῆν* ponit pro bis de die vesci, et *ἀρισον ἀντὶ ἀρισοδείπυς*. De diaeta l. II.: *ἀρισον τάναντία διαπρήσσειται τῇ μονοσιτίῃ*. l. III.: *πρῶτον μὲν μονοσιτίῃσι χρῆ διάγειν, ἢ μὴ πάνυ ξηρὸν τις τὴν κοιλίην ἔχη· εἰ δὲ μὴ, μικρὸν ἀρισῆν, id est, *si minus, bis fuerit cibum sumendus*. In l. de vet. med.: *τῶς πλείοσι τῶν ἀνθρώπων ἔδὲν διαφέρει, πότερον ἀν ἐπιτηδεύσωσιν, εἴτε μονοσιτεῖν, εἴτε ἀρισῆν*. Secundum Alexidis versum sic omnes libri scribunt: Ἡ μὴ ποῖντ' ὠδὰς ποιητικὰς καὶ μέλη. Quam γραφὴν aio falsam, ineptam et ridiculam. O bono stomacho, qui tulere, interpretes! Modulos saltem consulerent. An vero aliquas illi cantiones norant non poëticas? Luce meridiana clarius, legendum esse *ποιητὴν*. Poëtarum hunc esse morbum, ut obvios quosque recitatione suorum versuum enecent, beatos interpretes, si experientia magistra non didicerant! Quamquam ex Horatio et Martiale non poterant ignorare, Haec scripseram, cum a doctissimo Levinio sum admonitus, in*



optimae fidei libris repertum sibi ποιητὰς pro ποιητιὰς.  
 Sive igitur hoc modo legas, sive ποιητὴν, vera est nostra  
 interpretatio. Sequentia verba, Πλάτων· Οὐ μονοσιτῶν  
 ἐκάστω, ἀλλὰ κενύτω δαιπνῶν δις τῆς ἡμέρας, debemus di-  
 ligentiae doctissimi viri, Henrici Stephani, qui ex anti-  
 quissimis membranis illa descripsit. Eadem quoque Levi- p. 97.  
 nius in suis reperit. Iis confirmantur manifestissime, quae  
 ante diximus de voce μονοσιτεῖν. In verbis Alexidis scribe  
 οἰναρλοῖς, non οἰνάρους. Vide l. I. c. 22. et l. ejusd. c. 23.  
 de iis, quae mox sub Antiphanis nomine describuntur:  
 ibi tribuebantur Ehippo. Inde lector emendabit. Se-  
 quentia sic cape: Ἐὰν ἀπόσιτος ἐκσταῖ ἀπὸ Φιλονιδέμου, αὐ-  
 τόσιτος ἀπὸ Κροβύλου: παράσιτον αὐτόσιτον. Philonidem  
 cur in Philochorum transformarit Dalecamp., demiror.  
 Is vetus fuit apud Athenienses fullo primum, deinde co-  
 micus poëta: non semel in his libris laudatus. ἀπόσιτος  
 dictum, ut ἄπιχθους, qui pisce abstinet. In Hippocrate  
 et Galeno saepe ἀπόσιτος πάντων pro alienus omnis cibi.  
 Cui opponitur ὁ εὔσιτος, cibi avidus, vel quem cibus juvat,  
 ut loquitur Plautus. αὐτόσιτον varie exponunt critici. He-  
 fychius: αὐτόσιτον, τὸν ἑαυτὸν τρέφοντα, ἢ τὸν σὺν ἑτέρῳ  
 δαιπνῶντα, καὶ ἑαυτῷ φέροντα τὰ ἐπιτήδεια πρὸς τὸ δεῖπνον.  
 Trium harum interpretationum secunda Crobyli isto loco  
 videtur convenire. Sed de tam paucis verbis aliquid affir-  
 mare stultitiae proximum sit. ἀναγνόσιτον, ait auctor,  
 dixit Crates. Cui potius, quam athletae, id verbi qua-  
 dret, non video. Sic passim auctores ei hominum generi  
 tribuunt βίαιον τροφήν, et ἀναγνοφαγίαν, sive τὴν πρὸς  
 ἀνάγκην ἐδωδήν, ut Aristoteles, Clemens, Plutarchus, Ga-  
 lenus, qui etiam scribit alibi, ἀθλητὰς τροφὰς προσφέρ-  
 σθαι σὺν ἀνάγκῃ πολλάκις ἄχρι μέσων νυκτῶν. In Nicostra-  
 teo loco μεῖράκιον ὑποσκαφιδόκχρον interpretes fecerunt \*)  
 valde obligatum fasciis. De vocabulo κσιρίαις aliquid nem-  
 pe cogitarunt. Poëta vero intelligit adolescentem tonsa ca-  
 pite, eo genere tonsurae, quod σκάφιον dicebant. σκάφιον  
 esse εἶδος κσιρῆς, ex comicis scire debemus et grammaticis.  
 Caeterum integram hujus loci sententiam parati sumus illi  
 aperire, qui integram Nicostrati drama nobis exhibuerit.  
 Dura conditio, inquires. Nostra longe durior, si ex pau-  
 culis et saepe corruptis aut negligenter ab Athenaeo de-  
 scriptis verbis integram semper poëtae sententiam divi-  
 nare necesse habeamus. Qui in Latinis apud Nonium alios

\*) [Fecit Dalech.]



que tanto studio istud praestare conantur, iis per me licet esse ingeniosis.

## CAPUT NONUM.

*Συναυλίας. Vestium distinctio in περιβολήν et ὑποβολήν. Sardinia ob tincturam celebrata. Acesas et Helicon Salaminii. Ψακασὰ μύρα. ἐντιμᾶν et ἐντιλάων. λιτὰ vel λιτὰ. Stragulorum εὐάφεια. Prandium cognatorum apud Persas.*

**A**naxandridae proferuntur verba: *Τρίκλινον δ' εὐθέως συνήγστο, καὶ συναυλίας γέροντι.* Lego *γεροντικάι*, et *συνάγσθαι συναυλίαν γεροντικήν* interpreto *convenisse in unum plurium senum turbam.* *συναυλία* illud interdum significat, quod expressit Dalec. \*), aliquando id, quod diximus nos. Sed emendationem facit necessariam lex metri, quae etiam p. 98. suadet, ita distinguamus: — *τρίκλινον δ' εὐθέως Συνήγστο, καὶ σ. γ.* Sustulimus e proximis verbis negationem, cum legeretur ante *ἢ περιβολῆν* quod fefellit interpretes. Platonis locus est in Polit., ubi cum velamenta corporis in duo genera divisisset, *σκεπτάσματα* et *περικαλύμματα*, postea sententiam eandem aliis verbis repetens, *διετέμεμεν ἀπ' αὐτῆς*, inquit, artem intelligens texendi vesteis, *νῦν δὴ τὴν τῶν σραμμάτων σύνθεσιν, περιβολῆν χωρίζοντες καὶ ὑποβολῆν.* Appellat *ὑποβολήν* culcitram, et quicquid insternendi aut incubandi causa paratur, ut loquitur Ulpianus Jurisconf., puta tapetes, tegetes, storeas, erones, et alia hoc genus. *περιβολήν*, quod ait Ulpianus parari injiciendi causa: ut sunt pallium, laena, et similia vestimenta stragula. Haec et alia multa hujus argumenti in hoc auctore pluribus explicamus in accuratissimo commentario de Lectis veterum: si modo ita Deo videatur, ut illum aliquando perpolitum edere possimus. Porro inter loca ob tincturam olim nobilia Sardiniam fuisse, fidem fecerit vel proverbium *βάμμα Σαρδιανικόν*, de quo multa in scholiis Graeci comici et apud paroemiarum scriptores: Varro in Hercule Socratico: *Cubo in Sardinianis tapetibus,*

\*) [Seni confestim stratum est triclinium. Convocati, qui tibia tyraque canerent. Dalecb.]



*inter chlamydas et purpurea amicula.* Plato comicus ab Athenaeo hic laudatus: *κῆν Φοινικισι Σαρδιανικαῖσι κοσμησάμενοι κατάκεινται.* Dalecampius: *in stragulis tinctis ostro Sardiniano.* Puto, factam injuriam viro docto, et scripsisse illum *Sardiniano.* Illud *κοσμησάμενοι* parum arridet. *Μαλιν κοιμησόμενοι.* Acesas et Helicon nobiles polymitarii Salaminii fuere, inquit auctor. Eustathius addit, ex ea Salamine, quae in Cypro fuit, non ea insula, quam casus Xerxis fecit memorabilem. Ab his sine dubio originem habuit proverbium Graecum Zenobio recitatum: *Ἄκεσσεως καὶ Ἑλικῶνος ἔργα, Acesei et Heliconis opera.* Ἄκεσεύς est, qui Athenaeo. Eustathio et aliis nominatur Ἄκεσῶς. Quare mirum est, de horum patria Zenobium diversa adeo scribere iis, quae Athenaeus et Eustathius prodiderunt. *ὁ μὲν Ἄκεσεύς, inquit, γένος ὦν Παταρεύς, ὁ δὲ Ἑλικῶν Καρύσιος.* *ψακκῶν μύρα* vetustioribus Graecis dicta unguenta, quae posterioribus *σακκῶν*, inquit Eustathius Ἰλ. π., allatum hic sine dubio Ehippi locum respiciens. *σρεθωτὰ ἐλίγματα* Sophroni tapetes sunt, in quibus expressae avium imaginēs: ut *ζῶωτῶν, belluta.* Sic recte veteres codices, non, ut vulgo. *ἐντετιμημένα*, pro *magni empta*, etsi non damnamus: veteris tamen conjecturae nondum nos poenitet. *ἐντετιλημένα, consoriat* stragula. Eam vocem apud Aristophanem legas non semel. Mox legisse Eustathius videtur *Ἄμφροτος δὲ ὁ θαυμασιώτατος καὶ ἱερώτατος τῶν σρ.* *λιτὰ* scribunt multi grammatici apud poëtam, et hic quoque pars vet. codd. Athenaeus circumflectit, teste Eustathio. Eum consule et auctorem Etymologici. Sequitur: *τὰ δὲ περισρώματα ῥήγεα καλὰ, πορφύρεα*, id est, stragulam vestem, quae injicitur, non substernitur, Homerus vocat *ῥήγεα*. Sic recte MSS. Alludit ad ista summi vatis Ἰλ. ω.: *Δέμνι' ὑπ' αἰ-* p. 99.  
*θόσῃ θέμεναι. καὶ ῥήγεα καλὰ, Πορφύρε' ἐμβαλέειν.* At vir optimus [Dalech.], qui *περισρώματα* hic aulaea interpretatur, quae hodie lectis oppandi solent, errat. Nunquam conopea nostra Graeci appellarunt *περισρώματα* quae voce nihil hic aliud significatur, quam quod *περιβολήν* ante appellari diximus. Verte ista, *ἵνα κόσμον ἔχη ἡ σρῶσις καὶ εὐάφειαν*, ut lectus et eleg inter insterneretur et molliter. *εὐάφεια* est mollities, quae tactu apprehenditur. Graeci explicant τὸ εὐμάλακτον et τὸ εὐψηλάφητον. Alia notione Philostratus in Icon. Menoecio tribuit *σέρνα εὐάφῃ. pectus facile palpabile*, id est, torosum atque elatum. Diceremus nos *Francoceltae une poitrine relevée.* Cum



ita loquitur, τὸν ἐν Κρήται Τιμαγόραν, ἢ τὸν ἐκ Γόρτυνος Ἐντιμον, indicat, parum liquido constitisse jam olim, quis et cujas ille Graecus fuerit, cui hic honos a Persarum rege Artaxerxe est habitus. Alii Timagoram Cretensem appellabant: alii Entimum Gortynium. Dissentit ab utrisque Plutarchus in Pelopida: Timagoram quidem, sed Atheniensem nominat. Quemadmodum autem γάμβριον σολήν I. I. interpretabamur vestem, quae proprie quidem generis regum Persarum conveniebat, deinde etiam aliis, quos pari honore auctos rex volebat: sic isto loco, καὶ ἐπὶ τὸ συγγενικὸν ἄριστον ἐκαλεῖτο ὁ Κρήσιος ἔτος τὸν βασιλέα ψυχαιγωγῶν, prandium cognatorum epulas exponimus, ad quas vocati primum quidem et προηγεμένως regum cognati, postea vero etiam alii, quos tali honore princeps dignabatur. Proprium in aula Persica locum atque ordinem multaque peculiaria jura obtinuisse, quos συγγενεῖς Graeci, Curtius cognatos vocant, vel ex Pædia Xenophontis satis certum. Sunt, qui existiment, honorariam tantum eam appellationem fuisse, sine ulla rei veritate. Nos id falsum putamus; neque aliter rem habuisse, quam uti diximus. Sic etiam accipimus apud Xenoph. I. παιδείας I. συγγενικὰ φιλήματα. Scribe τέτρωτιν, non τέτρων τ. Expositis honoribus, quibus affectus est ab Artaxerxe Graecus Entimus, addit auctor: ἐφ' ᾧ οἱ Πέρσαι χλευσῶς ἔφερον, ὡς τῆς τε τιμῆς δήμευομένης, καὶ στρατείας ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πάλιν ἐσομένης. Duplicem affert rationem, cur proceribus Persarum tantum honorem haberi Entimo non probaretur. Prior erat, quod eo pacto decus proprium cognatis regum vulgari inciperet: altera, quod ex ea re in suspicionem venirent, habere in animo Artaxerxem, bellum Graecis denuo inferre, uti fecerant jam ante Darius et Xerxes. σκηνην ἔρανορόφον ἀνθήνην probe editi libri: male in scriptis ἔρανοφόρον. Dalecamp. ἰανθήνην, nescio quare, et ἔρανορόφον sic interpretatur \*), quasi legeret Φατνωτὴν aut Φατνωματικὴν, prope incredibili errore. Intelligit tabernaculum diversorum colorum, in tholi modo factum: nam tholi forma est ἔρανοσειδής. Propterea dicebat Dio l. 53., Pantheum, p. 100. quod Romae Agrippa condidit, θολοειδὲς ὄν τῷ ἔρανοῦ προσεικέναι. Alii scriptores ut formam hujusmodi papilionum indicent, ἔρανήτικος appellant, ut alibi dicebamus. Talem fuisse tabernaculorum figuram, quibus reges Per-

\*) [tentorium lacunatum instar regii tabernaculi.]





larum utebantur, etiam Hefychius admonet. Πέρσαι, inquit, τὰς βασιλείας σιηνᾶς καὶ αὐτὰς, ὧν τὰ καλύματα κυκλοτερῆ, ἔραυνές. Deest vox ἐκάλαν, aut similis. Hodie in idiotismo nostro ἀκύρωσ κοελυμ lecti appellatur summum illius tegmen, etiamsi nihil in eo ἔρανοειδῆς formae.

## CAPUT DECIMUM.

*Mensa τρίπους vel τράπεζα. Eubuli elegans locus. πεντηκοσολόγοι. Vectigal quinquagesimae Athenis. Coroniae κυλισαί, volubiles. ἀπίθετα κοκκύμηλα. περιφορὰ pro περιφέρεια. Distinctio vocum κοκκύμηλέα, κοκκύμηλος et κοκκύμηλον. πρῆμνον, πρῆμνη, prunus. μόλτυοι.*

**E** Cynicis, qui inter convivas erant, unus fuit, qui mensam appellaret non τράπεζαν, sed τρίποδα. Offensus ejus vocis insolentia, inquit auctor epitomae, δυσχεραίνει δὲ παρὰ τῷ σοφιστῇ Οὐλιανῶς, καὶ λέγει· Τήμερον ἐγὼ πράγματα ἔξω ἐξ ἀπραξίας. Scribebatur ἐξ ἀπορίας. Sed ἀπραξίας et elegans et vera lectio est manu exaratorum, id est, post cessationem, vel pro cessatione. Aut ita accipe: *istius inertiae negotium hodie creabit mihi*. Videtur mutuatus ex aliquo vetere poeta: nam integer erit versus trochaicus, si ita scribas: Τήμερον δ' ἐγὼ γὰρ ἔξω πράγματ' ἐξ ἀπραξίας. Est autem proverbium Graecorum, cujus meminit Suidas, πράγματ' ἐξ ἀπραξίας, monens, dici, quoties aliquid praeter opinionem aut spem contingit. Offenditur autem Ulpianus isto vocis τρίπους usu: quasi tripedibus olis tantum, non mensis id nomen conveniret. Atqui scire licet, mensarum alias tres, alias quatuor pedes habuisse: illas proprie τρίποδας dici, has τραπέζας, quasi τετραπέζας. Usus, penes quem loquendi norma est, obtinuit, ut in totum mensae τράπεζαι vocarentur, relicta appellatione τρίποδος alterius generis utensili. Tamen eruditi scriptores, ut hic Athenaeus observat, etiam aliter sunt locuti. Pleraque Eubuli comici venustatis aliquid redolent: et saepe sunt subobscura, non raro depravata. Omnia haec istis censeo inesse: — τρίποδες ἔτοι πέντε σοί. Καὶ πέντε. πενηκοσολόγος γενήσομαι. Venusta plane sententia: sed cujus umbra vix hodie paret. Lego: — τρίποδες



πέντε σοί, Κρέα πέντε, πεντηκωσολόγος γενήσομαι. Inducebat aliquem Eubulus, qui alteri traderet aut incoram recenseret quinque mensas et quinque apponendarum carniū frustra, fortasse etiam plures alias res, quae pari numero erant enumeratae, quas suo more praetermisit Athenaeus. Utut sit, repetita saepius vox πέντε occasionem jocandi praebuit ei, cui ista dicebantur. Ego, inquit ille, qui tot rerum pemptadas accipiam, πεντηκωσολόγος γενήσομαι. Proprie πεντηκωσολόγος dicitur publicanus, qui p.101. vectigal quinquagesimae exercet. Meminit Demosthenes illius vectigalis in or. c. Mid. et in ea c. except. Lacriti, et oratores alii. Postrema verba Epicharmi sic scribebam: Οιδίπεις τὴν ποτ' ὦν, αἰνίγματ' ἔνοεῖς; tu, qui Oedipum alter cluis, aenigmata non intelligis? Paulo tamen aliter optimi libri: Οιδίπεις τολύου ποτ' ἦν (melius ἦς), αἰνιγμά τοι νοεῖς. Ergo tu Oedipus es, aenigma enim intelligis. Qui aiebat apud Antiphanem, Καὶ πόθεν ἐγὼ τρίπεν τράπεζαν λήψουμαι; non hoc voluit, difficile esse tribus pedibus insistentem mensam invenire, sed nescire se, qui possit inveniri mensa quatuor pedum (id proprie est τράπεζα, ut diximus) tripes. Secundum versum Alexidis super Damascenis prunis allatum sic scribe: Νικατρον ἐγὼ. λέγ' αὐτό. τὸν νῦν πρόσχε δέ. Quartum ita expleo: Ἐδόκει σεΦανῶν γυυνὸς προσελθὼν ὡς ἐμὲ Στεφάνῳ κυλισῶ. Veteres in coronas addebant non solum flores, sed etiam fructus, ut pruna, ficus et similia his. Atque hae sunt coronae, quas vocarunt κυλιστὸς σεΦάνης· διὰ τὴν ἀδρότητα καὶ το μέγεθος, inq̄ iunt Graeci grammatici: quia videlicet propter firmitatem circuli κυλιστῆται corona ac rotari poterat. Consule l. XV. Latine volubilem aut rotabilem coronam dixeris. Interpres tortilem: is vero est πλεκτὸς σεΦανος, non κυλιστὸς. Lego deinde: Ἐώρακας πωποτε εὐ ἐσκευασμένον Ἦνυσρον, ἢ ὀπτὸν σπλῆνα μεμονθυλευμένον. Loquebatur poeta de pugile, cui pugnis facies probe fuerat contusa. Eam foeditatem exprimere cupiens, variis hisce similibus ingeniose usus est. Lego cum Eustathio: τοῖς-τον ἔχει τὸ πρόσωπον, non μέτωπον. Porro istis Alexidis locis alium addas licet ex l. IV., ubi ἀποθέτων κοκκυμήλων facit mentionem. Ea erant pruna Damascena sole ficcata ad perennandum. βράβυλον dicit esse ἀκρόδρυον μικρότερον τῇ περιφορᾷ τῶν κοκκυμήλων. Si non fallimur, nove περιφορὰν posuit pro eo, quod est περιφέρεια. At δριμύτερον pro σφυρότερον usurpasse Athenaeum in hujus fructus descriptione, non arbitror. In saporum nomi-



nibus peccare. et alium alius loco nominare, hominis est et negligentissimi, et plane ἀφιλοσόφου. Ego non dubito, virum doctissimum id dixisse, quod sentiebat: sensisse autem, quod res erat, et arguebat experientia in ea prunorum specie, quam intellexit appellatione βραβύλων, Theophrasti locus ita habet: ἐπιπολαιότατον δὲ θραύπαλος, καὶ κοκκυμηλέα, καὶ σποδιὰς· αὕτη δ' ἔστιν ὡσπερ ἀγρία κοκκυμηλέα. Arborem istam semper philosophi et medici vocant κοκκυμηλέαν, fructum κοκκύμηλον. Ut menda non videatur carere, quod sequitur: Ἀραρώς δὲ κοκκυμηλέαν καλεῖ τὸ δένδρον, κοκκύμηλον δὲ τὸ ἀκρόδρον. Qui ita loquitur, clarum dat indicium, alios scriptores aliter has voces usurpasse, quod falsum est. Lege Theophrastum et Dioscoridem. Observat Julius Poll. l. I., apud mediae aetatis comicos, qualis fuit Araros hic, prunum arborem appellari κοκκύμηλον ἀρσενικῶς. Ex eo conjiciebamus, scripsisse Athenaeum: Ἀραρώς τὸν κοκκύμηλον καλεῖ τὸ δένδρον, τὸ κοκκύμηλον δὲ τὸ ἀκρόδρον. Postea animad- p.102. vertimus, non multo aliter esse in uno e MSS. Fructus coccymeleae testibus Aëtio et Aegineta πρέμνον in Asia vulgo appellabatur, quanquam Galenus l. II. de vi alim. πρέμνα ait dicta suo tempore fructus τῶν ἀγριοκοκκυμηλῶν. Utut sit, ab Asiatica voce originem habet Latinorum prunus. πρένη tamen etiam Theophrasto arboris nomen. Pruna five τὰ κοκκύμηλα dicuntur Diphilo Siphnio μέσως εὐχyla· Dioscoridi plane κηκοσόμαχα· item Diphilo εὐέκκρητα· aliis medicis non hoc solum, sed etiam κοιλίας μαλακτικὰ. Dioscorides, Galenus, Aëtius. Sed haec obiter: hujus enim instituti non sunt. Fuerunt e Graecis, qui fructum hunc μόλτυον appellarent. Hesychius: μόλτυος, τὰ κοκκύμηλα.

## CAPUT UNDECIMUM.

Κησιῶδες quid apud Theophrastum aliquot locis. Pytho Byzantius orator. Athenaeus ἑήτωρ dictus. Γρακίος, Graeculus. Romanorum error de appellatione cerasorum. Κερασῶς urbis nomen, et similia. Fructus ex aqua sumpti. Phryges Hectoris Athen. P. III, T. I.



*fabula. Mora ruborum. μῶρον et μόρον. Emeti-  
dantur multa et illustrantur.*

Solet gravissimus philosophus, Theophrastus, in plantarum descriptione favis comparare flores quarundam, constantes ex multis minutioribus: item fructus ex multis quasi baccis racematim compositos. τὸ γὰρ κηρίον, ut b. Pater Chrysofostomus loquitur, ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων σχημάτων ἀπαρτίζεται. L. III. c. 13. de sambuco scribit Theophrastus: τὸ δὲ ἄνθος λευκὸν ἐκ μικρῶν λευκῶν πολλῶν, ἐπὶ τῇ τῆ μίσχῃ σχίσσει κηριῶδες. L. IV. c. 10. fabam Aegyptiam scribit habere διαφύσεις ἐνδοθεν δι' ὅλα διειλημμένας, ὁμοίως τοῖς κηρίοις. Et caput illius, quod ille κωδίαν vocat, quia refert caput papaveris, assimilat σφηκίῳ περιφραεῖ, in cujus singulis cellis sint fabae singulae. L. III. c. 12., postquam dixit, forborum fructus racemis provenire similes, addit: πολλὰ ἀπὸ τῆς αὐτῆς κορυφῆς, ὡσεὶ εἶναι κηριῶδες κηρίον. Eodem simili usus etiam Herodotus l. II. in plantae cujusdam descriptione: ὁ καρπὸς γίνεται κηρίῳ σφηκῶν ἰδέην ὁμοιότατος. Protulimus ista in medium, ut de vera lectione constaret istorum super cerasis allatorum ex Theophrasto verborum: ἄνθος λευκὸν, ἀπίῳ καὶ μεσπίλῃ ὁμοιον, ἐκ μικρῶν ἄνθων συγκείμενον, κηριῶδες. Ex iis, quae supra diximus, liquido constare arbitramur, recte hic legi κηριῶδες. Doctissimi tamen homines, cum in Theophrasti codicibus κηριῶδες hodie scriptum invenissent, Athenaeum ex depravatis libris Theophrasti censuerunt corruptendum. Erat aequius, ex auctore nostro veram lectionem apud mellitissimum philosophum restitui. Solle notatam paulo post lacunam, et scribe τὸ τε γὰρ φέρον αὐτὰ δένδρον τοῖστον, καὶ ὁ πλ. Diu est, cum ex conjectura sic emendaveram: admonitus sum postea ab eruditissimo Levinio, ita scribi in membranis melioribus. Scribe etiam Τρώγῃσι μύρτα. De Agene dramate l. XIII. plura. Pytho Byzantius orator ex Demosthene et Suida non ignotus doctis. Turbarunt interpretes sine causa verba ista: Φησὶν ὁ παρὰ τῷ ῥήτορι Λαρήνσιος. Dicit ista auctor excerptorum, et, Larenensis, inquit, ἀπὸ ρητορὸς ἰτα loquitur. ῥήτωρ est Athenaeus. Ille quidem philologus appelletur ex isto opere justius, quam rhetor, sed ita passim eclogae confarcinator et Eustathius alique grammatici Athenaeum indigetant. In iis, quae Larenensis di-

p.103.



cit, spiritum Romani hominis arguunt ista: *ὕμεις οἱ Γραικοί*. quae Latine verti debent *vos Graeculi*. Apud scriptores Graecos vocabulum *Γραικός* tantundem valet, quantum apud Latinos *Graeculus*. Sic apud Platarchum in Cicerone: *Γραικός καὶ σχολαστικός*, *Graeculus et scholasticus*. Item in illo veteri dicto in Christianos jactato: *ὁ Γραικός ἐπιδέτης*, *Graeculus impostor*. Lucullum cerasos Romam primum invexisse e Ponto ad annum urbis D. LXXX., notum ex Plinii l. XV., Ammiani l. XXII. et Hieronymi ad Eustoch. epist. quadam. Sed falsum est, quod de cerasorum appellatione disputat hic Larenfis. Placet illi, cerasorum nomen a Lucullo esse inventum et huic pomo tum primum impositum, quando cerasos in Italiam intulit. Tam absurdam sententiam Larenfi adscribi ab Athenaeo, mirarer, nisi viderem, ita vulgo Romanis fuisse persuasum. Hieronymus, vir undecunque doctissimus: *Hoc genus pomi, Ponto et Armenia subjugatis, de Cerasunte primum Lucullus Romam pertulit. Unde et de patria arbor nomen accepit*. Refellit hoc merito Athenaeus, et cerasorum nomen multis ante Luculli aetatem saeculis fuisse Graecis cognitum, auctoritate Diphili probat. Cur huic potissimum in hanc rem testimonium denuntiavit, nescio. Erant enim ad manum Diphilo antiquiores, qui cerasorum meminissent. Sed illos fortasse non Athenaeus praetermisit, verum iste eclogarius. Nos amplius dicimus, etiam in Italia ante Lucullum fuisse cerasa, verum parva et insipida, ac proinde nullo in pretio aut dignatione: adeo quidem, ut cerasum pro corni specie vulgo haberent. Nec sane multum interest inter cerasi ferum fructum nulloque mollitum cultu et corni. Obscure hoc indicat Servius: *Hoc primum (de ceraso loquitur) etiam ante Lucullum erat in Italia, sed durum, et cornum vocabatur: quod postea, incepto nomine corno, cerasum dictum est*. Sciendum etiam, cerasorum appellationem ipsius Cerasuntis urbis natalibus esse priorem et antiquiorem: nedum ut Larenfis vera sit sententia. *Κερασός* indubitanter dicta ἀπὸ τῶν κεράσων, ut *Ἄγνός*, *Ἀναγυρός*, *Ἀχραδός*, *Ῥαμνός*, *Μυρίνός*, *Σελινός*, *Πυξός*, *Μυρμής*, et similia his ab aliis plantis locorum deducta nomina. In allata ex Diphilo auctoritate ἐν δὲ ψυχρῆ λαμβανόμενα εὐτόμαχα vertit Dalecamp. *cerasa cum frigida sumuntur*, p. 104. *placent ventriculo*. Sane apud Galenum legere memini μόρα ψυχρὰ ληφθέντα. Sed alia tamen Diphilo mens: neque enim est idem λαμβάνειν ἐν ψυχρῆ et ψυχρόν.



Alibi legimus, fuisse moris olim, qui hodieque obtinet, fructus, qui fere secundas mensas explent, in disco frigidam continente exhibere. Athenaeus l. XV.: ὅτι τὰς ἀπίκας ἐν ὕδατι εἰσέφερον εἰς τὰ συμπόσια, "Ἀλεξίς παρίσησι διὰ τέτων. Vide caetera. Igitur τὰ ἐκ ψυχρῆ λαμβανόμενα sunt illa, quae, antequam sumantur, aquae injiciuntur ac probe lavantur. Galenus hoc praecipit ut faciamus in quibusdam fructibus: puta, moris ruborum et sycaminis. χρῆ, inquit ille de batinis loquens, καλῶς ἐκπλύνειν, πρὶν ἐπιχειρεῖν προσφέρεσθαι τὸν καρπὸν τῆτον· ὅπερ ἔχῃ ἤκιστα κῆπι τῶν συκαμίνων ἐστὶ ποιητέον. In sermone de sycaminis scribi non placet ἐντὸς ἡμερῶν τριῶν. Lego τεττάρων, auctore Theophrasto. ἔχοντες, αἶτ, ὄνυχας σιδηρᾶς ἐπικινύσκειν· ἃ δ' ἂν ἐπικινισθῆ, τεταρταῖα πέττεται. Plinius: *sed cum factum est, quarta die demetitur.* Ait Athenaeus: παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Φρυξίν ἐπὶ τῆ "Ἐκτορός. Haec Aeschyli fabula inscripta fuerat a poeta Φρύγες ἢ "Ἐκτορος λύτρα. Argumentum erat ex Ἰλ. β. α. ψ. ω. Apud Polluc. l. VII. c. 29. laudatur Aeschyli drama Φρύγες ἢ Λύτρα, ubi sic scribe hunc versum: ἀλλὰ ναυάτης Φορτηγός ὅς τις (vel ὡς τις) ῥῶπον ἔξαγεν χθονός. Emendavimus deinde: ἐν δὲ Κρήσσις καὶ κατὰ τῆς βάτας, ex antiquae fidei codicibus. Nempe hoc vult Athenaeus, μόρα dici etiam, quae rubi ferunt. Ovidius: *Cornaque et in divis haerentia mora rubetis.* Eustathius ex hoc ipso, ut puto, loco: σημειῶσαι, ὅτι καὶ τὰ τῆς βάτας μόρα λέγεται. Galenus de comp. med. τῶν κατὰ τόπους l. VI.: μίγνυμεν δὲ καὶ τῶν βάτων τὸν καρπὸν, ὃν ἔνιοι μὲν ἀπὸ τῆ Φυτῆ παρανομάζουσι, βάτινα προσαγορεύοντες· ἔνιοι δὲ συνδέτω προσηγορίᾳ μόρα καλεῖσι, προστιθέντες τὰ ἀπὸ τῶν βάτων. Hieronymus Paulino: *Amos pastor et rusticus, et ruborum mora destringens.* In Aeschyli versibus scribe μιλτοπρεπέσι vel μιλτοπρέποισι, ut laudat Eustathius: et omnino cum MSS. ταυτῆ χρόνα. Sensus est: pendere in eadem arbore aut frutice mora alia alba, alia nigra, et item alia rubra. Pro γογγύλον μόρον Eustathius scribit σρογγύλον· quod idem est. Sciendum etiam, μῶρα per ω longum scribi in quibusdam exempl., ut mox τὸ μῶρον τὸ βατῶδες· sicut in Galeni libris saepius. Ovidius: *haerentia mora rubetis.* Eustathius per ο parvum semper, ex Athenaeo.



## CAPUT DUODECIMUM.

*Phaniae Peripatetici libri de plantis. Locus ex illis con-*  
*clamatus. ἄβρουα. Βάτια et Βάτινα. μόρα et συ-*  
*κάμινα unde dicta. κάρυα dicta omnia ἀκρόδρουα.*  
*καπυροτρώγονα κάρυα. μόσηνα κάρυα. Cypriae*  
*amygdalae praegrandes. μύκηροι. Amygdalae veri-*  
*loquium. Proverbium: "Ονος βαδίζεις εἰς ἀχύρας*  
*τραγημάτων. Alia non pauca.*

**P**haniam Eresium, Theophrasti popularem et condisci-  
 pulum, commentarios de natura plantarum edidisse, te-  
 stimonio Athenaei discimus, qui multa ex illis descripsit  
 et nobis conservavit. Librum quintum ejus operis nomi-  
 natim laudatum non semel ab ipso auctore offendes: ut  
 facile intelligas, non levem eam operam fuisse, quae τὰ  
 παραλειπόμενα tantum et indicta Aristoteli ac Theophrasto  
 contineret, sed accuratam universi ejus argumenti tracta-  
 tionem. Plinius quoque inter auctores, unde τὰ περὶ Φυ-  
 τῶν mutuatum se profitetur, Phanium (qui et Φανίας pas-  
 sim in MSS., etiam Suida teste) physicum nominat. Ejus  
 auctoris sunt haec in Athenaeo verba: Τὸ μόρον τὸ βατῶ-  
 δες, ξηρανθείσης τῆς σφαίρας τῆς συναμινώδης, σπερματι-  
 κὰς ἔχει τὰς συναμινώδεις διαγονὰς, κατὰπερ ὑφαίνσας, καὶ  
 διαφορὰς ἔχει ψαθύρας καὶ εὐχύμας. Quae non eo pro-  
 tuli, ut explicarem, sed ut nihil in illis me intelligere in-  
 genue profiterer. Maximam a me gratiam inierit, qui  
 ista mihi exposuerit. Poteramus vel prioris interpretis  
 ignaviam, vel posterioris audaciam imitari, et aut haesi-  
 tantiam nostram dissimulare, aut aliquid excogitare, quo  
 planum ita fieret. At quia nihil veniebat in mentem, quod  
 satis probabile videretur, fucum lectori faciendum non  
 duximus. Scripti codices nihil nos adjuvant, nihil Eu-  
 stathius, nihil Theophrastus neque Plinius. Athenaeus  
 hoc nos docet tantum, describi hic agrestis sycamini fru-  
 ctum. Quid igitur τὸ μόρον τὸ βατῶδες appellet, amplius  
 quaeramus: nam ruborum, quae proprie μόρα βατῶν vel  
 βατῶδη, non habent hic locum. Pro ὑφαίνσας placebat  
 Scaligero emendare ὑφαίμας, et locum ita concipere:  
 κατὰπερ ὑφαίμας, αἱ διαφορὰς ἔχει ψ. Item, quid σπερ-  
 ματικὰς συναμινώδεις διαγονὰς. Phantias idem in malvae de-  
 scriptione σπερματικὰς τύπας illius semen appellat apud  
 hunc ipsum: in bulborum historia σπερματικῆς κορυνήσεως



et *σπεριματώσεως* mentionem facit: in pastinacis *σπερμάτων πετασώδη φύσιν* agnoscit. An isti similesve hujus scriptoris loci huncce possint illustrare, statuunt rerum naturalium et hōn-*στα* literarum mystae. Nobis pleraque hujus physici in his commentariis relata aut obscura aut insigniter videntur esse corrupta. Sequentia sic fortasse concipienda: *καθάπερ ὕφαλμος ἕσας, καὶ διατροφῆς ἔχει ψ*. Prioribus verbis color huic pomo sanguineo proximus tribuitur: posterioribus succi natura declaratur. *ἄβρυνα* etiam Parthenio sunt *συκάμια*, quae Salmonio et Hesychio *ἐάτια*, Galeno constanter *βάτινα* plurimis locis. Demetrii Ixionis, veteris critici, verba male capta interpretibus. Ita illa scribe: *Δημήτριος δὲ ὁ Ἰξίων τὰ αὐτὰ συκάμια καὶ μόρα, οἷον αἰμόρροα καὶ σύκων ἀμείνω*. Id est: *Demetrius Ixion eadem putat esse sycaminu et mora: sic dicta quasi αἰμόρροα (nempe μόρα) et σύκων ἀμείνω (refer ad συκάμια)*. Vult mora ita dicta ob succi colorem: sycamina ob saporis praestantiam, quasi ficibus sapiant melius. Eustathius quo loco disputat de mutatione diphthongi *ει* p.106. in simplicem *ι* vocalem, hoc sycaminorum etymum non praetermittit. In ea historia, quae ex Pythermo narratur, scribendum: *περιπεσεῖν δὲ τέτω τῷ δεινῷ καὶ αἰπόλια*. Aliter non constat hellenismi ratio. *κάρυα* significatione laxa dici omne genus *κροοδρύων*, docet nos Athenaeus, addens: *Ἐπίχαρμος δὲ κατ' ἐξοχήν, ὡς ἡμεῖς Καπυροτρόγονα κάρυα, ἀμυγδάλας*. Sed *Epicharmus*, inquit, *per excellentiam juglandes nuces appellavit κάρυα*. Poetae verba, *Καπυροτρόγονα κάρυα, ἀμυγδάλας*, longe aliter et interpretes et alios doctissimos viros scimus accepisse: quasi vox *ἀμυγδ*. non poetae, sed Athenaei esset, quem putant hoc velle, *Epicharmum* per *κάρυα* intellexisse amygdalas. Sed falluntur omnes, quod clarum faciunt nimis *νοεῖαι* ὡς ἡμεῖς. Quis dubitat, vulgo Graecis *κάρυα* fuisse nuces juglandes? De iis sentire *Epicharmum*, probat auctor, qui *καρύων* et amygdalarum simul facit mentionem. Appositissimus est, quem subjicit Athenaeus, *Philyllii* locus: *Ὡὰ, κάρυα, ἀμυγδάλαι*. In versu *Epicharmi* quid sit *καπυροτρόγονα*, utcumque explicare possum: analogiam ejus verbi invenire non possum. Scripserit fortasse: *Καπυρὰ τρογάλια, κάρυ', ἀμυγδ*. Priore significato *κάρυα* dixerunt et amygdalas et castaneas, inquit Athenaeus. Confirmat Hesychius: *καρύαι, τὰς ἀμυγδάλας καὶ κασάνες. καρύας* vocabant et amygdalam arborem et castaneam. *μόσηνα κάρυα* quatenam sint, exspecto, ut aliquis me doceat. In libris





medicorum plurima exstant *καρύων* cognomina. Unum il-  
 lorum hic latet, ut arbitror, corruptum. Phrynichi ver-  
 sus mutili sunt, sic, opinor, integrandi: — τὰς δὲ γομ-  
 φίδας Ἀπκντας ἄτως ἐξέκοψεν, ὥστε νῦν Οὐκ ἂν δ. Cypriae  
 amygdalae hodie in Hispania praesertim non raras: inde  
 allatas Lugduni vidimus, prorsus, ut ait Athenaeus, *παρὰ*  
*τὰς ἀλλαχόθι ἐπιμήκεις, καὶ κατὰ τὸ ἄκρον ἐπιμαμπείς.* Ma-  
 gnitudine triplo aut quadruplo vulgares superant: figura  
 accedunt ad filiquas. *παρὰ τὰς ἀλλαχόθι ἐπιμήκεις, oblon-*  
*giores sunt, quam quae nascuntur alibi.* Scripti: *παρὰ τὰς*  
*ἀλλαχόθεν, quae aliunde afferuntur.* *μυκήρας* Lacones di-  
 cuntur appellasse τὰ μεγάλα κάρυα. Hinc corrigas licet  
 Hefychium. *μύκηρος*, ait, *ἀμυγδαλῆ.* τινὲς δὲ τὰ μῆλα  
*κάρυα.* Emenda τὰ μεγάλα κ. aut τὰ μαλακὰ κ. Nam ita  
 MSS. isto loco. Possis etiam τὰ Μήλια κάρυα, quae fuit  
 Scaligeri conjectura. Lacones igitur sic: Tenii non ma-  
 gnas, sed dulces amygdalas aut nuces *μυκήρας* dicebant.  
*Τηνίς* δὲ τὰ γλυκερὰ κάρυα. Tenii sunt populi Teni in-  
 sulae, Cycladum unius. Etymon dictionis *amygdala*,  
 quod ex Herodiano affertur, idem est cum iis, quae ex  
 Oro describit auctor Etymologici, ubi scribendum: Ἀμυ-  
 γδάλη, *παρὰ τὸ ἐν τῇ καλυφῇ τῇ μετὰ τὸ ἔξω χλωρὸν πολ-*  
*λάς ἀμυχὰς ἔχειν.* *Amygdala inde dicta, quia in tegmine,*  
*quod extimo viridi proximum est, multas ἀμυχὰς, id est sca-*  
*rificationes, habeat.* Ita Graeci a figura: Hebraei *תרו*,  
*quasi vigilantem,* vocant amygdalum. Quoniam, ut scri-  
 bit Plinius, *ex his, quae hyeme aquila exoriente concipiunt,*  
*floret prima omnium amygdala mense Januario.* Et arbo-  
 rem et fructum eadem voce significari observat Hefy-  
 chius: *ἀμυγδαλῆ τὸ δένδρον καὶ τὰ τραγήματα.* Ineptissime  
 hodie in codicibus ejus grammatici καὶ τὰ πράγματα. Pro-  
 verbium illud: *Ὀνος βαδίζεις εἰς ἄχυρα τραγημάτων, Va-*  
*dis asinus ad paleas bellariorum:* sive, ut placebat illustri  
 Scaligero, *τράγημα σὺν, quae tua sunt bellaria:* propter  
 verbum *βαδίζεις* de iis interpretor, qui, postpositis me-  
 lioribus, eligunt deteriora. Secundae mensae neque ci-  
 bis constant succulentis, et fere sunt medicis suspectae.  
 Qui ergo nimium illis delectantur, asinis similes, qui non  
 grano frumenti, sed palea vescuntur. Ista ex Nicandri  
 Georgicis, *Φηγίνεον Πανὸς ἄγαλμα,* prorsus Sphingis aeni-  
 gma vel folium Sibyllae sunt mihi. Interpretes prover-  
 bium hinc exsculpunt ingeniosius, quam verius. Suetoni-  
 us auctor est, *Lutatium Daphnidem a Lenaeo Melisso*  
*per cavillationem nominis Πανὸς ἄγημα dictitatum.* Pote-



rant istis expleri chartae ab iis, qui adagium hic latere censent. Nobis aliter videtur, et de verò Panis simulacro, quod esset fagineum, Nicandrum esse locutum putamus. Quo autem consilio haec paucula verba ab auctore epitomae sint excerpta, hoc vero est, cujus causam quaero, nec invenio. Φηγοί, non Φηγύεον, pars MSS. habet, in qua lectione aliquod fortasse acumen. Jocus est παρὰ προσδοκίαν, cum ait Aristophanes: "Ἄγε νῦν τὰς ἀμυγδαλάς λαβὼν τασθί, κάτχξον τὴν κεφαλὴν σουτῆ λίθῳ. Age, sume has amygdalas, et saxo tibi caput frange. Expectabat auditor: et illas saxo frange. Plenae exemplis figurae hujus et Aristophanis et aliorum comicorum fabulae.

## CAPUT DECIMUM TERTIUM.

*Tryphonis locus illustratur. μκκηρόβατος, nucifrangibulum. κάρυα λόπιμα sive Euboica. κάρυος natura, et vox καρχευῶδες multis locis restituta. πλατὺ κάρυον, λελευκασμένον κάρυον. Esculi glandes inter bellaria. Ignis igne validior aut remissior. Castaneae dictae ἄμωτα vel μότα.*

**T**ryphonis, acutissimi grammatici, verba sunt: ἀμυγδαλῆ δὲ τὰ δένδρα, κτητικῆ παρὰ τὸν καρπὸν ὄντος τῆ χαρακτῆρος, καὶ διὰ τῆτο περισπωμένη. Hoc vult, ἀμυγδαλῆ, cum arborem significat, possessivae formae nomen esse, deductum a fructu, (id est, a voce ἀμυγδάλη fructum significante) ideoque circumflecti. Similis tonus aliorum ejusdem terminationis κτητικῶν, ut χρυσῆ, χαλκῆ, λεοντῆ. Confer interpretationes aliorum cum ista. Reperies, eruditissimos viros nescisse exponere παρὰ τὸν καρπὸν. Est autem usitatissimum grammaticis hoc genus loquendi. Nucifrangibulum Lacones vocabant μκκηρόβατον, inquit Pamphilus. Hesychius paulo aliter: μκκηρόβας, καρυοκατάκτης. Instrumenti hujus formam et vim ejusque causas explicat philosophus in Mechan. quaest. XXIII. Ipse vocat ὄργανα πρὸς τὸ καταγνῶναι τὰ κάρυα. Caput unum sequitur excerptorum in hanc sententiam: "Ὅτι Ποντικῶν  
p. 108. καλαμμένων καρύων, ἃ λόπιμά τινες ὀνομάζουσι, μνημονεύει Νίκανδρος. Saepe questi sumus de negligentia ejus, qui

has eclogas confecit. Insigne ejus exemplum hoc loco. Nam aut Εὐβοϊκῶν ille scripserat, aut scribere debuerat. Hefychius: Λόπιμα, κάσανα, οἱ δὲ Εὐβοϊκά. Quin ipsa Nicandri verba non longe post sequuntur: — λόπιμον κάρουόν τε Εὐβοέες, Βάλανον δὲ μετεξέτεροι καλέσαντο. Sequitur locus, qui plurimos magnae eruditionis et philosophos et medicos habuit exercitos: Τὰ ἀμύδαλα, Φησὶ Διοκλῆς, τρώφιμα μὲν ἐστὶ καὶ εὐκοιλία, θερμαντικὰ δὲ διὰ τὸ ἔχειν κεγχρῶδες τι. Falsissimum est, quod hic dicitur, amygdalas propterea esse calidas, quia milii naturam participant. Id enim est ἔχειν τι κεγχρῶδες. Atqui omnium medicorum consensu milium frigidae naturae est, non calidae. Doctorum alius aliter emendavit: vel ῥεγχῶδες, vel κερχνῶδες, vel ἐρευγῶδες, aut etiam, si Musis placet, ἐλαϊῶδες. Quae omnes conjecturae, si libere loqui licet, aspernabiles sunt, partim etiam ineptae. Veram emendationem ipsi, quod praefiscine dictum sit, primi nunc invenimus. Legendum enim καγχρουῶδες, vel, quod idem est, κγχρουῶδες. Quo etiam modo in MSS. postea exaratum inveni. Qui Theophrasti, Plinii ac medicorum libros legerunt, κάγχρυν vel κάχρυν vocari sciunt βλάσησιν illam, quae pilulae fere forma in quibusdam nascitur arboribus, ut robore, abiete, larice, picea, nuce et nonnullis aliis. Vim calefaciendi et desiccandi cachryi inesse, Dioscorides, Galenus et omnes medici affirmant, et cum his Plinius l. XVI. c. 8. Recte igitur Diocles ac vere, amygdalas esse calidas, quia habeant καγχρουῶδες τι. Caeterum cachryes et figura et natura vulgo ita erant notae, ut non raro philosophi medicique hujus comparatione suas disputationes illustrent. De figura habes exemplum apud Theophrastum l. III. Histor. in sorborum explicatione et Dioscoridem l. II. in descriptione ornithogali. De natura et temperamento, praeter superiorem Dioclis locum, alios reperias in hoc scriptore, si satis memini, duos: ambos similiter corruptos et opis nostrae indigentes. De nucibus Heracloticis paulo post scriptum: ἔχει δὲ τι κεγχρῶδες καὶ ἐπιπολασικόν. Doctos scio aliter emendare: ego non dubito, scribendum hic quoque καγχρουῶδες, id est, *habet aliquid cachryi simile, et quod innatet.* τὸ ἐπιπολασικόν rerum pinguium scimus esse proprium. Cachryas inter pinguia ponas licet aut λιπαρῶδη. Theophrasto in III. Histor. κορύνη quaedam dicitur καγχρουῶδης simul et λιπαρά. Tertio autem istorum librorum: Φιλότιμος τὸ Περσικόν Φησὶ λιπαρῶτερον καὶ κεγχρῶδες εἶναι. Scribo et hic καγχ-



χρυσῶδες. πλατὺ κάρυον Dalecampius *castaneam* interpre-  
 tatur, cum ait auctor: τὰ δὲ πλατέα Φυσωδέερα ἔσι. Su-  
 specta nobis haec sententia. Sequitur namque ex Philo-  
 timo: Τὸ πλατὺ καὶ τὸ καλέμενον Σαρδιακὸν δυσκατέρχασά  
 P. 109. ἔσι. Manifesto separantur nux lata et Sardoniana. Constat  
 inter harum rerum peritos, Sardonianum κάρυον esse casta-  
 neam: aliud ergo nux lata. Nam quod vim hujus argu-  
 menti eludit Dalec. pro eodem accipiens latum et Sardia-  
 num κάρυον in superiorum verborum versione, fallitur vir  
 doctus, et incuria hellenismi peccat graviter. Ego non  
 video, cui nucum generi latae cognomen potius conve-  
 niat quam amygdalae, quam et Diphilus paulo post pro-  
 nuntiat Φυσαίδη. Galenus nondum perfecte maturas nu-  
 ces vel amygdalas solet appellare χλωρὰ κάρυα καὶ ὑγρά,  
 et ἄποια καὶ ὑδκτώδη. Diphilus apud Athenaeum eas, quae  
 tantum quod maturitatem sunt assecutae, λελευκασμένας  
 quoniam materia illa ovi albumini similis, quae tempore  
 suo in nucem duratur aut amygdalam, immatura coloris  
 est aquei, matura candidi. Diphili verba: τὰ ἀπαλὰ καὶ  
 λελευκασμένα εὐχυλώτερα ὑπάρχει. Et mox: τὰ ἀπαλὰ καὶ  
 πλήρη καὶ λελευκασμένα καὶ γαλακτώδη ὄντα. Plenas appel-  
 lat, quae non sunt siccae. λελευκασμένας, quae probe  
 maturuerint, et ex ipsa maturitate candorem consecutae.  
 Lego τὰ δὲ σκληρὰ καὶ σφυφὰ, καὶ ἄπερ αἱ τε Φηγοί. Sic  
 enim paulo post, ubi haec repetuntur: τὰ δὲ σκληρὰ καὶ  
 σφυφὰ πεπαίνεται. Φηγοί sunt esculi glandes, quibus in-  
 ter bellaria dant locum Plato l. II. de republ., Alexis alii-  
 que auctores. Aspera fructuum genera et dura emendari  
 scribit auctor τῇ πυρώσει, coctura ignis, addens: εἰάν τις  
 ὀλίγω καὶ μαλακῶ πυρὶ χρῆται. Mollem ignem appellat,  
 quem Galenus de ther. ad Pisonem πῦρ κῆφον, Theophra-  
 stus et multi comici μαλακώτερον et ἥττον θερμόν in l. de  
 igne, Philemon comicus ἀνειμένον. Apud Dionem Chry-  
 sost. πῦρ χλιαρὸν et ἰσχύον καὶ ἀκμαῖον opponuntur in orat.  
 de invidia. Quo autem modo ignis fiat igne validior aut  
 remissior, docebit te acutissimus Theophrastus eo, quem  
 modo nominavi, libro. In frequentia cohaesioneve par-  
 tium aut raritate positam hujus rei causam, vere statuit  
 divinus vir, Julius Caesar Scaliger. Nicandri versum de  
 castaneis apud Eustathium emendes licet ex hoc loco  
 Ὅδ. τ. Castaneas quidam vocarunt ἄμωτα, noster ait,  
 Dioscorides vero μότα. Alteruter videtur corrigendus.  
 Crobyli verba sic redigi possunt sub metri legem; — χλω-  
 ρὸν ἐρέβινθόν τινα Ἐποττάβιον κενὸν ἔλωε. τράγημα δὲ



Ἔστιν πιθήκε τῆτο δὴ πρὸ δυστυχῆς. De Homeri versu con-  
 sile ejus interpretes Ἰλ. ν.

## CAPUT DECIMUM QUARTUM.

*Xenophanis ætas in tempora Darii Persæ aut Xerxis  
 incidit. κρηῖος, genus ciceris. Cicadae olim esitatae.  
 Eustathii error indicatur. Aeliani locus obscurus.  
 Δειοπαγῆς vel ΔειοΦαγῆς. ζυμωτικὸς τῆς σαρκός.  
 Formula imprecationis Μὴ ὤραισιν ἴκοιτο. Δέρμος  
 δημόκοινος. Emendata et illustrata multa.*

Restituimus ex membranis veram γραφήν in postremo  
 versuum Xenophanis: Πηλῖκος ἦσθ', ὃθ' ὁ Μῆδος ἀφίκετο;  
 Nam Μῆσος prior fuit lectio, quae eruditis hominibus prae-  
 buit occasionem comminiscendi aliquid ἀνισόρητον de My-  
 sis. Illi vero frustra fuerunt. Μῆδος est Persarum rex,  
 vel Darius vel Xerxes. Ita Graeci, praesertim Attici,  
 Persas nominant, et Latini. Catullus: *Cum Medi irru-  
 pere novum mare.* Horatius: *Neu sinas Medos equitare in-  
 ultos Te duce, Caesar.* In Xenophanis tempora incidisse  
 Persarum irruptionem in Graeciam, vel hic locus mani-  
 festo arguit. Sunt e veteribus, qui claruisse Xenopha-  
 nem tradant Ol. L. In his, si bene meminisset Eusebius. Me-  
 lius Diogenes Laërtius: ἡμαρζε κατὰ τὴν ἐξηκοστὴν Ὀλυμ-  
 πιάδα. Florebat Ol. LX. Quin hic quoque numerus justo  
 fortasse minor est. Fuit enim Xenophanes natus minor  
 Pythagora, quem ἀκμάσαι scribunt Ol. LX. Marathonia  
 pugna, qua Darii copiae ab Atheniensibus devictae, pu-  
 gnata est anno II. Ol. LXXII. Xerxis transitus in Grae-  
 ciam incidit in annum II. Ol. LXXV. Intercessisse annos  
 aliquot, puta XV. aut XX., ab ea pugna, de qua loqui-  
 tur poëta, ad id tempus, quo haec ipsi componebantur,  
 per est verisimile. Sedeat nunc ad calculum lector dili-  
 gens, et temporum rationem ineat: reperiet, verum non  
 esse, florem ætatis suae obtinuisse Xenophanem circa  
 Ol. LX. etsi scio, longævum hunc virum fuisse, et ul-  
 tra XCII. annum vitam extendisse. In verbis Sapphus ἐπ'  
 αἰώνων valet in littore. Nam etiam quidam MSS., dissimu-  
 lata dialecto Dorica, ἡἰώνων praeferunt. Interpres ἀπ'  
 αἰώνων, perpetuo: magno errore. Vera lectio etiam apud



Eustathium Ἰλ. ν., qui χρυσεῖς ἐρεβίνθοις interpretatur *coloris buxci*, quia οἱ πυξοειδεῖς ἐρεβίνθοι nigris praesent, ut sequitur non longe inferius. κρείς inter cicerum species non solum Theophrastus recenset, verum etiam quicumque hoc tractarunt argumentum. Suspiciatur Eustathius. κρείς dictos propter magnitudinem de nomine Crici, Coeli filii, ut est in fabulis. Favent optimi viri conjecturae Sophili mox verba: Ὁ πατήρ ὁ ταύτης πολὺ μέγιστός ἐστι, κρείος ἐρεβίνθος. Ac sicut modo per *ei*, modo per simplex *i* scribitur κρείος, cum cicer significat; ita et nomen Gigantis in Hesiodo Κρείος, Apollodoro Κρίος. Vide et l. III. c. X. Sed de isto genere cicerum contraria scribuntur magnis auctoribus. Plinius κριὸν ab arietini capitis similitudine scribit appellatum, et parvitate eos facit insignes. Galenus l. I. de vir. alim.: μέλανες δ' εἰσὶν ἔτοι καὶ μικροί, κατὰ Βιθυνίαν μάλισα γινόμενοι, καὶ καλέμενοι κριοί. Cicadas venisse antiquitus in pauperum mensas non minus quam locustas, de quibus dubitat hodie nemo, clare testatur Alexis, vetulam pannuciam ita loqui faciens: τὰ μέρη δ' ἡμῶν χ' ἡ σύνταξις τῆ βίης ἐστὶ κνάμος, θέρμος, λάχανον, γογγυλῖς, ᾠχρος, λάθυρος, Φηγός, Βολβός, τέττιξ. Eustathio hoc adeo visum est absurdum, ut τέτιξ, non τέττιξ, hic scripserit, et de nescio quo edulii genere eam vocem exposuerit. τέτιξ, inquit hunc locum

p. 111. Alexidis interpretans, βρώσιμόν τι καὶ αὐτὸ, ὃ καὶ σημεῖωσαι. Fallitur vero Eustathius: nam esitatas veteribus fuisse cicadas, et quidem provocandi appetitus gratia, quod magis mirum, auctor Athenaeus l. IV. ἡσθιον, ait, καὶ τέττιγας καὶ κέρκωπας ἀνασομώσεως χάριν. Eodemque in libro Anaxandridae versus habentur de apparatu nuptiarum Iphicratis, ubi τέττιγες ὄπτοι inter caetera recensentur. Hinc illa Aeliani gravis indignatio contra sui faeculi homines, qui musicum animalculum in cibi usum vertere non vererentur. Ἐγὼ ἶδον καὶ τέττιγας εἶραντάς τινας, καὶ πιπράσκοντας ἐπὶ δεῖπνον· καὶ μάλα γε ἐδείπνει, τὸ γάρ τοι ζῶον τὸ πάμβορον τῆτο ἐδὲ ὑμῶν φεῖδεται· ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς ταρίχης ἐργάσασθαι τολευῶσι. καὶ σφᾶς αὐτὰς λελήθασιν ταῖς Μύσαις ταῖς Διὸς θυγατράσι ταῦτα ἀπὸ θυμῆ δρωντες. Hoc est: Ego vero quosdam vidi, qui cicadas in lineam digererent, et ad coenam venderent. Nec defuit, qui illis, et avide quidem vesceretur. Istud enim, o cicadae, omnivorum animal ne vobis quidem parcit, sed etiam de vobis salsamenta conficere homines sustinent: invitis Musis, Jovis filiabus, hoc se facere ignorantēs. Ita exponi debet

Aeliani hic locus. Ubi tamen scribi malim καὶ μάλα γέ τις ἐδείπνῃ, vel ἄλλας ἐδ., et εἰ καὶ σφῆς αὐτὰς εἰ λελήθῃ, *etsi non nesciunt homines, offendi Musas esu cicadurum.* Quamquam non est fortasse haec postrema emendatio necessaria. *Neque intelligunt, qui hoc faciunt, rem se facere Musis, Jovis filiabus, ingratham.* Redeo ad Alexidis anum, quae ait paullo ante: δύο δ' αὐτοῖς συγκοινωνῆμεν μάζης μιᾶς. Exarati manu μικρᾶς. Eadem vetula recensio ciborum, quibus quotidie vesceretur, ita claudit: τὸ τε Δειοπαγῆς μητρῶν ἐμοὶ μελέδημα, ἰσχᾶς, Φρυγίας εὐρημα συκῆς. Hoc est: *carica, divinum Phrygiae ficus inventum, mea cura.* Ita laudat hunc locum Eustathius Od. η. L. III. scribitur ΔειοΦαγῆς, *divinus cibus.* Sed ibi membranae ΔειοΦανῆς, *a diis ostensum.* Cum ait Φρυγίας εὐρημα συκῆς, videtur joculari facta allusione ad Phrygiam deam sive Pessuntiam. In Pherecratis versu, Τακερῆς ποιήσεις τὰς ἐρεβίνθας εὐθέως, poeta scripserat αὐτόθι vel αὐτόθεν, cujus vocis interpretamentum est εὐθέως. Vide l. IX. in. Recte emendavit eruditissimus Dalecampius ζυμωτικοὶ τῆς σαρκὸς pro ζημωτικοί. quae vox cum nihil significet, a Natali mutata est in ζημωτικοί. Dalecampio assentiuntur meliores codd. ζύμωσιν ἥπατος apud Hippocratem interpretatur Erotianus οἰδηματώδη ὄγκον, *tumidam molem*, id est, tumorem praeter naturam. Flatusosum esse cicer non minus, quam fabam, magisque alere et ad Venerem incitare, scribit Galenus, quae omnia vocem ζυμωτικός nobis explicant: de quo ad Persium plura meminimus ante sex septem annos scripsisse. Subjecti verbo ΘΕΡΜΟΙ versus cujus sint poetae, ignoramus. Id nobis invidit auctor istorum excerptorum. Quia incipit illorum primus, Μὴ ὄραιοι μετὰ τῶν κακῶν ἴκοιτο, putant docti homines, ex Horis, fabula Aristophanis aliave Cratini ejusdem nominis, locum esse descriptum, et in eam sententiam corrigendum. Vellem, pro ea notitia, quae inter nos fuit, nunquam venisset hujus in mentem optimo viro: nam p.112. plane vana et fallax est ista illius divinatio. Graecis usitata formula fuit, cum imprecari alicui exitium vellent et mortem anno vertente citiorem: μὴ ὄραιοι ἴκοιτο. Lucianus in d. d.: Ἀπαγε· μὴ ὄραιοι ἴκοιτο τῶν ὑπὲρ αὐτὸν ἐπιθυμῶν. *Arge: pereat anno citius, quicumque altiora se concupiscit.* Latini simpliciter dicerent *Male pereat.* Idem Lucian. in ἐταιρικοῖς dial.: Μὴ ὄραιοι ἴκοιτο ὁ λῆρος ἐπεινος, τοιαῦτα παιδεύων τὸ μερᾶκιον. In l. de saltat.: Μὴ ὄραιοι ἄρα ἰνοίμην, εἴτι τοιαῦτον ἀνασχοίμην ποτέ. Aristo-



phanes diverso casu extulit in Lyfistr.: Ἄλλὰ μὴ ὥρας ἴκοισθ' ὡς ἐσὲ θωπικαὶ φύσει. Theophylactus in epist.: Μὴ ἴκοιτο ὥρας ὁ Λεύκιππος. Plutarchus in Themist. ex oda Timocreontis Rhodii in Themistoclem: οἱ δ' ἡσθιον κ' ἠύχοντο, μὴ ὥραν Θεμισοκλῆς γενέσθαι. Haec sunt mendosa. Scribo: μὴ ὥραις vel ὥρας Θεμισοκλῆς παργενέσθαι, ne ad anni finem perveniret: hoc est, ut ante annum vertentem moreretur. Dionysius Halic. mentem hujus locutionis explicat, cum ita scribit in. l. de struct. dict.: ἐκείνην τὴν πραγματείαν εἰς νέατα πάλιν ὥραις ταῖς αὐταῖς προσδέχῃ. Igitur ὥραι in hac formula est annus vertens. Et ὥρας et ὥραισι dictum pro εἰς ὥρας, ut in contraria bene precandi formula apud Theocritum: Κ' εἰς ὥρας κ' ἤπειτα, Φίλ' ἀνδρῶν, ἐν καλῷ εἴης. Plato epist. 7.: μένε ἐπὶ τέτοις τὸν ἐνιαυτὸν τέτον' εἰς δὲ ὥρας ἄπιθι. Glossarium: εἰς ὥρας, ad annum. Aristophanes Ran. articulum inferens diverso sensu accepit pro quot annis: Ἡ τὴν πόλιν σῶζειν Φησ' εἰς τὰς ὥρας. Nunc corruptum istius poëtae locum emendemus. Scribendum enim: Μὴ ὥραισι δὴ ἴκοισθ' ὁ τὰς Θέρμης Φαγῶν. Nam illa insititia μετὰ τῶν κακῶν reliquiae sunt scholioli, quo loquendi hoc genus explicabatur. Primae duae syllabae vocis ὥραισι coalescunt in spondaeum cum praecedente μὴ, ut apud poëtam Ἡ εἰς ὥρας. Olim emendabam: — μὴ ὥραισι δὴ, Φεῦ τῶν κακῶν! ἴκοισθ' ὁ τὰς Θέρμης Φαγῶν. Tertium versum ita scribo: Ἄλλ' ἐκ ἀπεπνίγη καταΦαγῶν. τίς δ' ὄδε; Sextum indubitanter ita expleo: Ἀπέβαλεν ὄσπρις λέπος Κλεαίνετος. In priore versu Lycophronis scribo Καὶ δημόκοινος ἐπεχόρ., non δημόκριτος. Θέρμος δημόκοινος, cicer plebejum. Persius: plebeja radere beta. Alteram lectionem, si cui forte magis arrideat, exponimus libro sequente. Sed vocem δημόκοινος in Eustathii scimus exstare commentariis.

## CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Athenaei mos in describendis poëtarum locis. Θερμοκύαμος. Grani ζώωσις vel θηρίωσις. ἀπεγλυκασμένος, et similia multa. Φώζειν vel Φώγειν. δρυπέπεισ ολίνας. Aristophanis fabula Νῆσοι. Φαῦλαι ολίνας. Σεμφυλίδες oleae et γεργέριμοι. Ξυγ-



γίνεσθαι δρυπέπεσι. *Scandix olus vile. Vocis ξα-  
Φανίδες renulitima anceps. ἄπλυτοι ξαΦανίδες ἐς  
θαλάσσιαι vel Θάσιαι.*

Solet Athenaeus, quando plusculos ex aliquo poëta ver- p. 143.  
sus describit, multa saepe omittere, quae ad sententiae  
summam nullum momentum habeant. Hoc observato, fa-  
cile est videre, quomodo concipiendi hi versus Diphili:  
Οὐκ ἔστιν ἔδεν τεχνίον ἐξωλέσερον Τῆ πορνοβοσκῆ. Κατὰ τὴν  
ὁδὸν παλεῖν περιπατῶν βέλομαι. In secundo versu praeter-  
missus est alicujus sermo, qui loquentem erat interfatus.  
Observandam apud Diphilum vocem *θερμοκνώμης*, admo-  
net brevior ex Athenaeo: *σημειώσῃ, Φησὶ, τὸ θερμο-  
κνώμης, ἐπεὶ καὶ νῦν ἔτι λέγεται.* Eustathius: *Δῆλον δ' ἐκ  
τῶν παλαιῶν, καὶ ὅτι συνθέτως θερμοκνώμοι λέγονται, οἱ καὶ  
ἀσυνθέτως θέρμοι λεγόμενοι.* Theophrasti codd. habent  
hodie *μόνα ἔ ζωῆται τῶν σιτωδῶν.* - Athenaeus *τῶν χεδρα-  
πῶν*, et ita Eustathius. Non refert hylum. Sic saepe suis  
pro Theophrasteis verbis utitur, ut supra quodam loco  
*τεταμένον* pro *τετανόν.* Et his similia multa. *ζωῆσθαι*  
granum dicitur, quod *ζῶον ἐμφύει, in quo animal innasci-  
tur.* Alibi *θηρισθαι* dixit Theophrastus, ut in I. de causis.  
c. 7.: *ἔ θηρίσται, κατὰπερ τὰ σιτηρὰ τῶν σπερμάτων.* Sed  
quomodo verum erit. cicer non *ζωῆσθαι*, cum statim se-  
quatur, generari in cicere *κῆμπος*; Omnes libri constan-  
ter: *ὁ δ' ἐρέβινθος, Φησὶ, μέγας γίνεται διαφθειρόμενος.*  
Dalec. *μέλας.* Diphili Siphnii dictum est, lupinos abster-  
gendi vim habere, multumque alere, maxime autem *τὰς  
ἐπεὶ πλείον ἀπεγλυκασμένους*, hoc est, *eos, qui aqua dulci  
diutius fuerint macerati.* Galenus: *ἐφόμενος ὁ θέρμος, εἴ-  
τα βρεχόμενος ἐν ὕδατι γλυκεῖ, μέχρις ἂν ἀποθῆται εἰς αὐτὸ  
πᾶσαν τὴν σύμφυτον ἀηδίαν, ἐσθίεται.* Observabit curiosus  
lector *ἀπεγλυκασμένους* pro *ἀπογεγλυκασμένους.* Sicut I. III.  
*διέγλυπται* pro *διαγέγλυπται* et *ἀπεγλαυκαμένος* apud Ale-  
xidem, ut dicemus I. III. c. 30. Sic *ἐβλάσηκεν, ἔυτικεν,  
ἐβέλευκεν, ἐξεπίακεν*, et *τυρὸς ἐξεγλυμένος, καὶ ἄλλα μυ-  
ρία*, inquit Eustathius. L. III. in Diphili versu *εὐπορηκῶς.*  
Apud Appianum *ὑπομενηκῶς* I. Ἐμφυλ. Apud Galenum *γα-  
στέρα ὑπερθερμασμένην* I. II. de fac. nat. Eunapius in Liba-  
nio vocat *λέξεις καταγλωττισμένας*, quas alii *glossas*, exo-  
ticas aut raras voces et interpretationis indigentes. Fal-  
luntur, qui accipiunt aliter. Legi apud Achillem Tatium  
vel Tatii F. I. I. *ἐκπεπλήγγην τὸ κάλλος* in accuratiss. MSS.



pro ἐξεπεπλήγμην. Saepe enim in eo tempore τὴν αὔξησιν  
 omittunt scriptores: cujusmodi sunt in Euangelio πεποιή-  
 κεισαν, παραδεδώκεισαν et ἐμβεβλήκει: apud Basilium συ-  
 γέγραπτο, συνδέδετο et νεναρκήκει. Interdum e contrario  
 ἀναδίπλωσιν non necessariam reperias, ut in πεφθάρθαι et  
 πεφθαρμένος apud Epiphanium: cujus est etiam istud,  
 ψυχὴ παρὰ τὸ πεψύχθαι. Sed haec ἑδῶ πάρεργον. In Epi-  
 charmi versu de phaselis edidimus ex MSS. αἴχ' ὁ Διόνυσος  
 Φιλῆ. Videtur excidisse vocula σὲ ante ultimum verbum.  
 Φώγειν sive Φώζειν est *in foco aliquid torrere*. Eustathio  
 εἶδος πυρεύσεως. Melius, quam, ut alii, Φρύγεσθαι. Nam  
 τὸ Φρύγεσθαι proprium iis, quae in sartagine coquantur.  
 p.114. Scripta lectio habet mox: Σηπίαι, δρυπετεῖς τ' ἐλάαι.  
 Non δρυπετεῖς. Vocem δρυπέτεις non semel explicat Eu-  
 stath. cum accentu in penultima docens scribendam. Ait  
 Athenaeus: μνημονεύει τῶν θλασῶν ἐλαιῶν Ἀριστοφάνους.  
 Juvat cum istis conferre Pollucis verba I. VI. c. 9.: καὶ  
 θλασῶς δὲ ἐλαίας ἐν Νήσοις ἂν εὔροις Ἀριστοφάνους. Nefas  
 Aristophanis citat Pollux etiam VII. I. c. 42. Ille vero  
 Nefas nunquam, sed Νήσους fabulam docuerat. Quare ita  
 corrige cum in superioribus locis, tum apud Stobaeum  
 ferm. 54. Meminit hujus fabulae comici scholiastes in  
 Aves: εἴσοδος, ait, λέγεται, ἣ ὁ χορὸς εἰσεισιν ἐν τῇ σκηνῇ.  
 καὶ ἐν ταῖς Νήσοις. Τί σὺ λέγεις; εἰσὶ δὲ πρὸς αὐτὴν,  
 ἣν βλέπεις, τὴν εἴσοδον. Eam fabulam videtur poëta edi-  
 disse, ut insulanorum miseras sub imperio et episcopis  
 Atheniensium populo ob oculos poneret. Meminit Pol-  
 lux I. X. c. 11. Idem I. IX., ἐγὼ δ' εὔρον, ait, ἐν ταῖς Νή-  
 σοις Ἀριστοφάνους, εἰ μὴ ὑποπτεύεται τὸ δράμα ὡς Ἀριστοφά-  
 νους ἔγνησιον. Ita ibi legi debet. Deinde scribit interpres  
 Natalis: Πιτυρίδες καλεῦνται αἱ θλασαὶ ἐλάαι. Libri nostri  
 omnes cum editis Φαῦλαι ἐλ. Praeter generalem notionem  
 vocis Φαῦλος, quae omnibus rebus convenit minus bonis,  
 proprie olivarum quaedam species ita dicebatur ob par-  
 vilitatem. Grammatici: Φαῦλος λέγεται καὶ ἐπὶ σμικρότη-  
 τος· ὄθεν καὶ Φαύλη ἐλαία ἢ μικρόκαρπος, ἢ καὶ Φαύλα, γι-  
 νομένη, Φασίν. ἐκ κοτίνος κοπέντος καὶ μεταφυτευθέντος.  
 Oleas σεμφυλίδας alii interpretantur nigras, ut noster:  
 alii ἀπυρήνας, quae nucleum non habent, ut Hesychius.  
 Ubi scribe τὰ πιάσματα vel ἐκπιάσματα, non πτάσματα.  
 Speciem fuisse olivae, quae γεργέριμος diceretur, etiam  
 Hesychius adnotat. Quod non caricas solum, sed etiam  
 genus olearum ἰσχάδης Attici vocarint, verbo indicat ex  
 Didymo Athenaeus: pluribus ex Athenaeo Eustathius

ult. in Od. comment. Teleclidis locum qui inter depravatissimos retulerit, meo iudicio non erraverit. Interpretes quid sint in illo assecuti, quid non assecuti, esto aliorum iudicium. Nobis videntur pronuntiata haec in Teleclidis fabula ab aliquo divite de misello quodam diu male habito et, ut ait Lucilius, fami pleno. Narrabat beatulus iste, se rogatum ab illo aerumnoso, ut vellet ipsi drupparum suarum olivarum et mazaе copiam facere. Lego: Συγγενέσθαι διὰ χρόνους λιπαρεῖτό με δρυπέτεσι μάζαις τε· αἰεὶ γὰρ σκανδιῖσαι vel διασκανδιῖσαι. Hoc est: orabat me obnixē, ut sibi per me liceret druppis et maza tandem vesci: diu namque se scandice tantum vicitasse. Συγγίνεσθαι δρυπέτεσιν, rem habere cum druppis olivis, pro illis vesci, elegantia est non vulgaris. Sic ὀμιλεῖν οἴνω, vinum bibere. Et τῷ οἴνῳ προσιέναι apud Aelianum in III. V. H. Item συνεῖναι μαινίδιοις infra l. VII. ex Pherecrate. Simile etiam illud Aristophanis in Vespis: σεαφύλων ἐς λόγον ἔρχεσθαι. Et hoc etiam Alexidis: πρᾶγμα δ' ἔστι μοι μετὰ Φρέατος ἔνδον ψυχροτέρη Ἀραρότος, de quo l. III. c. 35. Non multo aliter Eupolis σπλάγχχνους συγγίνεσθαι, quod exposuimus l. III. c. 34. Sic Latini rem alicui esse cum cibo. Martialis l. III.: Res tibi cum scombro est, at mihi cum spratulo. διὰ χρόνους valet tandem post longum tempus. δρυπέτεσι scribendum προπαροξυτόνως. Eustathius de hac voce ex Athenaeo disputans: οἱ καὶ δοτικὴν πληθυντικὴν αὐτῶν πρόφερσι προπαροξυτόνον· δρυπέτεσι γάρ. Scribimus μάζαις τε· ut dicat misellus iste, diu factum esse, cum mazam non gustaverit. Nam et si pane vilior maza: tamen et maza catebant pauperiores, quos ait comicus in Pluto σιτεῖσθαι ἀντὶ μὲν ἀρτῶν μαλάχης πτόρθεσ· ἀντὶ δὲ μάζης φύλλ' ἰσχυῶν ραφανίδων. Scribo denique αἰεὶ δὲ σκανδιῖσαι, vel θηρόν δὲ σκανδ. Significat enim, se vitam diu sustentasse okere, et eo quidem non legitimo, sed scandice, cuius vilitas ex Aristophane et Plinio est nota l. XXII. c. 22. De voce ραφανίδες observatu dignum putavit Athenaeus, quod nos explicatu non debemus putare indignum. ραφανίδες καὶ ἐκτεταμένως καὶ κατὰ συσολὴν λέγεται παρὰ Ἀττικοῖς. Interpretes existimarunt, de prima syllaba illum loqui. Athenaeus de secunda sentit. Audi Eustathium, et cum eo scribe hunc locum: ἰσέον, ὅτι ἡ ραφανίς, ὡς ὁ Ἀθηναῖος καὶ αὐτὸ παραδίδωσι, διφορεῖται κατὰ τὴν κερῖδα, (dixerat paulo ante, et brevem et longam reperiri in ea voce penultimam) καὶ ἐκτείνει μὲν, Φησί. τὴν λήγεσαν Ἀττι-

Athen. P. III. T. I.

K



κῶς παρὰ Κρατίνῳ ἐν τῷ· Ταῖς ῥαΦανῖσι δοκεῖ, τοῖς δ' ἄλλοις ἔλαχάνοις (vel τοῖς δ' ἄλλοισι λαχάνοις ἔ, est integer heroicus, quales interdum etiam comici usurpant) συσέλλεται δὲ παρὰ Εὐπόλιδι ἐν τῷ· ῬαΦανίδες ἄπλυτοι Cratini versus integer est anapaesticus trimeter. In versu Eupolidis τὸ ἄπλυτοι jungendum esse cum ῥαΦανίδες, non sine causa dixit Athenaeus. Hesychius: ἄπλυτοι ῥαΦανίδες, ἔτως ἔνιοι, καὶ ἔ ποτάμικι, ἃς δὴ καὶ Θαλασσίας τινὲς ἔλεγον. Videtur is grammaticus hunc ipsum Eupolidis locum respexisse. Quod si verum est, dubitari non potest, scribendum esse καὶ ἔ σηπιαί. Confer cum isto Athenaei loco diligenter. Simul observa, quas vocat Hesychius Θαλασσίας ῥαΦανίδας. dici in nostris Athenaei codd. Θασιίας, corruptis sine dubio aut hujus aut illius exemplaribus. Ab Hesychianis stant aliquo modo Theophrastea, in quibus λειοθαλασσία dicitur semper, quae Λειοθασία in Athenaeo.

## CAPUT DECIMUM SEXTUM.

*Ignis inter cibos. πῦρος. Veteris comoediae choriagium venue. σκευή hominis rusticī. διαμασχαλιζειν. σκελῖς et σκελῖς. Πιτυίδες, κῶνοι, πυρήνες. Mnesitheī libri περὶ ἐδεσῶν. Ἀπύρηνος ἀκρόδρουα, ἀπύρηνος ἰχθύς. Nucleus. ὠόν, ὠῖον, ὠεον et ὠβρον. Digamma inter duas vocales. Mulieres σεληνίτιδες. Μολιόνη et Μολιόνες. λεύκιππος. χναύειν. Onorum parandorum multiplex ratio apud veteres.*

Quantum licet conjicere, videtur Callias argumento tenuis illius et ἀπερίττα τροφῆς, cujus in antiquissimis comoediis erat mentio, antiquitatem ejus generis poëseos p.116. probatum esse. Ait enim auctor: περὶ γὰρ τῆς ἀρχαιότητος τῆς κωμῳδίας διεξιὼν, Φησὶν· Ἔτνος, πῦρ, γογγυλίδες, ῥαΦανοί, δρυπέπεις, ἐλατήρες. Ignem, ut vides, inter cibos recenset, quem Euenus τῶν ἡδυσμάτων τὸ ἀριστον, condimentorum optimum, appellabat. Alii Prodicum id dictum attribuunt, ut Plutarchus in praec. fanit. Alibi dicebamus, ignem apud veteres habitum esse εὐωχίας ση-

ραντικόν. -Tamen ista non adducunt me, ut recte πῦρ  
 isto loco scribi credam. πύος fortean aut tale quid poëta  
 scripserat. πύος est lac illud, quod Latini *colostrium* vo-  
 cant. πυρὸν quoque inter ἐδέσματα jure posuerit. Ephip-  
 pus comicus etiam inter τραγήματα χόνδρον, πυρὸν, μέλι.  
 Potest etiam Calliae locus intelligi de more Φυλλοβολίας  
 antiquissimo apud Graecos: de quo multa diximus, non  
 aliena fortasse ab hoc loco, in VI. l. Tranquilli. Nascen-  
 tis comoediae rudimentum primorumque histrionum te-  
 nue choragium describit Aristophanes hisce verbis:  
 Ὁ χορὸς δ' ἄρχεῖτ' ἄν ἐναψύχμενος δάπιδας καὶ εἰρωμα-  
 τόδεσμα, διαμασχαλίσας αὐτον σχελίσσι καὶ Φύσκαῖς καὶ  
 ῥαφανίσιν. Haec est σκευὴ hominis rustici in prisca co-  
 moedia. διαμασχαλίσας valet *suffarcinatus*. σχελίσσι MSS.  
 Vulgo σκελίσσι. Quod idem esse, auctor Hesychius. Non  
 dissimilis hominis rustici character apud Theophrastum:  
 καὶ τῆς αὐτῆς ὁδῆ παριῶν κομίσασθαι παρ' ἈρΦίε τὰς  
 παρίχας. Mnesitheus, medicus Atheniensis, ὄστρακίδας  
 appellabat in libris suis περὶ ἐδεσῶν (hujus operis idem ar-  
 gumentum fuit, atque librorum Galeni de facultatibus ali-  
 mentorum, ubi etiam Mnesitheus facit mentionem) τῶν  
 κώνων τὰς πυρῆνας, ἔτι δὲ κώνας, id est, *strobilorum nucleos*,  
 quos etiam vocabat κώνας. Si originem spectes, ὄστρακί-  
 δας, q. d. *testulas*, eleganter appellaverit opercula illa,  
 sub quibus in strobilo latent singulae πιτυίδες sive nuclei.  
 At Mnesitheus, ut observat auctor, ipsos nucleos sic vo-  
 cabat, ἔτι δὲ κώνας, hoc est, ut nos interpretamur, eos-  
 dem nucleos vocabat κώνας. Apud Theophrastum alios-  
 que conus est ipsum pomum, intra quod αἱ πιτυίδες con-  
 tinentur: interdum arboris nomen est, ut in l. VII. Pauli  
 Aeginetae. Dalecampii sententia foret vera, si esset scri-  
 ptum ἔτι δὲ τὰς κώνας. Porro variis nominibus appella-  
 tum fuisse antiquis Graeciae scriptoribus illud in strobilo,  
 quo vescuntur, docte nec superflue hic adnotatur ab  
 Athenaeo. Qui Hippocratis, Galeni et aliorum id ge-  
 nus scripta amant, habebunt, scio, gratiam. Quod ait,  
 οἱ πολλοὶ δὲ πυρῆνας, verissimum est: nam apud Galenum  
 et caeteros medicos πυρῆν στροβίλος est illud, quod edi-  
 mus e strobilo. Hunc usum vocis πυρῆν probat esse anti-  
 quum, allato Herodoti loco. Verba illius, quia minus  
 recte leguntur hic, apponam: καρπὸν δὲ Φορέει κυάμω  
 ἴσον, πυρῆνα δ' ἔχει τῆτο ἐπεὶ γένηται πέτον, σακκέ-  
 σιν ἱματίοισι. ἀπορρέει δ' ἀπ' αὐτῆ παχὺ καὶ μέλαν. De  
 auce avellana loquitur Herodotus, non de strobilo. Ideo



frustra allata ejus verba putant docti: qui non animadver-  
tunt, ab hypothefi ad thefin transisse Athenacum, et  
p. 117. illud in genere demonftrare, *πυρήνα* Graecis id quoque  
dici, quod in nucce aut strobilo aut alio quo fit esui aptum.  
Ufitatiore fignificatione *πυρήν* in oliva maloque punico  
nucleus ligneus dici folet, in uva τὸ γίγαρτον. Inde  
appellantur ἀπύρηνα, quae hujusmodi offe carent: et per  
translationem in his libris anguilla five lampetra dicitur  
ἀπύρηνος ἰχθύς, vocante auctore *πυρήνα τὴν ὀσώδη ἰχθυ-  
ηραν ἀκανθαῖν*, inquit Eufthathius. Simillimum apud Lati-  
nos in voce *nucleus* potest observari. In Herodoto pla-  
niffima effet lectio: τῆτον, ἐπεὶν γέννηται πέπων. Athe-  
nacum puto ita fcripiffie: neque id temere, ὡς γε ἑμαυτὸν  
πεῖθω. Ovum Graeci vulgo ὠόν, Sappho et Iones qui-  
dam ᾠόν, Dores nonnulli ᾠεον, Argivi ᾠβεον, fi Hefy-  
chio credimus. Aeoles more fuo inter duas vocales di-  
gamina illud fuum inferabant, ut in fimilibus omnibus.  
Imitati funt Latini, ut in plerisque aliis, *ovum*, *ovis*, *ae-  
vum*, *foevus*. τὰ καλέμενα ὑπερῶα superiores funt ae-  
dium partes, Latinis *coenacula*, non autem *tabulae* aut  
*contignationes*. *σεληνίτιδες γυναικες* vaniffimum commen-  
tum illorum funt hominum, qui lunam inhabitari a mor-  
talibus putarunt: cujus delirii Plutarchus meminit in  
comment. de facie, quae apparet in orbe lunae. Ibycus  
poëta Herculem intellexit, cum caneret: Τές τε λευκίπ-  
πες κέρκς, τέκνα Μολιόνας, Κτανόντα. Is est, qui occi-  
dit Alectoridas Molionas five Molionae filios. Potest  
fcribi vel *Μολιόνας*, *Μολιοναε*, vel *Μολίονας*, *Μολιονες*.  
Nam et Moliona horum mater, et ipfi Moliones poëtis  
dicti pro *Μολιονίδα*. Vide H. λ. Recte etiam *λευκίππες*,  
non *λευχιππες*. Confule Eufthathium. Erat fcriptum:  
πάντα ταῦτ' ἐχναύομεν. Fecimus ἐχναύομεν. Eufthathius:  
ἔσι καὶ ἑτέρα ὁμοία σκευαρία παραγωγῆς ἐν τῷ χναύειν, ὃ ἐστὶ  
λίχνως ἐσθίειν. ἔ καὶ ὁ Ἀθηναῖος μέμνηται: οἶον, πάντα  
ταῦτ' ἐχναύομεν. Plura ille de hoc verbo, quae legant  
tirones, ut de interpretatione Dalecamp. \*) ferant judi-  
cium. Ovorum forbilium ex Nicomacho poëta meminit  
Athenaeus. Medicinae auctores Graeci, Latini, Arabes  
cum iftorum passim mentionem faciunt, tum etiam τρο-  
μητῶν (*tremula* medicis Latinis), ἐφθῶν, ἐξεφθῶν, τηγα-  
νισῶν et πνικτῶν. Quorum et Theophrastus in l. de igne  
meminit. Item ἀπαλῶν, quae Coelius Aurelianus *ova*

\*) [Omnia illa hiantes nos votavimus. Dalech.]



*hapala* nominat. Leges etiam *ova affata* apud eundem. *πηκτά* legi apud Aëtium: sed *πνικτά* videtur scripsisse auctor. Simeo Sethi etiam τῶν κοινῶς λεγομένων αὐγοεικλήπων· nisi menda est in codice. Eidem ἐξεφετὰ dici invenio, quae in aqua calida coquuntur. ῥυτὰ ova nominat Moschion περὶ γυναικ. c. 126. Sorbilia paene cruda forbebant, et, ut loquitur Dioscorides, ὠμὰ ἀπροχλίχρα. Scripsimus ὠὰ ἡμίτομα paulo ante ex Alexide. Latinis *secta ova*. Martialis: *Secta coronabunt rutatos ova laceratos*. Alexidis locum obscure ibi indicatum reperies p. 60. Leges et *ταριχηρὰ ova, muria condita*: non piscium, opinor, tantum, sed etiam avium, teste Platone in symposio.

## CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

p. 118.

*Disputatur de vocis πρόπομα significatione, et cibis, qui in gustatione soliti apponi.*

Satis compertum est, non alium ordinem servatum ab Athenaeo in explicandis generibus ciborum, quam quo solita ab architriclinis fercula disponi in beatorum coenis. Quod initio epitomes dicebat illius auctor, texturam sermonum istorum esse *μιμημα τῆς τῆ δείπνης πολυτελείας*, verissimum est. Hoc ipsum significare voluit, cum scriberet isto loco: *Πρόπομα. τέτρα φησὶ περινεχθέντος ὁ τῶν δείπνων ταμίας, Οὐλπιανὸς ἔφη, εἰ κεῖται παρὰ τινι τὸ πρόπομα ἔτω καλέμενον, ὡς νῦν ἡμεῖς φάμεν.* Quorum haec est sententia: *Coenarum istarum promus condus, Athenaeus, ait, cum circumferretur gustatio, quaesisse Ulpianum, an legeretur apud scriptorem ullum vox πρόπομα ea, quae nobis hodie usurpatur, notione.* ὁ τῶν δείπνων ταμίας est auctor horum convivialium sermonum; Athenaeus, inquam. Sunt autem verba breviatoris, quae aliter accipiens Dalec. ad Ulpianum retulit, et scripsit *τιμητῆς* vertit enim *coenarum censor*. Quam multa quam paucis verbis peccat vir optimus? Caeterum ut propositae ab Ulpiano quaestioni satisfaciamus, ita censemus respondendum. *προπόματος* nomen bifariam accipi solitum pro varietate et temporum et morum. Propria et antiquiore significatione *πρόπομα* appellatum est. potio omnium



prima et ante omnem cibum hausta. Ita fuit aliquando moris. De quo scribit Plinius l. XIV. c. 22.: *Tiberio Claudio principe, ante hos annos 40. institutum, ut jejuni biberent, potusque vini antecederet cibos: externis et hoc artibus, ac medicorum placitis, novitate aliqua sese commendantium.* Clarum ex his, ante Tib. Claudium Romanis nondum fuisse moris, coenas a potu inchoare: coepisse id fieri eodem tempore etiam apud Graecos, cum esset prius inusitata atque inaudita res, scimus ex Plutarchi symp. l. VIII. c. 9. Quare apud vetustiores rerum et morum Graeciae scriptores *πρόπομα* vox legi non potest, cum esset is mos plane incognitus: rerum enim quam verborum origo anterior. Sed in Plinii verbis ista nobis sunt notanda: *externis et hoc artibus.* Nam aliis gentibus inolevisse eam consuetudinem significat. Inter has fuere Bithyni. delicata gens et multiplicis luxus magistra, quod ex historia scimus. De his scribens Phylarchus, ut refert Athenaeus, et moris istius meminit, et vocem *πρόπομα* vel primus vel inter primos usurpavit. Macedonibus quoque non incognitum fuisse jam olim hunc morem, ex Hippolochi narratione, quam habes l. IV. in., facimus conjecturam. Carani enim lautissimas epulas describens omnium primum hoc ait, singulis convivis, statim postquam accubuerant, phialam esse datam, quam illi sicca-verint. Propterea scribitur l. III. ubi multa de gustationibus. non procul a fine: *Μακεδόνες, ὡς Φησὶν Ἐφίππος ὁ Ὀλύμπιος, ἐκ ἠπίσταντο πίνειν εὐτάκτως, ἀλλ' εὐθέως ἔχοῦντο μεγάλας προπόσεις.* Reperio etiam inter Graecos *προπομάτων* aliquod vestigium. Nam l. IV. narrat auctor, apud Lacedaemonium Cleomenem hunc fuisse convivii ordinem, ut vini cyathus ante coenam cuique porrigeretur. Haec prima et propria notio propositae ad explicandum vocis *πρόπομα*: neque aliter illa medici Graeci unquam utuntur, quam ut certa potionum genera significent, quibus ante legitimas epulas utebantur. Sic et Plutarchus accipit de caus. novor. morb. ita disputans: *μέγα δὲ καὶ τὸ τῶν καλεσμένων προπομάτων. ἔδὲ γὰρ ὕδωρ οἱ παλαιοὶ, πρὶν ἐντραγεῖν, ἔπινον· οἱ δὲ νῦν, ἄσιτοι προμεθυσθέντες, ἄπτουται τῆς τροφῆς διαβρόχῳ τῷ σώματι καὶ ζέοντι, λεπτὰ καὶ τομὰ καὶ ὀξέα προσφέροντες, ὑπέκκαυμα τῆς ὀρέξεως, εἴθ' ἔτιως ἐμφορέμενοι τῶν ἄλλων.* His verbis Plutarchus in tria distinguit sui temporis coenas: *προπόματα* praecedunt; sequuntur *τὰ λεπτὰ καὶ τομὰ*, *qualia* *lentum percellunt stomachum*; deinde caetera omnia,





Quae secundo loco posuit, ea sunt, quae ψυχραὶ τραπέζαι teste eodem vocabantur. Ostrea erant, echini, cruda olera, aut ex oleo et garo, et his similia, de quibus etiam Galenus l. II. περὶ τροφ. δυν. cap. de sycaminis et moris. Athenaei seculum, quod apparet ex his illius verbis, Ἦν δὲ τῶν ἐν τοῖς προπόμασι παρασκευαζομένων ἄλλα τε καὶ δὴ καὶ ταῦτα, et similibus aliis locis non paucis, προπομάτων appellatione utraque est complexum, quae κυρίως προπόματα et quas frigidas mensas prior aetas dicebat. Latini etiam antecaenii, gustationis vel gustus, aut promulsidis vocibus et propomata et τὰς ψυχρὰς τραπέζας intellexerunt. Quorum ciborum essent gustationes, totis deinceps libris II. et III. exponit Athenaeus, qui libro III. circumlocutione usus propomata haec vocavit τὰς εἰθισμένας προπαρατίθεσθαι περιφορὰς, ut dicemus l. illius c. 34. Ad enumerationem τῆς ὕλης τῶν προπομάτων accingit se, cum ait: Ἦν δὲ τῶν ἐν τοῖς προπόμασι, Φησὶ, παρασκευαζομένων ἄλλα τε καὶ δὴ καὶ ταῦτα. Quae ita debebant verti: *Athenaeus ait, inter ea, quae ad gustationes parabantur, cum alia, tum ista fuisse.* Enumerationem suam orditur a malva: cujus etiam Galenus eo, quem diximus, loco mentionem facit. Simile album in descriptione coenae Metelli, antiquissimi pontificis, apud Macrobius: cujus verba adtexam utiliter, ut cum Athenaei catalogo studiofus lector possit componere. Sic igitur ille l. III., *Coena*, inquit, *haec fuit: ante coenam echinos, ostreas crudas, quantum vellent, peloridas, spondylos, turdum, asparagos, subzus gallinam altilem, patinam ostrearum peloridum, balanos nigros, balanos albos, iterum spondylos, glycymeridas (ostreorum hoc genus, ut chamae: vide Plin.), urticam, ficedulas, lumbos aprugnos, altilia ex farina involuta, mirices et purpuras.* In Satyrico Petroniano gustationis laterticulum est hujusmodi: *olivae, glires melle et papavere sparsi, tomacula, Syriaca pruna, grana punici mali.* Martialis in epigr. ad Iul. Cerealem: *Prima tibi dabitur ventri lactuca movendo Utilis, et porris fila resecta suis. Mox vetus et tenui major cordila lacerto: Sed quam cum rutae frondibus ova tegant. Altera non deerunt tenui versata favilla, Et Velabrensi massa recocta foco, Et quae Piceni senserunt frigus olivae. Haec satis in gustu.* Isidorus Orig. l. XVII.: *Contra venena radices, nuces, lupini, citrium, apium profunt: sed contra futurum, non contra acceptum venenum. Unde et apud veteres ante alias epulas haec solebant mensis apponere.* Sunt autem haec verba non Isidori, sed Ser-



vii in II. Georg., ut postea observavi. Pleraque eorum, quae superioribus laterculis sunt commemorata, inter bellaria facile inveniant locum: ideo venuste Plutarchus seriem hanc et ἀκολαθίαν τῶν δειπνῶν, ut loquitur Athenaeus, μετακόσμησιν appellat et traductionem ἀπ' ἑρᾶς ἐπὶ σόμα· quod etiam in sequentibus convivator noster declarabit.

## CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Μαλάχη et μολόχη. *Malvae semen: πλακῆς. κρηπίς in operibus pistorum. Balteus. Alimus veterum. σικυωνία, cucurbita. Indicae cucurbitae: ἀρτυταί κάτεφοι. Philosophi comicis irrisi. κνίσσα, et τροφή ἀκνισσος. Ciborum apparatus μετὰ κνίσσης et ἀνευ κνίσσης. Patina Ὠρῶν ὄζστα. πόλος, caelum, ὠῶν ἡμίτομα. Alia quaedam.*

Nisi alienum locum ista occupant, τῆτο Ἀττικῶς, in iis, quae de malva scribit Athen., μαλάχη dixerunt Attici, non μολόχη. Ita sentit et prior interpres: posterior quam rationem suae sententiae et emendatae scripturae habuerit, scire non laboro. In Epicharmi acroteleutio. Πρότερος legit Eustathius: sed illius codices et mutili sunt hac parte et emendandi, I. in Od. comm. Malvae σπέρματικόν τύπον appellavit Phantias, quod Plinius *semen*, Dioscorides τὸν καρπὸν. Alii *placentam*, ait Phantias. Hesychius quoque: πλακῆς ὁ σπέρματικὸς τύπος τῆς ἡμέρας μαλάχης. Causam hujus appellationis explicat, quod orbiculus ille pectinatim sit incisus, ut solent incidi placentarum crepidines: τὸ γὰρ πτενῶδες ἀνὰ λόγον, κατὰ τὴν ἢ πλακῆντος κρηπίς. Etiam hodie pleraque eorum operum, quae pistorum et dulciarii faciunt, limbo denticulato instar pepi aut oymatii ornari solent. κρηπίς eleganter ea lorica dicitur cum suo ornamento. Cato *balteum* nominat saepius. Sed videtur haec crepido, seu emblemata, operi jam absoluto fuisse adjecta, aut, ut melius dicam, opus perfectum in ipsam fuisse injectum. Scribitur enim l. XIV. in descriptione cujusdam placentae.

τὰε: πύρινος ἄρετος κοῖλος καὶ σύμμετρος, ὁμοιος ταῖς λε- p.127  
 γομέναις κρηπίσιν, εἰς ἃς ἐντίθενται τὰ διὰ τῆ πυρῆ σκευα-  
 ζόμενα πλακέντια. Hesychius non substernit, sed impo-  
 nit crepidinem placentis. κρηπίς, ait, λέγεται καὶ τὸ  
 ἐπίθεμα τῶν ἐγχύτων πλακέντων. Reperio et apud Sui-  
 dam crepidinis hujusce mentionem in voce διακόνιον.  
 Polluci κρηπίς proprium placentae genus, descriptum  
 ipsi l. VI. c. II. Malvam sylvestrem praefert Diphilus  
 hortensi: Dioscoridis iudicio hortensis est ἐδωδιμωτέρα  
 μάλλον τῆς χερσαίας. Ex Hermippo refert deipnoso-  
 phista, vetustissimos homines, cum celeberrimam illam  
 alimum componerent, indidisse etiam malvam. ἄλιμον,  
 intellige σύνθεσιν. Remedium quoddam id fuit contra fa-  
 mem et sitim: unde nomen utrumque ἀλίμω et ἀδίψω.  
 Sapientes illos priscos hoc pharmaco usos legimus pro  
 cibo et potu. De alimo multi: locus autem Hermippi  
 est sumptus ex illius l. de septem sapientibus. Proclus in  
 Hesiodo eum versum, Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφο-  
 δέλω μέγ' ὄνειρα, ἴσως, inquit, καὶ ἀφ' ἰσορίας τῆτο  
 λέγει. Ἑρμιππος γὰρ ἐν τῷ περὶ τῶν ἐπτὰ σοφῶν περὶ τῆς  
 ἀλίμω λέγει. μέμνηται δὲ τῆς ἀλίμω καὶ Ἡρόδοτος (ma-  
 lim Ἡρόδωρος) ἐν τῷ πέμπτῳ τῆ καθ' Ἡρακλέα λόγῳ.  
 καὶ Πλάτων ἐν γ. τῶν Νόμων Ἐπιμενίδην Φησί μικρόν  
 τι ἐδεσμάτιον προσφερόμενον, ὧδε διατελεῖν τὴν ἡμέραν·  
 ἦν δ' ἐξ ἀσφοδέλω καὶ μαλάχης· ὅπερ αὐτὸν ἄλιμον καὶ  
 ἀδίψον ἐποίησε. Aliam compositionem alimi refert Tzetzes:  
 cujus loco petulantiam in Proclum nemo mentis compos  
 aequo ferat animo. Mirum vero, quare dicatur mox  
 Megalopolitas appellasse cucurbitam σικυωνίαν. Nam ea  
 vox non Megalopolitarum Arcadum propria, sed multo-  
 rum Graeciae populorum communis fuit. Hesychius:  
 σικυωνία. κολοκύνθη. Hippocrates quoque non semel σι-  
 κυώνην appellat τὴν κολοκυνθίδα, interpretibus Galeno et  
 Erotiano. Proxima verba faciunt mihi negotium: Θεό-  
 φραστος δὲ τῶν κολοκυνθῶν ἐκ εἶναι Φησιν ἐν μέρος ιδέας.  
 Ipsum primo loquendi genus suspicionem movet: ἐκ εἶ-  
 ναι ἐν μέρος ιδέας· quomodo putem vix locutum Theo-  
 phrastum. Sententia deinde manifesto falsa: nam plures  
 esse cucurbitae species diserte negat philosophus. σικύω,  
 ait, καὶ κολοκύνθη, τῆ μὲν εἶναι Φησιν γένη, τῆς δὲ ἐκ  
 εἶναι, καθάπερ τῆς ῥαφανίδος καὶ τῆς γογγυλίδος, ἀλλ'  
 ἐν τῷ αὐτῷ γένει τὰς μὲν βελτίκας, τὰς δὲ χείρας. Athe-  
 naei fortassis etiam hic memoriam licet accusare, aut li-  
 brariorum perfidiam: nisi credere malimus, attentionem



illi defuisse, qui haec excerpebat. Legi malim: ἄχρι δὲ τῆ νῦν λέγεσθαι πρὸς Κνιδίους τὰς κολοκύντας σικύας Ἰνδικάς. Vel sic potius: τινὰς κολοκύντας Ἰνδικάς. Nam sine distinctione omnes cucurbitas fuisse dictas Cnidiis Indicas, falsum censeo. Tamen ut ista lectio sonat, Cnidiis Ἰνδικῆ tantundem valuit, atque κολοκύντη. Cucurbita ἀρτυτῆ condiebatur hyssopo, origano aliisque herbis condimentariis. Aëtius I. I.: χαίρει δ' εἰκότως ὀριγάνω ἀρτυμένη διὰ τὴν ἐν αὐτῇ ὕδατώδη ποιότητα. *Sessilem cucurbitam Dalecamp. vocavit, quae in prioribus editionibus κάθευδος.*

p.122. Nos fecimus ex scriptis manu εὐκεκριτωτέρα ἢ κάτεφθος, vel, ut est in aliis, κάθεφθος, subscribente etiam Natalis codice. κάτεφθος, ut ἀπεφθος, valde cocta vel elixa. Paulo post: δεῖ δὲ αὐτὰ λαμβάνειν ἐφθὰ μᾶλλον. Hermippi versum ita potius scribam: Τὴν κεφαλὴν ὄσῃν ἔχει; ὄσῃ κολοκύντη. *Quam magnum caput habet? quanta est cucurbita.* Non ὄσῃν κολ., *quantum habet cucurbita caput.* Comicos Atticos nihil fecisse libentius, quam ut philosophorum disciplinas et institutionem in scena traducerent, et populo ridendam propinarent, ex Aristophanis dramatibus, Diogenis Laërtii historia et hisce commentariis nemo ignorat. Athenaeus hoc loco Epicratis plusculos versus descripsit, quibus Platonis schola ridetur falsissime. Inducebatur medicus quidam Siculus discipulis Platonis oppedens, subtilibus atque, ut existimabat, inanibus illorum disputationibus et divisionibus offensus: frendunt juvenes dentibus, et tantam contumeliam parant ulcisci, fecissentque adeo, nisi eorum motus auctoritas praesentis magistri compescuisset. Ait poëta: Τὰ γὰρ ἐν λέσχαις τοιαῖσδε ταῦτα ποιεῖν Εὐπρεπές, εἰ μὲν ἔμελλεσε τοῖς μειρακίοις. Posterior versus corrigendus omnino est. Scribe: Ἄπρεπές, εἰ μὲν ἔμελλεσε τ.μ. Ingentem iram concepisse adolescentem, indicat illo versu: δεινῶς ὠργίσθησαν, χλευάζεσθαι τ' ἐβόησαν. Ergo illi factum medici judicarunt, sicut erat, ἀπρεπές: et εἰ μὲν ἔμελλεσεν αὐτοῖς, non neglexerunt factam sibi injuriam. Locum integrum ita concipiebat ὁ μακαρτίτης Scaliger: Τὸ γὰρ ἐν λέσχαις τοιαῖσδε ταῦτα (vel τοιαῖδε) ποιεῖν ἀπρεπές, εἰ μὲν ἔμελλεσε τοῖς μειρακίοις. οἱ δ' αὖ δεινῶς ὠργίσθησαν χλευάζεσθαι τ' ἐβόησαν. Sequitur: Ἀλεξίς ὁ χαρίεις πρόπομα ὅλον παρατίθεται τοῖς διακρίνειν δυναμένοις. Hoc est: *Alexis integram gustationem lectoribus apponit, si quis cum iudicio sequentes illius versus legat. πρόπομα ὅλον, genera omnia ciborum, qui in gustu soliti apponi.* De hoc satis capite superiore. In

versu primo Alexidis: ἔ τὸ πρῶγμ' ἐβάλετο, *quo res possu-*  
*labat, quo me accedere meum intererat.* In secundo: τὴν  
 τράπεζαν ἢ ἔχων. Scribe τις τρ. Versu quarto apposi-  
 tum sibi negat quicquam eorum, quae nidoris plus exha-  
 lent, quam habeant suavitatis: Οὐδὲ παρέχουσαι κνίσσαν  
 ἡμῖν πλεονα Παροψίδες καὶ λήρος, videlicet παρετέθη. Vi-  
 detur pro parum lautis epulis habere illas, quae consent  
 cibus, unde multus erumpat nidor. Contra apud Plut. in  
 symp. et l. ὑγιειν. παραγγ. τροφή ἀκνίσσος est victus simplex  
 ac tenuis, ac frugi hominum. Quis nescit, κνίσσαν et  
 nidorem coenam oriparam semper indicare? Hoc qui-  
 dem verissimum est: sed de gustationis cibus poëta loquit-  
 tur, cui non pingua adeo et nidorosa conveniunt, verum  
 tenues cibi et non tam alere apti, quam famem irritare.  
 Plut. vocabat τὰ λεπτὰ καὶ τομά. Duplex fuit apud vete-  
 res parandi cibos modus: alterum simplicem vocabant et  
 ἀνευ κνίσσης, alterum μετὰ κνίσσης. Simplicem modum  
 coquendi atque etiam assandi carnes describit Galen. his  
 verbis eo commentariolo, quem scripsit in gratiam ἐπι- p. 123.  
 λήπτε pueri: ἔσι δ' ὅτε καὶ τῶν λαγῶν ἀπάντων ἡρτυμέ-  
 νων ἀπλῶς, ἢ ὀπτημένων ἀνευ κνίσσης. τὸ δ' ἀπλῶς ἔσι  
 δι' ὕδατος ἀνηθον ἔχοντος ἡδυσμα καὶ πράσον, ἔλαιόν τε  
 καὶ ἄλας. ὡς δ' ἀνευ κνίσσης ὀπτηθεῖη κρέας καλῶς, τὸν  
 παρ' ἡμῖν ἐθεάσω κλίβανον. In sexto scribe Ὑπερηφά-  
 νως ὄζυσα τῶν Ὠρῶν λοπάς, non ὑπερήφανος. Eusta-  
 thius: τὸ δὲ ὄζυσα Ὠρῶν παρασκευασθαι δοκεῖ ἐκ τῆ  
 Θεοκρίτη· ὃς πλυθῆναί τι ἔφη πρὸς κρᾶναις Ὠρῶν, ἢ γενη  
 πρὸς ταῖς κρήναις αὐτῶν τῶν Ὠρῶν, ἃς κάλλος ἐστὶ νοσῖν  
 σεμνύων ἐκεῖνος ἔτως τὸ καλῶς πλυθέν. Horae pulchritu-  
 dinis deae praefides habebantur. Illis tribuebant, quic-  
 quid in suo genere pulcherrimum esse volebant intelligi.  
 Cum ait in septimo Τὸ τῆ πόλις τῆ παντὸς ἡμισφαίριον,  
 polum appellat, non quod astrologi, sed ipsum coelum.  
 Plato in Epinomide pro orbe accepit: ἐν ᾧ χρόνῳ διεξέρ-  
 χεται τὸν αὐτῆ πύλον, *suum percurrat polum.* In decimo  
 ait: Ὑπέφαινευ φὸν ἡμίτομον τὰς ἀστέρας, *dimidiata ora*  
*speciem stellatam praeferebant.* Editum erat: Ὑπ. ὠνόν,  
 ἡμίτομον. Fecimus ὠνὸν ἡμίτομον ex MSS., quanquam alii  
 codd. melius, servata eadem sententia, ὠνὸν ἡμίτομα.  
 Athenæus paulo ante: Ἀλεξίς ἡμίτομά περ ὠνὸν λέγει.  
 Eleganter illud in ultimo versu: ὀρύττων ἀποδέδειχα κό-  
 σκινον. Sic apud Lucianum: ἔσθης κοσκινηδὸν τετραπυημένην.  
 Aeschylus paulo aliter: τέτρωται δικτὺς πλέω λέγειν.



## CAPUT UNDEVICESIMUM.

*Aristias comicus. ὀρέχθειν. Aristotelis liber de proverbiis. Cephisodotus Isocrateus obtrektor Aristotelis. Antiphanis fabula Παροιμίας. Fungi γηγενεῖς item artificio producti. Fungi ad fici radices. Eclogarii quaerela de corruptis Athenaei codicibus. Amanitae fungi. ἐφεύειν vel ἀφεύειν. Mortui ex fungorum esu. Nota venenatorum fungorum. πέζις. Discrimen pezitarum et fungorum. Theophrastus illustratur.*

Deipnosophistae verba: ΜΥΚΑΙ. 'Αριστίας' Μύκαισι δ' ὀρέχθει τὸ λάϊνον πέδον. FUNGI. Aristias: Fungis illis, resonabat lapideum solum. Aristias ille dramatum poeta parum mihi cognitus. L. XI. Arestias quidam nominatur, qui non est, opinor, alius: sed de illo loco ibi viderimus. 'Αριστίας hic etiam Eustathius agnoscit. Non placet illorum conjectura, qui emendant hic ὀρέγει et τὸ λαϊμαργὸν παιδίον. Verum est ὀρέχθει et λάϊνον πέδον, ut in omnibus libris, vel δάπεδον, ut apud Eustathium Ἰλ. β. α. ψ. ο. Constabit senarius, si scribas ὀρέχθει. Id verbum de sono rei in solum projectae dici, norunt eruditi. Cephisodotus, Isocratis discipulus, in iis libris, quos contra Aristotelem scripserat, ἐπιτιμᾷ τῷ Φιλοσόφῳ, ὡς δ' ποιήσαντι λόγῳ ἄξιον τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι, obtrektor philosopho, quasi operae pretium non fecerit, cum proverbialia collegit. In Aristoteleorum librorum indice reperies apud Diogenem Παροιμίας α. Praeterea ex Graecorum paroemiographorum et scholiastarum scriptis constat liquido, ejus argumenti librum sub Aristotelis nomine in studioforum manibus olim esse versatum. Ea opera summum virum bene esse meritum de studiis literarum, quis tam impudens, qui neget? Tamen reperti sunt, ut hinc discimus, vitiligatores, homines non nauci, qui eum philosophi laborem secius interpretarentur. Tantum potuit in horum animis aemulatio et ἔρις ἐκ ἀγαθῆ. Notum Aristotelis dictum: Αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ἰσοκράτη δ' ἔχον λέγειν. Hinc illae Cephisodoti, Isocratis discipuli, lacrymae. Antiphanis versus scribendi sic: Ἐγὼ γὰρ ἂν τῶν ὑμετέρων Φάγοιμι τι, Μύκητας ὡμὰς ἂν Φαγεῖν ἐμοὶ δοκῶ, Καὶ σφυρνὰ μῆλα, κ' εἰ ἀποπνίγοι βρωμά τι. Eam fabulam Antiphanis nostri codd. Παροιμίας inscribunt. In MSS. me-



**Λιὺς Παροιμίας.** Quod ait, nasci fungos γηγενεῖς, intellige, sponte et nulla cultura, sed αὐτομάτως, sicut loquitur Florentinus. Et Athenaeus quoque mox, τὰ ὕδνα γίνεσθαι αὐτόματα ἀπὸ γῆς. Ridicula alioquin videatur observatio, cum omnia, quae terra nascuntur, γηγενῆ possint dici. Sed et artificio provenire fungos nemo nescit: ut ex decocto fungorum in terram projecto, aut si, refecta populo juxta truncum, aquam sparseris, in qua fermentum dissolveris. Populeos istos vocant, de quibus in Geopon. l. XII. c. ult. Mitto alia similia inventa. In versu Nicandri de noxa fungorum σύγκολλα scribunt docti pro σύκολλα, quod nihil significat. Etiam Galenus fungis naturam tribuit παχυτέραν καὶ γλισχροτέραν. Quae fuerit doctissimi illius poetae sententia de fungis ad fici radices natis, declarant, qui sequuntur, versus. Plinius videtur illos optimos pronunciare. *Fungis, inquit, aberit veneni argumentum, quo similior fuerit arborum fici.* Nicander saltem innoxios: — συνέης ὅποτε ἐλέγχος βαθῦ κόπρω Κακκρύψαις, ὑδάτεσσι τ' ἀειναέεσσι ποτίζοις, Φύονται πυθμέσσι ἀνήριοι, *si arboris fici truncum obruas latamine, et aqua riges, fungi ad radices nascentur innoxii.* Sequentia verba contrarium dicere videntur: ὦν σὺ μύκητα Θρεπτικὰ μήτι χαμηλῆς ἀπὸ ρίζης προτάμοιο. Videntur, inquam: nam iis mendis haec sunt obfita, ut de sententia parum liqueat nobis. Quid mirum? Ipse horum excerptorum descriptor vitium suorum codicum non dissimulat, caeteros versus ideo sibi omisos fatens, quod legere non potuerit. τὰ ἄλλα, inquit, ἐκ ἧν ἀναγνώσται. Similes querelas de corruptis jam tum Athenaei codicibus in integra, quam habemus, epitoma multas invenimus. Caeterum aliud sensisse Nicandrum, docent nos codices meliores, ex quorum fide scribimus: — ὦν σὺ μύκητα Θρεπτικὸν μήτι χαμηλὸν ἀπὸ ρίζης προτάμοιο. Eos solos fungos pronunciat innoxios, qui in aggesto fimo propius truncum nati sint, non illos, qui in extremis imisque radicibus. Amanitas quoque probat Nicander, ut ista declarant: καὶ τε μύκητας Ἀμανίτας τὸτ' ἐφεύσαις. Galeno auctore omnium ἀβλαβέσατοι sunt βολῖται, deinde Amanitae. Perperam Natalis libri ἐκ ἐφεύσαις. p.125. *lec. quid legerit, non scio. ἐφεύειν est igne parare, torrere, vel coquere.* Eustathius legi observat etiam ἀφεύσαις, hoc est, inquit, Φώξαις, Φλογίσαις, ὀπτῆσαις. Sequitur tristis historia de extincta matre cum tribus liberis esu



fungorum. Ego memini audire puer ab optimo parente, cum referret casum non minus tristem amici cujusdam et, si bene recordor, hospitis tum sui apud Santones, qui uno die septem, quas solas habebat, filias extulit, cum mane in villa pernitiatis fungos avidius comedissent. Homeri locus a Ptolemaeo rege emendatus exiit 'Oδ. ε., ubi multa in Ptolemaei sententiam Eustathius. Sed alienum occupavit locum historia sui, herbae palustris, nam ad institutum de fungis sermonem statim reditur. E notis venenatorum fungorum una est haec: οἱ μετὰ τὸ ἐψηθῆναι καὶ τεθῆναι ἄσπινοι, qui cocti et appropositi duriores fiunt. Plinius: *Nomen erunt fungi, qui in coquendo duriores erunt.* Dalecamp.: *qui picis colore nigrescunt.* Putavit, legendum *πισσόμενοι*. Quid, obsecro, virum doctum impulit ad infelicem adeo conjecturam? Pezicas fungorum genere contineri, scribit Plinius. Ex Theophrasto separat noster: *καθάπερ ἔς καλῶσί τινες πέζικας ἄμα τοῖς μύκησι γινομένας.* Ita scripti, non *πέζικας* etli *pezicas* aut *pezitas* Plinii codices, sed Athenaeo mox rectum est *πέζις*. Pezias et fungi hoc differunt, auctore Theophrasto, quod, cum sint ambo nullis radicibus, fungi tamen tenue quoddam radicem habent rudimentum: caule enim sunt prominulo, unde fibrillae et capillamenta pendent, quibus terrae cohaerent, et alimentum capiunt. Verba Theophrasti ita descripta sunt hodie in nostris codicibus: *ἄρριζοι γὰρ καὶ αὐτοὶ τυγχάνουσιν. ὁ δὲ μύκης ἔχει προσφύσεως ἀρχὴν, τὸν καυλὸν εἰς μῆκος, καὶ ἀποτείνουσιν ἀπ' αὐτῆ ῥιψί.* Deest aliquid omnino. Lego et suppleo: *τὸν καυλὸν εὐμήκη, καὶ ἔχεται τοῖς ἀποτείνουσιν ἀπ' αὐτῆ ῥιψί.* Vel: *τὸν καυλὸν ἔς μῆκος ἀποτείνοντα, καὶ τρέφεται τοῖς ἀπ' αὐτῆ ῥί.* Proprie *ῥίπες* sunt vimina et οἱ τῆς οἰσύας *λύγοι*. Duriuscule hic, si modo ita scripsit Theophr., pro fibris radicalibus: quas etiam *λεπτὰς καὶ μικρὰς ῥίζας* idem alibi appellat. Harum congerie fiunt radices *ἑυσανοειδεῖς* et *fimbriatae*. *προσφύσεως ἀρχή*: vocat inchoata et imperfecta adhaesionis organa: quia caulibus fungi radicem non habet, quae esset vera *πρόσφυσις*: at qui vocatur caulis in fungo, pediculus potius videtur ac *μισχος*. Propterea Theophrastus caulem fungos habere modo negat: ut in I. histor.: *ἔτε γὰρ ῥίζαν πάντ' ἔχει, ἔτε καυλὸν, ἔτε ἀκρέμονα, ἔτε κλάδον, ἔτε φύλλον, ἔτε ἄνθος, ἔτε καρπὸν, ἔτ' αὖ Φλοιὸν, ἢ μήτραν, ἢ ἴνας, ἢ φλέβας.* modo ait: ut I. eod. c. 8.: *ὁ δὲ τῶ καυ-*





πείρος καὶ βετόμος καυλὸς ὁμαλότητά τινά ἔχει παρὰ τέ-  
τοις· ἐτι δὲ μᾶλλον ἴσως ὁ τῆ μύκητος.

## CAPUT VICESIMUM.

*Athenaei lapsus in laudandis Aristotele et Theophrasto.*

*Loci aliquot Theophrasti expenduntur et emendan-  
tur.*

Qui factum sit, nescio, quod factum tamen scio, ut lo- p.126.  
cis propè infinitis verba Aristotelis et Theophrasti descri-  
bens Athenaeus erraverit. Equidem verum cenfeo, quod  
alibi dicebamus, hominem eruditissimum non ex ipsis au-  
ctoribus, sed ex suis adversariis et eclogis plerosque au-  
ctorum, quos laudat, locos descripsisse. Sane quae de fungis  
marinis hic narrat, absque dubio habet ex octava Theo-  
phraſti historia. Errat igitur, ut est a Dalecampio ani-  
madversum, et mare ad Herculis columnas perperam po-  
suit maris Erythraei loco. Phaniae verba, ut fere sem-  
per, crucem figunt mihi, quemadmodum jam ante 12. c.  
testati sumus. Etenim quid appellat *Φύειν τὴν ἀνθήνην;*  
*ἀνθήλην* quid appellent in plantarum historia, scimus: *ἀν-  
θήνη* nusquam nobis reperta in philosophorum aut medi-  
corum libris, ne apud Eustathi. quidem ll. o. Phaniae  
verba describentem. An legi debet *τὴν ἀνθήλην, ranicu-  
lam?* An ita potius: *τὰ μὲν Φύειν, τὰ δὲ ἐδὲ Φύειν τὴν  
ἀρχὴν, ἐδὲ τῆς σπερματικῆς ἰχνοσ κορυφήσεως,* (ita Eusta-  
thius: alii *κορυφήσεως*) *ἐδὲ σπερματώσεως.* *Plantarum  
aliae semen producunt, aliae penitus non producunt, ac ne  
vestigium quidem ullius protuberantiae seminalis, aut ullius  
omnino seminis.* Sequitur: *ὁ αὐτός Φησι· Πτέρις, ἣν ἔνιοι  
βλάχρον καλεῖσι.* Ait idem: *Πτέρις, filix, quam nonnulli  
blachnum vocant.* Cedo, quis ille ὁ αὐτός; Phaniam ex  
superioribus necesse intelligi. Ego aliter accipiebam.  
Nam ὁ αὐτός est Athenaeus: voce ἔνιοι Arrianum intelli-  
go in Bithyniacis. Eustathius: *πτέρις, ἣν ἔνιοι βλάχρον  
καλεῖσιν, ὡς καὶ Ἀρριανός δηλοῖ ἐν Βιθυνιακοῖς.* Quia ta-  
men Arrianum hunc nunquam laudat hic scriptor, prae-  
stat aliter accipere. Ait: *Θεόφραστος ἐν Φυτικοῖς· Λειό-  
φλοια, κατὰ περ ὕδρον, μύκης, πέζις, γεράνειον.* Theo-  
phrastus scribit in libris de plantis: *Laevem habent corticem*



*quaedam illarum, ut tuber, fungus, pezis, geranium.* In nostris libris hodie ista apud Theophrastum non leges. Ille quidem λειοφλοιῶν etiam in codicibus, qui hodie existant, meminit: sed longe alia ibi exempla. Histor. l. I. c. 8: differentias plantarum ratione corticis explicat philosophus, ubi λειοφλοιῶν exempla ponuntur μηλέα καὶ συκῆ. Plinius vertit: *cortex aliis laevis, ut fico et malo.* His opponit Theophrastus τραχύφλοια et ῥηξόφλοια. Ita legendum monemus illo loco: non ῥιζόφλοια, ut vulgo editum, et probavit Gaza: neque ῥηγόφλοια, ut inepte emendant. Basiliius hom. V. εἰς τὴν ἑξαήμερον: Πόσχι τῶν φλοιῶν αἱ διαφοραί; τὰ μὲν γὰρ λειόφλοια τῶν φυτῶν, τὰ δὲ ῥηξίφλοια. Transtulit Plinius: *quibusdam rumpitur sponte cortex.* Sed quid dicemus de Theophrasto, qui laevem corticem tuberibus attribuit? Quid autem? nisi quod flagitii magni compertum habemus isto loco auctorem epitomae: in illum enim, quam in Athenaeum, culpam conijcere malo, quanquam fieri potest, ut aliud agentem Athenaeum sua excerpta fefellerint etiam hic. Ut sit, liquet, negligenter descripta haec esse ex c. IX. p. 127. primi historiarum, ubi ista exempla invenias, non quidem τῶν λειοφλοιῶν, *laevicorticium*, sed τῶν ὅλως ῥίζαν μὴ ἔχόντων, *nullam penitus radicem habentium.* Quod ante nos viri doctissimi hoc non observarint, in causa est depravatio codicum Theophrasti, in quibus sic scriptum: ὅλως ἔνια ῥίζαν μὴ ἔχει, κατὰπερ ὕδρον, μύκης, πύξος, κράνιον. *Quaedam omnino radices non habent, ut tuber, fungus, buxus, cornus.* Qui prodigia spectare volunt, alio oculos transferre non debent. Quid? buxus et cornus radicibus non nituntur? Sanusne erit, qui postremas duas voces putabit sanas? Prior illarum ex Athenaei isto loco debet emendari et πέζις scribi. Fungum pezicam Plinio dictum intelligit, qui sine radice aut pediculo nascitur. Posterioris quoque non difficilis emendatio: nam γεράνιον scribendum, quod esse genus tuberum, et dicitur mox diserte, et asserit Eustathius ex hoc loco. Quis dubitat, tubera esse plane ἄρριζα, et nullis radicibus, nullis fibris nixa, ac ne capillamentis quidem? etsi non nescimus, Dioscoridem tuber ipsum appellare ῥίζαν περιφερῆ, sed παχυμερῶς et parum accurate locutum esse optimum scriptorem, cum ibi, tum aliis in locis, neque medici negaverint, et fatebuntur ultro omnes philosophi.



## CAPUT VICESIMUM PRIMUM.

*Theophrasti locus. Vingus Aegypti. οἶτος, αἶτος, ἴτος. Tonitrua facere ad tubercum generationem. Tubercum σπερματική ἀρχή. Tiara collis. Ostrea tubera maris dicta. Proverb. Ναυσικλείδης ἐρημία.*

Superiore capite et retinendam apud Athenaeum, et restituendam apud Theophrastum vocem γεράνειον diximus. Praeter auctoritatem Eustathii, quam proferebamus, scribit Athenaeus ipse: λέγει δὲ περὶ αὐτῶν Θεόφραστος. Τὸ ὕδνον, ὃ καλεῖσιν τινες γεράνειον, καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειον. Theophrasti locum aliter scriptum exhibent nobis hodie publica exemplaria. Histor. I. I. c. 10.: καὶ τὸ ὕδνον δὲ, ὃ καλεῖσιν τινες ἄσχιον, καὶ τὸ ἕγγον, καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειον ἐσιν ὧν ἕδεν ἐσὶ ρίζα. Disputat eo loci philosophus de radicis natura, aitque, si pro radice haberi debeat, quicquid sub terra conditum latet, cum alia inter radices fore numeranda contra ipsorum naturam et radicis τὸ τί ἦν εἶναι, tum in his etiam tuber, quod ἄσχιον vocant, et vingum, et si quid aliud simile his sub terra gignitur: quorum omnium nihil est radix. Vingum Aegypti non semel alibi commemorat Theophrastus: aschium invenies nusquam; et simul mirum est, vestigium nullum in hac periodo apparere vocis γεράνειον, quam reperisse constat deipnosophistam in suo codice Theophrasti. Scripsimus δὲ καλεῖσιν μισυ pro μίσου ex Plinio et scripta lectione: quae habet statim καὶ τὸ ἐν τῇ Θρακίᾳ δὲ γενομένου ἴτου, non ἕσου. Docti jubent scribere οἶτον, ex fideliore, inquit, codice Theophrasti. Scire velim, quis iste codex fidelior: nam apud philosophum, quod sciam, ea vox nusquam legitur inter genera tubercum. Plinio tuber, quod in Thracia, *ceraunium*, non *aetus* aut *aetum* nominatur I. XIX. c. 3. *Aetum*, de quo ille c. 15. I. XXI. Aegypti, non Thraciae, herba est, sponte nascentium una. Hanc cum vingo Aegyptiaca videntur quidam confudisse. Hesychius: ἕγγον, τὸ ὑπ' ἐνίων οἶτον. Ita scribimus cum magno Turnebo: nam editum est ἕιτον et αἶτον. Vides inconstantiam aut potius ἐ συμφώνησιν auctorum, vel certe librorum. Tonitrua facere ad generationem tubercum, et placet philosophis, et vulgo solim creditum. Juvenalis: — *post hunc tradentur tubera, si ver Tunc erit,*  
Athen. P. III. T. I. L.



et facient optata tonitrua coenas Majores. Observa numerū enallagen: καὶ μάλλον ὅταν οἱ βρονταί, ὡς ταύτης αἰτιωτέρας ἔσης. Nisi malis scribere: ὡς ταύτης τῆς αἰτίας αἰτιωτέρας ἔσης. Provenire tubera nullo fatu, nullum est dubium; feminine tamen aliquod principium esse illorum, ex quorundam sententia sic probat: ἐν γὰρ τῷ αἰγιαλῷ τῶν Μιτυληναίων ἔφασι πρότερον εἶναι, πρὶν ἢ γενομένης ἐπομβρίας τὸ σπέρμα κατελεχθῆναι ἀπὸ Τιαρῶν. Plinius: *Quibusdam locis accepta tubera riguis feruntur: sicut Mitylenis negant nasci, nisi exundatione fluminum inuncto femine ab Tiaris.* Tiarae collis nomen imminentis littorū Mitylenaeorum. Eum collem assiduis imbris aucti fluvii lavabant, indeque praecipitantes in plana camporum terream superficiem secum rapiebant, et simul tuborum τὴν σπερματικὴν ἀρχὴν, id est, vim illi terrae a natura ingenitam gignendi tubera. Cum generationis distinctae species sint τῶν Φουμένων αὐτομάτως et τῶν διὰ σπέρματος videtur historiae hujus auctor probare voluisse hoc argumento, esse aliquam et ex femine tuborum generationem. Non negamus, eorum, quae terra oriuntur, eam esse naturam, ut et femine proveniant et sine femine: sed de tuberibus hoc non probat superior narratio. Verum haec alibi discutiuntur a nobis accuratius. Hodie tuborum genus quoddam in hortis coli, non nescimus: sed non illa vera et γνήσια tubera. Lyncei Samii verba metri nihil habent. Scitum est, quod ostrea vocavit Matro parodus *tubera maris* isto versu: "Ὁσρεά τ' ἤνευκεν Θέτιδος Νηρηίδος ὕδνα. Hegesander Delphus quid intelligebat, cum scriberet, ἐν Ἑλλησπόντῳ ἔτε ὕδνον γίνεσθαι, ἔτε γλαυκίσκον, ἔτε θύνον, in Hellesponio neque tuber nasci. *neque glauciscum, nec thynnium?* Glauciscum ego nullum novi nisi piscem. Miror tamen, interjectum esse piscis nomen duobus φυτῶν nominibus. Glaux apud rhizotomos herbae nomen est. An inde sit γλαυκίσκος hoc loco, non absurde quaeri potest. Prior interpret scribit ἔτε θύνον, nova prorsus sententia, sed oppido incerta: nam licet concederemus, quod ex Aristotele magni auctores affirmant, thynnium in ponto solum foetificare, toto tamen mari nostro thynnos reperiri certum est, etsi majore alibi, alibi minore copia. Porro ex hac re natum proverbium, indicant sequentia verba: Ναυσικλειδὰς ἐρημίαν, μήτε ἔαρ, μήτε φίλας. Ideo dicunt *N usclidis desertum, neque ver neque amici.* Alibi, quod sciam, paroemiam istam non leges: hic quoque parum



confrat de vera ejus lectione. Nam optimi chirographi codices legunt: διὸ Ναυσικλείδῃ εἰρημέναι. Propterea dixisse Nausiclidem: Neque ver, neque amici. Sed hic quoque variant libri: nam interpres Natalis legit μήτε ἕαρ, μήτε φύλλα. Neque ver, neque folia. Quae et si mihi perplacet lectio, alteram tamen in omnibus nostris libris inventam non damno. Herbam tuberibus solitam supernasci etiam Hesychius vocat ὑδνέφυλλον.

## CAPUT VICESIMUM SECUNDUM.

*Urticae inter edulia. ἀσπάραγοι. ἐξανθεῖν. ὄρμενος et ἐξορμενίζειν. Germinantium impetus. Locus Plinii illustratus. Item alius Juvencalis. ἐπιμήνια, epimenia. Asparagi facultates. Cochlea ὑλογενής vel ὑδογενής. σέσηλος et σέμελος. Cochleae κωλυσίδειπνοι. κοχλίας vocis etymum.*

In apparatu gustationis recensentur convivatori nostro et urticae. Negabat tamen Galenus in II. de facult. alim., reperiri aliquem posse, qui urticas velit esse non cogente fame, et quidem maxima. Sed ingeniosa nimirum gula est et artifex parare sibi etiam ex aculeatis mollem voluptatem. In superius allato coenae Metelli albo urticae non sunt neglectae. Vulgo pauperes et frugi homines urticis, ut caeteris herbis et oleribus, vitam tolerabant. De Aristophanis loco vide libro sequente. De voce ἀσπάραγος sive ἀσφάραγος nemo melius neque uberius Galeno in II. περὶ τροφ. δυν. et I. VI. de simpl. medic. Ex plerisque herbis cauliculi, quos asparagos vocarunt, solent vere pleno ἐξανθεῖν, ut loquitur Athenaeus. id est, erumpere et foras prodire impellente germinandi vi. Hoc Graecis est ἐξανθεῖν. Nam deflorescere interpretari, et accipere pro ἀπανθεῖν, inscitia mera est. An etiam, cum legimus in medicorum libris exanthemata ἐξανθῆσαι, defloruisse vertendum censuisset eruditus adeo medicus? Brassicae asparagam proprie κῦμα, quasi κήμα, ait Galenus, nominabant: Attici, ut Athenaeus observat, ὄρμενον διὰ τὸ ἐξορμεῖν καὶ βλαστάνειν, quod erumpat et germinat, inquit literarum filii. Inde ἐξορμενίζειν pro ἐξορμαῖν εἰς αὐξήν. Pulchrum verbum et naturae rei conve-



nientissimum. Nam germinatio plantarum sine impetu non peragitur: qui quidem tantus est in moris, ut etiam strepitus erumpentis una nocte germinationis sit auditus. Hoc docuit nos Plinius, contentus pro instituto suo exposuisse τὸ ὄτι. Addamus nos ὁδὴ πάρεργον τὸ διότι. Caussa enim illius strepitus effectrix est spiritus, comes

P.130. perpetuus omnis partus: germinatio autem partus instar habet. Vere Artemidorus l. I.: πᾶν σῶμα τίκτον πνεῦμα ἀφίησι, omne corpus, quod parit spiritum emittit vel flatum. Imponunt nobis, qui comparant cum Athenaei verbis locum Juvenalis: — aut veteres Afrorum ormentia bulbi. Unde vero bellam hanc lectionem nacti sunt? Displicuit, puto, illis vulgata omnium librorum. Saltem nos admonerent, ita se pro sua libidine emendare. Sed, o bene! quod correctionem suam non jactarunt: est enim tam falsa, quam quod falsissimum: falsa etiam illorum, qui ex Theophrasto et Plinio epimendia legi jubent. Nugas hominum! Verum est epimenia. Afrorum epimenia vocat munuscula, quibus soliti illi quot mensibus Romanorum procerum gratiam demereri. ἐπιμήνια Graecis pensio menstrua vel mensurna, ut loquitur Cyprianus. Arrianus differt. Epict. l. I. c. 7.: διὰ τῆτο ἡ γυνὴ καλῶς εἶπεν, ἡ πέμψαι θέλκωσ τῆ Γρατὶλλη ἐξωρισμένη τὸ πλεῖον τῶν ἐπιμηνηίων. Utitur et Polybius in legat. fragm. CXIV. Sed et Latine scribentes usi. Placiades in Glossis: Epimenia, xenia, quae dantur per singulos menses. Gildas sapiens de excidio Britanniae: Igitur intro-missi in insulam barbari, veluti milites, et magna, ut mentibantur, discrimina pro bonis hospitibus subituri, impetrant sibi annonas dari: quae multo tempore imperitae, clauserunt, ut dicitur, canis faucem. Inde queruntur, non affluenter sibi epimenia contribui, occasiones de industria colorantes. Scripsimus παρὰ τὸ ἐξορέειν καὶ βλασάνειν ex libris melioribus et Eustathii. Doctorum virorum emendatio παρὰ τὸ ἐξορῆν aliena est a vero. Nam ὄρμενος non deducitur ab ὄρμῳ, sed ab ὄρω. Inde ὠρμένος, et ex eo ὄρμενος κατὰ συσολὴν καὶ ἀνάδοσιν τῆ τόνω. Vel per syncopen ab ὄρόμενος. Paulo ante scribe εὐεκριτώτερος, non εὐεκριτικώτερος. Asparago tribuit acrimoniam, sicut medici ῥυπτικὴν δύναμιν sed laedi asparagorum esu renes et vesicam, alibi legere non memini. Medici e contrario sine ullo insigni calore aut frigore, quae sunt δρασιμώταται qualitates, ficcare asparagos scribunt. Subverebar, negationem excidisse, cum scripsisset auctor καὶ ἐν ἀδισί.

In Achaei versu, Ἡ τοσέσδ' Αἴτνη τρέφει κοχλίας κερά-  
 ες, secuti sumus MSS. vestigia. Nam ex conjectura  
 prius feceramus ἄλση vel ἄλητη τρ. Cochleae terrestres in  
 sylvis, in vepretis, in hortis et ubique fere generantur.  
 Natae in Ligusticis Alpibus palmam obtinere creditae.  
 In gripho conviviali dicitur ὁ κοχλίας ὑλογενής, *filius syl-  
 vae*. Ut in versu Symphosii de nave: *Longa, ferox, ve-  
 lax, frondosae filia sylvae*. Scribebam aliquando non ab-  
 surda conjectura ὑδογενής, ut in Orphei versu de Mose,  
 recensente Scaligero, ὡς λόγος ἀρχαίων, ὡς ὑδογενής  
 διέταξε. Vetus opinio fuit, et cochleas et gerenios cum  
 aqua pluvia cadere, aut ex illa certe generari: quorum  
 neutrum placet Theophrasto. Pluvia enim aqua, ait ille, p. 131.  
 ranas non generat, sed ostendit. Aristotelis qui afferitur  
 locus, dicitur existare ἐν πέμπτῳ περὶ ζώων. Optimi libri  
 habent περὶ ζώων μορίων. Sustulere vocem μορίων, qui  
 animadverterant, in libris de part. adscripta verba non re-  
 periri. Sunt enim ex III. de gener. anim. Integrum lo-  
 cum adscribam, quando sententiam imperfectam hic le-  
 ctor inveniet; *μονον τῶν ὀσρακοδέρμων ἐώραται τὸ τῶν  
 κοχλιῶν γένος. εἰ δ' ἐκ τῆ συνδυασμῆ ἢ γένεσις αὐτῶν ἐσιν,  
 ἢ μὴ, ἔπω ᾠπται ἰκανῶς*. De voce μορίων in hujusmodi  
 citationibus, quam ubique MSS. mordicus afferunt. I. VII.  
 plura dicemus. Additum est, cochlearum quandam spe-  
 ciem σεσίλης dici, Lacedaemonios vero in totum coch-  
 leam vocare σέμελον. Alii grammatici haec aliter tra-  
 dunt: Spartanis enim cochleas dici σεσήλης, simpliciter  
 vero cochleas appellari σεμέλης. Hesychius; *σέσηλαι,  
 κοχλῆαι, Λάκωνες*. Idem; *σέμελος, κοχλίας*. Viderit  
 vero Apollodorus, quam sit verum, cochleas quasdam  
 fuisse κωλυσιδείπνας appellatas. Ego existimo, contra-  
 rium esse verum, et τῆς κωλυσιδείπνας, qui serius ad con-  
 dictam coenam ventitarent, et moram facerent diligen-  
 tioribus, quos vocabant τρεχεδείπνας, conviviali joco di-  
 ctos esse κοχλίας, quod cochleam vincerent tarditudine,  
 ut ait ille apud Plautum. Plurima sunt hoc genus συμπο-  
 τικὰ ἀσεισματα in scriptis veterum. Suspicio est, scripsisse  
 Apollodorum in explicanda origine hujus vocis, ortam  
 videri a κόχλω, verbo antiquo idem significante, ac γυρί-  
 ζω, *rotato*: aut ab ὀλῶ, τὸ συσρέφω, (hae sunt grammati-  
 corum ineptiae) ὀλίαν primo. deinde κοχλίαν dictum,  
 quod non recta procederent, sed per gyros. παρ' ὃ καὶ  
 κοχλίης λέγεσθαι τῆς κωλυσιδείπνας. Haec aut similia  
 Apollodorus: quae lecta negligenter et properanter ne-



que intellecta ab eo videntur, qui haec ita scripsit, five Athenaeus, five ejus brevior.

## CAPUT VICESIMUM TERTIUM.

*Proverbium:* μείζον, ἢ Τροίαν ἐλεῖν. ἀσόλοιον κρέας. ἀκροκώλιον γεννικόν. ἀκρεα apud Galenum. Trunculi. Φλεβὸς τροπωτήρ. τροχήλατος κέρη, θρέμμα Καρύσε. σερνοσώματον κύτος. ποδεῖα. Udones. ὑφαίνεσθαι de impili-bus non dici. περιγράφειν, circumscribere. Mos fori Atheniensium. διαγράφειν.

Primis versibus, qui in sermone de bulbis ex comico Eubulo proferuntur. Herculem puto hoc voluisse: inquirunt diligenter homines delicati et ἀπολαυσικολ, quaenam sit cujusque cibi natura; ecquis, si fervens comedatur, melius sapiat; ecquis, si frigidus; quem etiam tepentem praestet esse. Atque hoc probe nosse, id vero putant isti majus, quam Trojam cepisse. Haec nos ita divinamus: nam sententia imperfecta est, ac prope interfecta in istis: *Θερμότερον, ἢ κραυρότερον, ἢ μέσως ἔχον, Τῆτ' ἔσθ'* P. 132. *ἐκῶ μείζον, ἢ Τροίαν ἐλεῖν.* Fortasse scribendum ἢ κρυώτερον. Scimus, tostos cibos κραυρῆς et κραμβχλέκς dici recte. Sed poëta contraria junxit, non affinia. Scribit autem, comicum Eubulum de tragico Euripide mutuatum esse hunc versum: *Τῆτ' ἔσθ' ἐκῶ μείζον, ἢ Τροίαν ἐλεῖν.* Nam in Andromacha Euripidea Menelaus ait: *Εὐ δ' ἴσθ', ὅτε τις τυγχάνει χρεῖαν ἔχων, Τῆτ' ἔσθ' ἐκῶ μείζον, ἢ Τροίαν ἐλεῖν.* Tertio versu negat deliciarum vituperator ille, delectari se *καυλοῖσιν ἠδὲ σιλωφίω.* Non omnium olerum caules a se rejicit Hercules, sed eos tantum, qui a sectae Apicianae hominibus solent expeti; cujusmodi erat in primis laserpitii caulis. Versu octavo ἀσόλοιον κρέας μέγα recte interpretantur *frustum carnis maximum, neque inelegans aut aspernabile.* σολοικίζειν simpliciter posuerunt pro *gerere se inepte*, σολοικόν pro inepto et vituperabili. ἀκροκώλιον γεννικόν verterunt docti *bovis artus masculi* Primum ἀκροκώλια artus non dixerint elegantiores: κῶλα dicuntur in homine bra-



chia et pedes, in brutis anteriores et posteriores pedes. ἀκροκώλια in macellis et culinis extremi sunt pedes mactatarum victimarum: quare Aristoteles et Heraclides Tarentinus ponunt illa inter cibos *μυξάδεις* habentesque aliquid ὄλιμον καὶ γλίσχρον. Possunt etiam ἀκροκωλίων appellatione intelligi omnes. unde praecisae τῆς ἱερῆς partes extremae, quibus vescuntur: ut aures, rostra, et similia. Galenus vocat τὰ ἀκρεα μόρια τῶν πεζῶν ζῴων. ἀκρεα inquam, non ἀκρα. Solet enim Hippocratis vocem illam usurpare: ut l. III. de facult. alim. De pedibus fere accipi videas: itaque ut pedes, sic ἀκροκώλια alia vocant ὀπίσθια, alia ἐμπρόσθια: quorum Hippocrates meminit III. διαίτης. Gaza apud Aristotelem primus vertit *trunculos* Celsi imitatione. Glossarii auctor interpretatur κωλεὸν, de quo infra l. IX. In Glossis scribitur: *Trunculus*, κολοβός, ἐγκόλεος. Scribo: *Trunculus*, κολοβός, ἐν κωλεός. Illud ἐν. valet ἐνιοι. Sic alibi in illo libro. Caelius Aurelianus *crura porcina* vertit, *quae Graeci*. inquit, ἀκροκώλια vocaverunt. Sed idem alibi ἀκροκώλια saepe vertit *membrorum summitates*. Deinde legerunt interpretes cum editis γενικόν, vel γεννητικόν, quod ex versione patet, *m. sculi*. Scripsimus nos vere γεννικόν, *generosum*, id est, *grande*. Aristophanes: ὦ γεννικώτατον κρέας. Scholiastes exprimit κρέας ἰσχυρόν, ὃ ἔκκατεργάζεται πυρὶ, *firmas carnes et difficile coctiles*. Malim ad quantitatem referre, et magnas carnes intelligere. Sic apud eundem comicum γενναῖαι μάζαι sunt *grandes mazaes*. Eustathius quoque sic interpretatur, *cujus doctissimi viri auctoritate suspiciones meas confirmatas vidi libenter*. Sic ille: γενναία σαφυλή τάχα ἢ μεγάλη· κατὰ καὶ γεννικόν κρέας παρὰ τῷ κωμικῷ τὸ ἀδρόν κόμμα. Idem comicus vocat alibi νεανικόν κρέας, ut docemus l. IV. c. 21. Scribe Ἀλίπασα τρία. Sic omnes membranae: sic nos editum voluimus. Auctor est Suidas, Xenarchum, poëtam comicum, laudatum esse Butalione ab Athenaeo l. II. Videtur Suidas respexisse p. 133) eum Xenarchi locum, qui super bulbis laudatus est. Itaque scribam Ξέναρχος Βεταλίωνι. Primus versus Xenarchi est hypermeter. Sed legendum ex optimis membranis: — Φθίνει δόμος Ἀσυντάτοισι δεσποτῶν κεχρημένος Τύχαις. Scio, vulgatam γραφὴν legi apud Eustathium Ἰλ. χ, sed nos Eustathium non sequimur. Trium postremorum versuum dictio prorsus aliena est ab humili comicorum stylo. Non dubito, de industria poëtam tragica et ampullata loquendi genera usurpasse, ut suorum aequalium tragicum aliquem aut



dithyrambicum ineptum irrideret: quod videmus ab Aristophane et saepissime fieri, et semper urbanissime. Polybum vocat Φλεβός τροπωτήρα, quia colorem mutat. Alius dixisset τρεψίχρωτα. Φλέψ pro corpore aut colore corporis in tragico ferremus, non in comico. τροπωτήρ pro eo, qui subinde variat et mutat, et novum et durum: nam aliud longe vulgo sonat vox illa. Porro distinguendum: Φλεβός τροπωτήρ πελύπας, ἀλγες βροτῶν Πλευκταῖς ἀνάγκαις, τῆς τροχηλάτης κόρης Πύμπλησι λοπάδοι σεροσώματον κύτος. Non potest dici, quanta lux affulserit tenebrosissimo loco ex unica distinctiuncula suo loco restituta post vocem ἀνάγκαις. Retia appellat πλεκταῖς ἀνάγκας. At τροχηλάτος κόρη dicitur patina fictilis, allusione clara ad figulinae rotam. Antiphani quoque in Parasito cacabus appellatus est Τρέμμα Καρύσσι γηγενής, filius natus e terra Carystia, qui in Carysti Euboicae figlinis erat fictus. Faciunt huc, quae l. X. c. 17. observamus. Plato in ult. leg. hominem Aegyptium vocat Τρέμμα Νελλε. Sane quam poetice, ut alia multa in suavissimo illo scriptore. Dio Chrysof. in LXXVII.: πορνοβοσκὸν ἐν πόλει τρέφοντα καὶ ἀσθεντα τοῖστο Τρέμμα. κύτος σεροσώματον est patinae cavum, quod prae sua magnitudine et pectus et corpus totum vasti polypi caperet. Quis in comico non miretur id verbi? Noli vero dubitare, traduci istis vaccordem aliquem poetam, qui veteri dicto fidem fecerat: νῆς ἐν ἐνι Κενταύροισι. Archestr. versum scribe: Ταῖς τ' ἄλλαις πάσῃσι παροψίσι, Heraclidae Tarentini verba mutilata sunt, ex antiquis libris ita supplenda: δοκεῖ σπέρματος εἶναι ποιητικὰ, ἔτι διὰ τὸ πολύτροφα εἶναι, ἀλλὰ διὰ τὸ ὁμοειδεῖς ἔχειν τὰς πρώτας φύσεις. *Bulbus, cochlea et ovum semen multiplicare videntur, non quia multum alant, sed quia similem semine habent naturae constitutionem primam.* Mens auctoris non est hic obscura: in sequentibus obscurissima, saltem mihi. Non enim intelligo, quasnam habeant bulbus, cochlea et ova τὰς αὐτὰς δυνάμεις τῷ σπέρματι. Scribe: οἱ δὲ λευκοὶ καὶ λιβυκοὶ σιλλώδεις, per vocalem quartam in prima syllaba. Bulborum et squillae similem in multis naturam esse, sciunt rerum naturae conscii. Ex lana bulborum lanigerorum scribit Theophrastus solita ὑφαίνεσθαι πόδια sive ποδεῖα. *Udones Graecis ποδεῖα nuncupari, neme jam ignorat. Plinius vertit: ex qua impilia vestesque quaedam conficiuntur.* Si illi udones, de quibus loquebatur Theophrastus, πῖλοι erant, coactiliariorum industria

7

T  
Ath  
C  
L  
ol

coacti, ut videtur existimasse Plinius, abusus est philosophus voce ὑφαίεσθαι. Impilium erant et Cilicii udones, de quibus Martialis: *Non hoc lana dedit, sed olentis barba muriti. Cinyphio poterit planta latere sinu.* Sed haec sunt alterius loci. In extremo sermone de bulbis τῶν συμποσίων περιγράφων τὰς βολβὰς verte e conviviiis bulbos circumscribens. Et Περιγράφειν δεῖ τὴν πολλὴν βρωσιν circumscribere oportet copiam ciborum. Fori Attici verbum est περιγράφειν pro adimere, auferre. Creditores cum nomina sua extorquere non poterant, in corpora saeviebant. Prima poena erat ademptio libertatis eundi, quo vellent. Locum enim circumscribebant, unde illis fas non erat exire ante redditam pecuniam. Hesychius: Περιγραφον· οἱ δανείζοντες τοῖς μὴ ἀποδίδῃσι τὸ ἀργύριον περιέγραφον, καὶ ἔχ' ὑπερέβαινον, ἕως \* λύτταν. Lego, περιέγραφον τόπον, καὶ ἔχ' ὑπερέβαινον, ἕως ἐχρεωλύτταν, cum magno Scaligero, qui elegans verbum χρεωλυτεῖν hic feliciter reponerat. Inde igitur περιγράφειν ἀπό τινος dici coepit pro *velut linea circumscripta arcere ab aliquo.* Ita accipiunt et διαγράφειν. Gregorius Palama: ἀλλ' ἐμὲ μὲν τοῖστων ὃν διαγράφει τῆς τοιαύτης εὐγενείας, καὶ οἷα νόθον ἀποκηρύττει.

## CAPUT VICESIMUM QUARTUM.

*Turdi* ἐλαιοφιλοφάγοι. ἰλιαῖς et ἰλλαῖς. Epicichlides, *Homeri roematum.* De *ficedulis quae Aristoteles et Alexander Myndius.* πυρρῆιας, πιρῆιας, πυρρῆλας, συκααῖς. ἀγλαΐζειν. *Sturnis olim non vescabantur.* κερχνῆδες. *Pythagoreorum dictum:* ἴσόν τοι, κνάμης τρώγειν κεφαλαῖς τῶ τοκῆων. *Cerebrum sedes sensuum. Cerebrum medulla dictum. Naevi scriptorum veterum.*

*Turdorum* factam ab Epicharmo mentionem scribit Athenaeus, et illius versum profert: Τὰς τ' ἐλαιοφυλλοφάγας κικῆλας. Ubi scribendum ex melioribus Eustathii libris ἐλαιοφιλοφάγας. Amant enim turdi olivis, non foliis olearum vesci. Integra saepe oliveta sic turdorum



greges populantur, ut inter agrorum calamitates non postrema ista censeatur. Ausonius: *Qualis Pivenae populator turdus olivae Clune opimat cereas.* Speciem unam turdorum ἰλλάδης nominat ex Aristotele Athen. Hodie in libris Aristotelis ἰλιάς, non ἰλλάς, scriptum est. Jam olim philosophi locus ille ancipitis lectionis fuit. Nam ἰλιάς tuetur Hesychius, ἰλλάς Eustathius. Homeri poëmatium quoddam *Epicichlida* fuisse inscriptum, refert Athenaeus, quoniam poëta pueris illud canens turdos praemium ferret. Ἐπικιχλίδες igitur non sunt *turdorum additamenta*, ut opinantur, sed *carmen cantatum ἐπὶ κίχλαις, pro turdis, vel proposita turdorum mercede.* ἐπὶ sic accipiendum, ut in pactis conventis. De hoc poëmate vide l. XIV. Meminit etiam Herodotus. De ficedulis quae ex Alexandro Myndio narrantur, diversa sunt omnia a philosophi placitis. Alexander ficedulas speciem facit aegithallorum sive parorum. Aristoteli et aegithalli et ficedulae species distinctae sunt avium, quae vermibus vescuntur. Myndius duo genera parorum statuit: Stagirita philosophus tria diferte ponit. Jam in nominibus ipsis nihil simile. ἐλαιῖς nusquam in Aristotele mentio: nam ἐλεός, de quo l. VIII. histor., inter aves nocturnas, et ἐλέα, cujus existat historia l. IX. c. 21., alius generis est avis. περιάς incognitum philosopho nomen, ut et πυρρίας, quod docti substituant pro περιάς. Aristoteli tamen πυρρίελας cum ficedula et melancorypho inter aves σκωληνοφάγες recensetur. In Alexandri verbis observamus haec: ὕφ' ὧν μὲν ἐλαιῖς καλεῖται, ὑπὸ δὲ τινῶν περιάς, συκαλῖς δ', ὅταν ἀκμάζῃ τὰ σῦκα. Si haec vera lectio, eadem avis pro diversis anni temporibus diversa nomina habebit, neque ficedulis suum illud nomen perennabit, sed paucorum tantum erit mensium in anno. Hoc mihi videtur absurdum: propterea suspectam habeo librorum fidem, et deesse verba aliquot reor, ita, nisi fallor, explenda: συκαλῖς, ὅτι ἀλίσσεται, ὅτιν ἀκμάζῃ τὰ σῦκα. Pro Εὐβελος mox scribendum fortasse ἘΦιππος. ut l. IX. In primo versu ἐν οἷς νομίζεται recte meliores libri omnes, non ὀνομάζεται. Et si constat. Graecorum Amphidromia Romanorum Nominalibus fuisse affinia: proprie Ἀμφιδρόμια dies est lustricus, quo die nomina imponi solita, ex Suetonii Nerone clarum. In tertio scribi probo, ut est editum, Ἐψεν τ' ἐλαίῳ βράφκονον ἡγλαϊσμένην, non autem ἡγκαλισμένην. Βράφκονον coquere ὀλοῖο ita irrodatam, ut splendeat. ἀγλαὰ dicuntur, quae nitent et sunt λαμπρά, ut oleum et oleo

uncta, aut adipata. ἐλαίω ἀγλαΐζειν, *ungere*. Ut: *nunc, nunc impensius unge, Unge, puer, caules*. Aristophanes: ἴν' ἐπαγλαΐσει τὸ παλημάτιον, καὶ μὴ βίττων καταπίνῃ. πνίγειν quarto versu, Πνίγειν τε παχέων ὀρνίθων σηθύνια, interpretor parare certo modo veteribus usitato. Atque etiam hodie, cum in proprio succo coquuntur carnes intra ollam aut patinam conclusae, sic, ut nullus exhalationibus pateat meatus. πνίγειν hoc Graeci: unde πνικτὰ κρέα, quae ita sunt coctae. Nostri item coqui paraturae hoc genus *suffocationem* vocant. σηθύνιον apud Pollucem per η in secunda syllaba. Medium est pectoris. σηθύνιον in Etymologico. Perperam. At σηθύνια hic per υ. Recte. *Pectuscula agnina*. Frequens dictio apud septuaginta: ut Levit. c. VII. et VIII. ac X. πιλῆν vel πιλεῖν, ut alibi scribitur, pro edere usurpavit isto versu: Πιλῆν τε πολλὰς πλεκτάνας ἐπισρεφῶς. Nam mandendo cogitur cibus: neque inepte, quod mansum est, πίλημα dixeris. καθαρείως semper meliores codices pro καθαρίως in istis Nicostirati vel Philetaeri: — Φροῖζε γάρ. μὴ πολυτελῶς, Ἄλλα καθαρείως. Similis locus Antiphani sub l. VIII. fin., et alius item huic simillimus ex Eubuli Nutricibus l. VII. in lupo pisce. In fine postremi versus scribunt membranae p. 136. χαίρειν γάρ. Imperfecta sententia. Lego: Ὀρνιθίων τε τῶν ἀγρίων τέτων συχνά. χαίρειν γάρ. Surnos non omnis aetas aut omnes gentes inter ea, quibus vescimur, habuerunt. Non enim temere scriptum a deipnosophista: Ἀντιφάνης δὲ καὶ ψάρια ἐν τοῖς βρώμασι καταλέγει. Galenus pro cibo legitimo describit, itemque caeteri medici. Πάντων ἡμᾶς λόγον ἀπαιτεῖς, omnino fuit scribendum, non ἡμῶν. Apud Eubulum σραθάρια, οἶον ἐντραγεῖν, accipio *pullos azium tantum quod incipientes apti esse ad edendum*. Alii ὄσον ἐντραγεῖν, quos non sequor. κερχνηδες aviculae sunt non semel Aristophani nominatae. κέρχνη Hesychio: nisi est mendum. Latet hexameter plenus in istis: Φάσποντες, τὰς ἐγνεφάλων μεταλαμβάνοντας ἴσον καὶ κυάμους τρώγειν, κεφαλάς τε ἔτοκῆων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων βεβήλων. Eustathius: Τοῖς παλαιοῖς λόγον φασίν εἶναι ἱερὸν τοῖδετον, Ἴσον τοι, κυάμους τε φαγεῖν, κεφαλάς τε τοκῆων. διὰ τὸ Ψυχῆς αἰζηῶν βάσιν ἔμμεναι ἢ ἀναβαθμὸν, Ἐξ αἰδέω ὅταν αὐγὰς εἰσανίωσιν. Pythagoricae scholae hoc scitum fuit, quo alludit Lucianus, cum Pythagoram facit apud inferos fabas edere haec dicentem: Δὸς μόνον κυάμους· ἄλλα παρὰ νεκροῖς δόγματα· ἔμαθον γάρ, ὡς ἔδεν ἴσον κυάμοι καὶ κεφαλαὶ τοκῆων



ἐνθάδε. Caussam, cur veteres cerebella non gustarent, hanc affert Athenaeus: διὰ τὸ τὰς αἰσθήσεις ἀπάσας σχεδὸν ἐν αὐτῷ εἶναι, quod omnes proremodum sensus insunt cerebro. Vellem, ne exstaret in his verbis τὸ σχεδόν. De externo sensu non loquitur, cujus non est in cerebro sedes, sed de interno, et ea, quam κυρίαν αἰσθησιν vocat philosophus. Constat vero ex disputationibus praesertim Galeni, cerebrum esse συμπάσης αἰσθησεως τε καὶ τῆς κατὰ προαιρεσιν κινήσεως ἀρχὴν, et diserte docet Cous Vates in lib. de com. m., omnium, quae sensu percipiuntur, cerebrum esse fontem et principium. Quo igitur illud proremodum? Sed habent profecto etiam optimi scriptores sua παροράματα suosque naevos. Vel illud, quod proxime subjicitur, cujusmodi est? Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Ἀθηναῖος εἰδ' ὀνομάζειν τινὰ τῶν παλαιῶν Φησιν ἐγκέφαλον. Nam quid Apollodoro, huic viro doctissimo, fuit in mente, cum negaret, exstare vocem ἐγκέφαλος in veterum scriptis? Quid? Hippocrates inter veteres censendus non est? At quoties cerebrum nominatum in ejus scriptis invenias? Quid Homerus? Etiamne ille inter veteres locum non reperiet? Sunt haec illius Ὀδ. ι.: Τῷ κέ οἱ ἐγκέφαλος γε διὰ σπέος ἄλλυδις ἄλλη Θεινομένης ῥαίνοιτο πρὸς ἔοει. Euripides, ait, eam distinctionem refugit, neque uti voluit. Quid, si hoc quoque falsum? Nam ecce Euripidis versus ex fabula Theseo: Κάρα τε γὰρ σε συγχέω κόμαις δαῖς, Ῥανῶ τέ σε ἐγκέφαλον· ὀμυμάτων δ' ἀπο Αἰμοσαγεῖς πρησῆρε δεύσονται κάτω. Exstant in scholiis Aristophanis, sed corrupti. Quod hic observatur, Sophoclem pro cerebro dixisse *albam medullam*, idem fere de Platone licet dicere: p. 137. qui ut cerebri naturam et substantiam declararet, medullam nominavit. Galenus de usu part. l. VIII.: τὴν δ' ἔσταν αὐτῆ (cerebri) βελόμενος ὁ Πλάτων δηλῶσαι, ἥνπερ οἶεται κατ' ἀλήθειαν εἶναι μυελόν, ὀνομάζει. Addit Galenus, si medulla sit cerebrum appellandum, non simpliciter ἐγκέφαλον, sed cum adjectione μυελόν ἐγκεφαλίτην, *medullam capitalem*, dici debere, cum sit et spinae quae dicitur medulla, et aliorum quoque ossium. Sed negat Hippocrates, recte nos loqui νωτιαῖον μυελόν appellantes, quod in spinae vertebrae continetur. μῆνος γὰρ, inquit, μήνιγγας ἔχει· ὁ δὲ ἄλλος ἐκ ἔχει. Platonis locus, quem Galenus intelligit, est in Timaeo: ἐπωνόμασε τῆ μυελῆ ταύτην τὴν μοῖραν ἐγκέφαλον. Ipse Timaeus, unde habet Plato, dixerat, ἀρχὴν καὶ ῥίζαν μυελῶ εἶμεν ἐγκέφαλον, *principium et radicem medullae esse cerebrum*. E contrario

Praxagoras et Philotimus pronuntiarunt, aliud nihil cerebrum esse, nisi ὑπεραύξημά τι καὶ βλάσημα τῆ νωτιαίᾳ μυελῶ, *redundantiam quendam et germinationem* (nam hoc est βλάσημα) *dorsalis medullae*. Etiam Rabbini Hebraeorum cerebrum appellant מוח, *medullam*: ut cum homines fatuos nuncupant מוח קרי, *vacuos medulla*, id est, cerebro.

## CAPUT VICESIMUM QUINTUM.

Ἐπιζασία. *Proverb.*: hic vel cerebrum comederit.

*Caput olim sacrum. Sternutamentum pro deo habitum. Ascerah Hebraeorum. Φύλλης, Φυλλί, Φύλλον, Φύλλια, Φυλλίς et Φυλλιός.*

*Ophelio comicus. Urticae semen medetur cicutae.*

*Graeca nomina in desinentia. Oleum Samiacum acanthinumque. Triptolemus Sophoclis. Alia multa.*

Quinque Euripidei versus in fermone de cerebro recitati ex illius poëtae Troadibus fas et jus fuit interpretibus emendare. Nos fecimus. ἐπιζασία pro *observatione* Graecum non est, quod sciam. Itaque lego: ἔχει δ' ἐπίζασιν ἢ τῶν ποιημάτων τῶν ἐκδοχῆ. Philoclis versum, adjuvante nonnihil Eustathio, ita scribimus: Ὡς εἶδ' ἂν ἐγκέφαλων γ' ἐσθῶν λίποι. Dictum παροιμιώδες ac venustum de homine sceleratissimo aut certe voracissimo: *hic vel cerebra sine fine comederit*. Nam vesci cerebris antiquitus pessimi hominis erat argumentum. Qui aliter interpretantur aut scribunt, sine dubio ἄσκοπα τοξεύσει. Aristophanis versiculum in Ranis invenies. Caput habitum fuisse a veteribus rem sacram, duplici argumento probat philologus hic: quia per caput jurabant, et capite edita sternutamenta adorabant, ut sacra. Jurasse veteres Hebraeos, Graecos, Romanos per caput suum, translaticium et omnibus notum est. Sternutamentum autem adoratione expiabant, quod non sacrum esse tantum putabant μόνον τῶν πικρυῶν, ut in Historiis scripsit Aristoteles. verum etiam Deum. Xenophon de exped. Cyri I. III.: Τῆτο δὲ λέγοντος αὐτῆ, πτάρνυται τις ἀκίβαν-



τες δὲ οἱ ἐρατιῶται πάντες μίξ ὀρυμῇ προσεκύνησαν τὸν θεόν  
 P.138. Alii morbum aut morbi indicium sternutationem interpre-  
 tabantur. Ideo sternutantibus bene precabantur usitata  
 formula Ζεῦ, σῶσον, ut est in noto omnibus epigrammate  
 Anthologiae: aut ζῆσι, *ζῆσι*. Olympiodorus in Plat.  
 Phaed. et moris illius meminit, et causam φιλοσοφικώτε-  
 ρον explicat. Sunt autem haec illius verba: "Ἔστι καὶ ἐν  
 τῷ σώματι ὄντας καθαρτικῶς παρ' ὅλον τὸν βίον ζῆν, ἐν-  
 θεσιασικῶς δὲ ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ ἐκ ἑσσι ζῆσαι, διότι δια-  
 κόπτεται ὑπὸ τῆς φαντασίας· ἐναντίως γὰρ ἔχει αὐτῇ πρὸς  
 ἐνθεσιασικὴν ἐνέργειαν. ἔτω καὶ ἐν τῷ πτέρυσσθαι ἀφαν-  
 τᾶσως ἐνεργῆμεν· εἰ γὰρ φαντασῶμεν, διακόπτεται καὶ ὁ  
 πταρμός. διὸ καὶ ΖΗΘΙ φαμέν, ὡς τῆ ζῶε δεομένους κατὰ  
 φαντασίαν ἐνεργεῖν, καὶ κινδυνεύοντος μὴ εἶναι. Eadem  
 opinio doctores Hebraeos tenuit, in quorum libris  
 ΠΥΡΟΝ *ascerah* hic morbus dicitur, et de eo multa nar-  
 rantur. Pergit epitomae auctor gustationum ὕλην re-  
 censere, et inquit: "Ὅτι εἰς τὸ πρόπομα καὶ ταῦτα ἐνεβέλλ-  
 λοντο, πέπερι, φύλλης, σμύρνα, κύπειρον, μύρον Αἰ-  
 γύπτιον. Caetera plana et nota: sed τὸ φύλλης quid signi-  
 ficat? aut potius quomodo rescribenda ea vox, ut ali-  
 quid significet? Dalecamp. *malabathrum* vertit. Φυλλῆ  
 et φύλλον pro malabathri folio legi scimus in libris medi-  
 corum, sed recentiorum tantum. Quare hujus patellae  
 non est operculum hoc. Nam si φύλλον legi volumus,  
 de silphii femine interpretari malim, ut apud Hippocra-  
 tem. Sed id quoque alienum et non ejus saeculi. Scri-  
 bebam φύλλια, memor, legisse apud Galenum et comici  
 interpretem, sic vocata fuisse ἡδύσματα κηπαῖα, olera,  
 quorum usus in condimentis: ut origanum, apium,  
 hyssopum, rutam, coriandrum, alia id genus. Piperi  
 ista jungi appositissime, nemo ibit inficias. Ne id qui-  
 dem placet, et φυλλίς scribo ex l. III., ubi dicitur salubre  
 esse, si in gustationibus apponatur φυλλίς, aut φυλλιὰς,  
 ut in Levinii codice. Etiam auctore Hesychio φυλλιὰς  
 est ὑπότριμμά τι ἐκ λαχάνων σκευαζόμενον. Leviter tamen  
 obstat huic emendationi, quod non videatur satis vere  
 congruere ὑπέτριμμα, quod est genus factitii edulii, ut si  
 dicas *intritum* cum pipere, myrrha et cypero. Docti  
 igitur cogitent. Antiphanes comicus versibus istis: "Ἄν  
 μὲν ἄρα πέπερι τις φέρη πριάμενος, στρεβλοῦν γράφουσι  
 τῆτον ὡς κατάσκοπον. In sycophantas Athenienses, nisi fallor,  
 invehebatur: qui suis callidissimis calumniis urbis illius no-  
 men reddebant exosum. Nam qui Athenas piper aliasque



merces peregrinas in Asiae emporiis emptas importabant, per calumniam in periculum capitis soliti vocari tanquam regis Persarum speculatores, non mercatores. Sic apud Aristophanem miselli Megarenses et Boeoti, qui res suas vaenum Athenas deferebant, tanquam insidiatores deferuntur vexanturque. In altero Eubuli versuum *διάπαττε τὴν ὁδόν, γίαιμ κοῦσπερ*, rectius, quam *διαπάττει*. Ophelionis comici etiam alibi fit mentio, et Suidas in illius elogio locum istum respicit. In versu Nicandri scribunt pars veterum *πολύθρονα*, non *πολύχρονα*. Utramque p.139 scripturam poetae illius scholiastes agnoscit. Theophrasti librum laudat *περὶ πνιγμῶν*, cujus etiam Laërtius facit mentionem. Puto, locutum philosophum eo loco, unde hic quaedam describuntur, de cicuta veneno, quod suffocatione necem inferre scimus. Aperte hoc docent praecedentia: *διὰ καὶ πρὸς τὸ κώνειον βοηθεῖ ταῦτα*. Quare falluntur, qui pro *κνίδος κερπῶν τριφθείσης* volunt scribi *Κνιδίω κούκω*. Non veniebat illis in mentem, praecipuum medicae artis auctorem, Pedacium Dioscoridem, inter cicutaeremedia piper et urticae semen junctim nominare. Nicander quoque in Alexiph.: *Ἡ πέπερι κνίδος τε μετὰ σπερμεῖα λεήνας Νειμειας*. Canon de vocibus Graecis nunquam in *ι* definentibus, ut versio est Dalec., frustratio mera est et falsum ingens. Quot nominum casus, quot verborum personae, quot adverbia vocalem illam ultimam habent, ut alius generis vocabula Graeca omitam? Sed hoc potius dicitur, nullum nomen Graecum generis neutrius in *ι* definire praeter *μέλι*. Adde ex Eustathio *καὶ τὸ τι*. Atque de plenis nominibus cape: nam *τρόφι*, *κρί*, *ἄλφι*, *ἔρι*, et si qua alia hoc genus inveniantur, non sunt *ἀπαθή*. Scribe deinde *Σαμιακῶν ἑλαίσ μνημονεύει Ἀντιφ*, et iterum in versu Antiphonis: nam *Σαμιακῶν* et metrum et MSS. aspernantur. Inter genera oleorum recensetur et *ἀκάνθινον*, in Carmania solitum confici, auctore Ctesia. Carmaniam oleae feracem non esse, scribit Strabo: ut necesse illis fuerit, novum hoc genus olei excogitare. Satis autem constat, et generaliter omnem spinam Graecis *ἀκανθάν* dici, et peculiare genus quoddam nomen *ἀκάνθης* vel *ἀκνήθης* sibi vindicasse. Plinius I. XXIV. c. 12.: *Huius similis est spina illa, quam Graeci acanthion vocant*. Praeterea spinarum cognomina multa: albae, regiae, acutae, Aegyptiae, Arabicae. Oleum acanthinum ex quo spinarum genere confecerint Carmani, tam incertum mihi, quam illud est certum, falli eos, qui



emendant Ctesiae locum hunc, et scribunt οἰνάριον. Eustathius de pretiosis oleis loquens: ὧν πολυειδῶν ὄντων, ἐγλυετό τι καὶ ἐξ ἀκάνθης, ὡς δηλοῖ ὁ γράψας τὸ ἐν Καρμυνίᾳ ἰσορεῖ Κτησίας, ἔλαιον γίνεσθαι ἀκάνθιον, ᾧ χρῆσθαι τὸν βασιλέα. Restituimus ex scripta lectione: Φερεκράτης: "Ὁδ' ἀνεμολύνθη τὴν ὑπὴν τῷ γάρῳ. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ: Τῆ ταριχηρῆ γάρῳ. Pherecrates: *barba illi garo est coinquinata.* Sophocles Triptolemo (meminit) *gari falsamentorum.* Triptolemus Sophoclis fabulae nomen est, non Pherecratis. Vide I. VII. Versum illum, qui mutilus ab Athenaeo profertur, integrum reperimus in I. VI. Pollucis: Οὐδ' ἢ τάλαινα δῆσα ταριχηρῆ γάρῳ: *misera, quae ne falsamentorum quidem liquamen dare sustinuit.* In eod. I. Pollucis Cratini versus, qui paulo ante recitatus est, ita scribitur: Ὁ τάλαρος ὑμῖν διάπλεως ἔσαι γάρῳ.

## CAPUT VICESIMUM SEXTUM.

*Acetum dictum εἶδος Atticis, atque etiam ἦδος et ἄδος, fortasse etiam ἠδονή. Aegyptium acetum et Cleonaeum. πᾶξ, παχ. ὄξος et ὄξύγαρον. Abyrtaca ex herba virente.*

**A**cetum condimentorum omnium esse suavissimum, dicebat modo Naucratica convivor, idemque sermonem de aceto ita orditur: τῆτο μόνον Ἀττικοὶ τῶν ἠδυσμάτων εἶδος κηλέσι. *solum e condimentis acetum vocant εἶδος Attici.* Potuitne scriptor eruditiss. planius, quod vellet, eloqui? Tamen hic tenebrae sunt Cimmeriae interpretibus. Sed non adducti sunt viri docti, ut putarent, acetum esse εἶδος, praesertim quia nullum adjicitur testimonium. Id igitur probemus. Julius Poll.: τὸ δὲ ὄξος καὶ εἶδος ἐκάλειν. Antiphanes in Coryco apud Athenaeum init. I. IX.: ἐπὶ δὲ τῆτοις πίνομεν οἰνάριον, εἶδος νῆ Δία. *Post haec vilius bibimus, acetum merum.* Ubi iterum graviter peccant interpretes. Ergo εἶδος acetum est Atticis. Sed cogitemus etiam et etiam, num omnibus hisce in locis ἦδος potius sit scribendum, non εἶδος. Mihi quidem, nisi obstreret tot librorum consensus, hoc perplaceret, acetum παρ' ἐξοχὴν esse appellatum ἦδος, quasi ἠδυσμα, teste He-

fychio. Apponam illius verba, sicut legi debent: nam in vulgatis exemplaribus corrupta sunt multis modis. ἤδος, ἡδονή, καὶ ὄφελος, καὶ ὄξος· οἱ δὲ ὠφέλημα. ἢ ἡδύσμα ἀπὸ τῆς ἡδονῆς· τινὲς δὲ ἡδονήν, καὶ ὄξος. Sic ista debent continuari. In editionibus perperam insertae sunt notulae duae: ἢ δ' ὄς, ἔφη ἐκεῖνος, et ἡδ' ὠς, κατὰ τῆτο δὲ ἔτως. Non solum autem ἡδος pro aceto Attici sed etiam ἄδος alii, mutato aeolice spiritu, dixerunt. Hesychius: Ἄδος, παρὰ Δεινολόχῳ ὄξος. Omitto, quae alii grammatici. Ex superioribus verbis Hesychii colligas, etiam ἡδονήν, quae vox idem significat atque ἡδος, usurpasse quosdam pro aceto. Vix credidissem, nisi venissent in mentem verba hujus τραπεζορήτορος l. VIII., ubi de piscium condituris loquens pisces saxatiles optimos esse scribit τῇ ἡδονῇ σκευασθέντας, hoc est, ut nos interpretamur, simpliciter cum aceto paratos. Ex variis locis Gastronomiae Archestrati liquido constat, hanc esse piscium ἀπλήν σκευασίαν. Lectionem mutare, quod fecere interpretes, hoc vero iniquum et indignum est facinus. Aegyptii aceti mentio apud Juvenalem: Si vero pater est, comedam, inquit, siebile nati Sinciput elixi Pharioque viadentis aceto. De Cleonaeo aceto scribuntur haec: μνημονεύει δὲ πρὸς (Aristophanes) καὶ τῆς ἐκ Κλεωναίων ὄξεως ὡς διαφόρου· Ἐν δὲ Κλεωναῖς ὀξύτιδες εἰσι. Lego: Ἐν δὲ καὶ Κλεωναῖαι ὀξίδες vel ὀξύδες· nam utroque modo scriptum invenio apud Aristophanem et Pollucem. Describat poeta convivii apparatus: inter alia adesse aiebat et Cleonaea acetabula, de aceto Cleonaeo intelligens, ut interpretatur Athenaeus. ἐν pro ἐνι, ut saepe. Diphili versiculos ita concipe: Δειπνεῖ τε καταδύς, πῶς δοκεῖς; Λακωνικῶς. Ὄξεος τε ποτύλην. πᾶξ. τί πᾶξ; ὄξεος μέτρον Χωρεῖ τοσῶτο τῶν Κλεωναίων. Loquebatur poeta de quo p. 146. dam non lauti quidem, sed multi cibi. Eum abdidisse se ait in gurgustiolum suum, quales sunt pauperum habitationes, saepe subterraneae: ibi coenam sumfisse Laconicam: potus loco fuisse aceti congium. Cum ostenderet, qui audiebat, mirari se credere, quid miraris? ait. Aceti Cleonaei mensuram, quantam dixi, capit iste. πᾶξ mirantis et interpellantis adverbium Graecis et Latinis: de eo alibi. Heraclidis Tarentini verba de aceto exponimus l. III. c. 5. Lacunam constituimus in istis: Λεκτέον δὲ . . . ὀξύ γὰρ διὰ τῆς υ. Deest manifesto dictio una: hanc ait per υ scribendam, obiter eos carpens, qui scriberent per ι. De voce ὀξύ non loqui, clarum est. Arbi-



tramur, locutum de voce ὄξυς, quae et ὄξις invenitur scripta. Vas est, quo continetur τὸ ὄξυ, id est acetum. ὄξυς ergo scribendum, non ὄξις. Eadem ratio compositorum nominum ὄξύμελι, ὄξύβαφον, ὄξυρόδιον. Doctissimus Levinius scribebat: Λεκτέον δὲ ὄξύγαρον διὰ τῆς υ. Acute et, ut arbitror, vere. Ait: Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Θεοπομπῶν αἰκίαις εἴρηκε, *Lysias dixit in ea oratione, qua Theopompum accusat injuriarum.* Ita scribendum et exponendum. Theopompi historici quae sequuntur verba, ex ea parte historiae illius desumpta sunt, qua Xerxis in Aegyptum expeditio narrabatur. Habes integrum illum locum atque in eo verba hic recitata apud Longinum in elegantissimo περὶ ὕψους libello. Cratini versus subjicitur: Οὐ πρὸς παντός ἐστιν ἀρτύσαι καλῶς. Est quidem elegans hic usus τῆς πρὸς, ut apud Sophoclem: ἢ πρὸς ἰατρῶν σοφῶν. Sed aliud metri lex suadet. Scribo: Οὐ παντός ἀνδρός ἐστιν ἀρτ. κ. Imitatur notissimum proverbium: Οὐ παντός ἀνδρός ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλῆξ. Fortasse aliquis malet: Οὐ πρὸς γε παντ. Antiphanis locus, quo res condimentarii generis enumerantur, exstabat in Leucade illius fabula, teste Polluce l. VI. c. 10., cujus lectio cum Athenaeica conferenda. Ἐστὶ δ' ἂν, inquit, ἐν τῶν ἡδυσμάτων καὶ λίτρον. Ἀντιφάνης ἐν Λευκάδι. Σησάμω, λίτρον, κυμίνω, ῥῆ, μέλιτος, ὀριγάνω, (desunt hae duae voces in Athenaei codicibus) βατανίω, ὄξω, (scribendum ex Athenaeo βοτανίω, ὄξ., aut βατάνιον ὄξω pro ὄξυς non placet) ἐλαίω, εἰς ἀβυρτάκην χλόης. Postrema verba in Athenaei codd. a distinctione laborant. Nam ita scribendum: ἐλαῶν, εἰς ἀβυρτάκην χλόης. *Olivarum, et herbae viventes ad abyrtacam.* ἀβυρτάκη genus condimenti, quod e succo virentium herbarum conficiebant.

## CAPUT VICESIMUM SEPTIMUM.

*Cucumis spermatis. Sicyopepon spermatis et eunichias. Platonis comici Laius. περικάρπιον. λάχανα ἐψανά καὶ ἐψητά. γήτειον, γήθουον, γήτιον et γήθου. Φύσιγγες. Locus Theophrasti emendatus. ἐπικερασικά et ἐπικεράσαι.*

Anaxandridae comici allata verba duos hexametros continent, quod genus metri in comoedia rarius occurrit.



\**Ἀσφάραγον σχῖνόν τε τευῶν καὶ ὀρύγκνον, ὃς δὴ Σεμύνει* p.142.  
 τὸ τρίχον ὁμῆ μιχθὲν κοριανῶ. Si quis malit anapaesticos ex his versus constituere, per me licet. Quae ex Ulyssibus Cratini sequuntur, ita scribo ac distinguo: — *πάποτ' εἶδες, εἰπέ μοι, Τὸν ἄνδρα, παῖ Λαέρτα φίλος, ἐν Πάροι Σικυὸν μέγισον σπερματίαν ὠνέμενον; Cucumerem spermatiam interpretatur Athenaeus peponem: Hesychius melopeponem: alii aliter. Cratini fabulam Ὀδυσσεῖς nominat etiam Pollux I. X. c. 7. Meleager, quem irridet Plato comicus, statura procera fuit, cruribus gracilibus: quam habitu dinem corporis fannis urbanorum hominum fuisse opportunam, dicebamus ad Suetonii I. IV. In secundo versu deest principium. Legi potest: *Μέγας τε, κόκκυξ ἡλίθιος περιέρχεται.* Sicyopepon eunuchias poëtae dictus ad differentiam spermatiae. Hi erant compacti et breviores: illi fluxa carne et in longum producta figura, qualis fuit cucumeris scythalici. De eunuchia cucumere Plinius: *Sunt, qui herba, quae vocatur culix nomine, trita semel eorum maceratum seri jubeant, ut sine semine nascantur.* Caeterum Platonis hanc fabulam omnia exemplaria *Laium* nominant. Similis ex eadem fabula in scholiis Aristophaneae Pluti locus: *Πλάτων Λαίω φησὶν· Οὐχ ὄρξς, ὅτι Φιλωνίδην κε τέτοκεν ἢ μήτηρ ἀνόητον Μελιτέα, καὶ ἐκ ἐπχθεν ἄδέν.* Sic lego, non *Λαί*. Phaniae verba sequuntur: *Βρωτὰ μὲν ἀπαλὰ τῷ ἐπικαρπίῳ σικυὸς καὶ πέπων ἄνευ τῆ σπέρματος πεπτόμενον δὲ τὸ περικάρπιον μόνον.* Quae non experta sunt fatum clementius, quam caeteri omnes fere loci illius scriptoris, qui in his libris hodie reperiuntur: sunt enim plerique omnes depravati aut mutilate descripti. Eruditissimus Dalecampius sententiam concinnavit, ut potuit. Nos quoque nihil adjuvant scripta exemplaria. An hoc voluit Phantias, cucumeris et peponis, dum adhuc sunt teneri, et carnem et semen edi sine noxa, postquam maturuerant, tantum carnem? Haec sententia hanc lectionem postulat: *Βρωτὰ μὲν ἀπαλὰ τῷ περικαρπίῳ σικυὸς καὶ πέπων μετὰ τῆ σπέρματος· πεπτομένων δὲ τὸ περικάρπιον μόνον.* Nihil affirmamus tamen, sed suspicionem nostram dubitanter proponimus. *περικάρπιον* pro carne semen ambiente in multis fructibus vox est Aristotelis et discipulorum ejus, Thephraستي ac Phaniae. Non multo melior conditio Dioclis Carystii in iis, quae proxime sequuntur: *φησὶν, ἔψανα ἄγρια εἶναι θρίδακα· ταύτης κρατίστην τὴν μέλαιναν· κάρδαμον, ἀδριακόν, σίναπυ, κρόμμυον.* Haec scriptura*



membranarum. Prima verba ita emendaverim: ἐψανά  
 πῶν ἀγρίων εἶναι τὴν ἀγρίαν θρίδακα· ταύτης κρ. *Herba-  
 rum sylvestrium coctu facilis est sylvestris lactuca.* Sed hanc  
 lectionem sequentia infirmant. Fuerunt et, quae ἐψητὰ  
 λάχανα vocarent, inque his brassica, lactuca, aliae. Pro  
 ἀδριανόν, quod nihil hic significat, κοριανόν rescribendum  
 aut simile aliud. Cum facit species cepae Ascaloniam  
 P. 143. et getheum, sine dubio γήτειον est ea cepa, quam vocat  
 Plinius gethyum. Hesychius: γήτια, κρόμμου, ἃ καὶ  
 γήθουα καλεῖνται. Alii γήθουον putarunt esse porrum sylve-  
 stre. Hesychius: γήθουα, ἀμπελόπρασα· οἱ δὲ γηψυλλίδας·  
 (scribe γηθυλλίδας, et vide IX. l. Athen.) οἱ δὲ μεγάλα  
 κρόμμου· ἄλλοι χλωρά. Eustathio nihil differunt γήτειον,  
 γήθουον et γήτιον. Legi etiam γήθου pro cepa. Psellus in  
 versibus politicis, quibus obscuras voces exposuit: Κό-  
 καλον δὲ ὁ εὐρόβηλος· τὸ δὲ κρόμμου γήθου. Physingas sepa-  
 rat ab alliis Diocles, cum scribit: σκόροδον, φύσιγγες. Ex  
 illorum sententia, qui alliis propriam speciem statuebant  
 physingas. Hesychius: φύσιγγες, εἶδος σκορόδα· ἄλλοι  
 δὲ σκορόδων κεφαλίδα. Non possum, quin Theophrasti  
 locum obiter emendem, ubi ea vox restituenda est; quod  
 summi viri non sunt quiti divinare. *Histor. l. VII. c. 4.*  
 ita vulgo editum: Φέρει δὲ, Φασί, καὶ τὸ σκόροδον ἐπὶ τῆς  
 σφῆρυγγος . . . σκόροδα καὶ τὰ κρόμμου. Gaza legit ἐπὶ  
 τῆς σύριγγος. Sed frustra fuit vir optimus: nam scribi  
 debet ἐπὶ τῆς φύσιγγος σκόροδα, ὡς καὶ τὰ κρόμμου.  
 Dixerat modo, solitum fieri in cepis, ut ex eadem radice  
 novae soboles pullularent: addit nunc, etiam in alliis  
 simile usu venire: adnasci enim capitibus alliorum nova  
 allia. Diphili medici locum scribo cum Dalecampio: Ὁ πέ-  
 πων εὐχυλότερός ἐστι καὶ ἐπικερασιακός. ὁ σικυὸς κακοχυ-  
 λότερος, ὀλιγότροφός τε καὶ εὐφθ. In libris medicorum  
 saepe imperiti librarii pro ἐπικερασιακός scripserunt ἐπικρα-  
 τητικός, ut factum isto loco, vel contra. Significatio  
 tamen longe diversa. Nam quae alvum sistunt, ἐπικρατη-  
 τικὰ dicuntur, contraria τοῖς ὑπακτικοῖς. At ἐπικερασιακὰ  
 vocarunt sive εἰς ἐπίκρατιν ἐπιτήδεια, ut l. III. loquitur  
 Athenaeus, illa, quae malum in corpore humorem valent  
 temperare ac tandem mutare, ut explicat Galenus l. XI.  
 de facult. simpl. med. et l. IX. meth. Idem auctor ἐπικε-  
 ράσαι et ὑπαλλάξαι τὴν ἐνζήκηυῖαν τοῖς μορλοῖς ποιότητα  
 dixit comment., qui sint purgandi, et ἐπικέρασιν καὶ κέ-  
 νωσιν alibi conjungit. Quae omnia naturam τῶν ἐπικερα-  
 σικῶν nobis aperiunt.

## CAPUT VICESIMUM OCTAVUM.

Πρασοκεριδες et iuli. βρένθις et βρένθιξ. *Lactucae mortuorum cibus.* *Lactuca astytis.* *Olera quomodo attenuent.* κινάρα et κυνάρα. *Scriptor νησιώτης.*

Ait Strattis comicus: Πρασοκεριδες, αἱ κατ' εὐφύλλας ἀνὰ κήπευ πεντήκοντα ποδῶν ἴχνησι βαίνουσι. Tolle vel κατὰ, vel ἀνά. Et βαίνεται habent MSS. Praefocurides a tondendis porris nomen invenerunt, quasi porricidae: neque hic licentiam ullam poetice agnosco. Apparet ex hoc loco, simile id insectum esse erucis et iulis, quos μυρίδες ἔχειν πόδας ait Dio Chrysof. in orat. de otio. Ideo dicti ἑξήκοντα ποδῶν Latine. Diophanes in XII. Geopon. vocat animal Φιλόκοπρον, et in fimo semper versari scribit. Plura de hoc animalculo apud Aristotelem et Theophrastum. In extremo scribo σελινίων vel σελινιδίων, p. 144. ut simile sit praecedentibus, σατυριδίων et θριδικινιδίων. Quam noster ex Nicandro βρένθιν vocat, Hefychio est βρένθιξ. Ad istam lactucam occisus ab apro dicitur Adonis, cum eo confugisset. Sic enim habet scripta lectio: ἔσ' ὁ Ἄδωνις καταφυγῶν, non καταφαγῶν. Confirmant frequentia: ἐν καλαῖς θριδικίναις κατακρύψαι. Lactucam vocat Eubulus νεκύων βρώμα, *mortuorum cibus*. Quae superstitiosa opinio adeo in animis hominum inveteravit, ut ad Augustum principem multis esset religio vesci lactucis, teste Plinio. τετρακύνη Hefychio non hortensis est lactuca, sed sylvestris. *Astytis lactuca astylis* in multis Plinii codicibus dicitur: quam lectionem qui tueri conantur, faciunt inepte. Nam ingens discrimen est inter astytidem et astylidem. Et astytidis et eunuchi appellatio facultatem ψυκτικὴν lactucae testantur. Galenus non dubitat affirmare, succo lactucae tam facile tolli aliquem posse, quam cicuta. III. de facult. simpl. med. Diphili sententia est in commune de omnibus oleribus, esse illa ἀτροφα, λεπυντικά, καὶ κακόχυλα. Non alere, attenuare, malumque succum generare. Reclamat medicus interpres, et imperitiae accusat: neque enim attenuare, quae frigida sint et humida. Idem tamen fatetur, olera esse ἀτροφα. Potuit igitur non venire illi in mentem, eum, qui ἀτροφίᾳ laboret, fieri indies λεπτοσαρκιότερον? Scribe ex melioribus libris: ΚΙΝΑΡΑ. ταύτην Σοφοῦλης. Lego etiam Σοφ. ἐν Κολχίσι. Colchides docuit Sophocles, non



Cochlides. De his ad l. VII. Hoc autem voluit Athen., quam herbam per *κινάραν* alii appellant, Sophocli dictam esse per *υ κυνάραν*. Galenus scribit, priores cinaram nuncupasse *διὰ τῆ κ καὶ ι*. suos aequales amore novitatis *διὰ τῆ κ καὶ υ*. Aperte Galeno contradicit Athenaeus non solum his verbis, sed etiam paulo post, cum ita scribit, etiam Sopatrum Paphium, qui temporibus Alexandri Magni vixit, *κινάραν ὀνομάσαι*, hoc est per *ι* hanc vocem extulisse, non per *υ*. Quis ille est Nesiota scriptor lucifugus, de quo mox: *Καλλίμαχος αὐτὸ (τὸ βιβλίον) ἀναγράφει Νησιώτῃ*. Ita omnes antiquae fidei libri. Editus fuerat a Callimacho *Πύρρξ παντοδαπῶν συγγραφέων*. In eo libro videtur contra receptam vulgo opinionem scripsisse, librum, qui tunc temporis in eruditorum manibus versabatur hoc indice, *Ἑκαταεὶς Μιλησίε περιήγησις*, non esse Milesii, verum alius cujusdam Hecataei, hominis insularis. id est, *νησιώτῃ*. Sed quis ille, aut cujas? nihil enim reperio. Hecataei ex veterum monumentis noti mihi duo: alter Abderita, alter Milesius. Scribe deinde: *ὄσις ἔν ἐσιν ὁ ποιήσας*. Et: *καὶ Σκύλαξ δὲ ἡ Πολέμων γράφει, εἶναι*. Mox: *ὄρος παρέτεινε τῆ ποταμῆ τῆ Ἰουδῆ*. Quae paulo post afferuntur ex commentariis Didymi in Sophoclis Phoenicem, paucis verbis complecti conatus est Hesychius in voce *κύναρως*. Sed properavit vir doctissimus, cum illa scriberet. Ait enim: *κύννα ξυλίην τὴν κυνόσβατον ὁ Θεόφραστος λέγει*. Quam falsum hoc sit, en ipsum Didymum testem, cujus verba nobis Athenaeus conservavit. Nunquam Theophrastus, naturae interpres, cynosbatum appellavit canem ligneum, sed Pythia, ministra *τῆ λοξίε θεῆ*. Mirum, consentire omnia Theophr. et Athen., etiam manu exarata, exemplaria in hac lectione: *καρπὸν ἔχει (cynosbatus) παραπλήσιον τῆ ῥοιᾶ· habet fructum similem malo punicae*. Et: *ἔχει δὲ τὸ φύλλον ἀγνώδες· habet folium vitici simile*. Plinius, ut doctissimi viri observarunt, legit *παραπλήσιον τῆ ῥοδῆ*, et τὸ φύλλον *ιχνῶδες*. Quae opponamus posteriori praesertim emendationi, non desunt nobis: sed ea malumus ad Theophrastum. Nunc, quod instat, agamus. Epicharmi testimonio probat ὁ δειπνολόγος, cactum apud Siculos inter esculenta locum habuisse. Quod de Phania non semel questifumus, omnia illius corrupta esse in his libris, idem queri licet de Epicharmi pulcherrimis fragmentis huic operi interfertis. Non pes, non caput, non vestigium ullum in illis sanum. O si aliquis oriatur Aesculapius, qui ista




Chironia et defoeda ulcera nobis fanet! Interea liceat nobis clinici medici vices obire. Epicharmi verba ita scribuntur etiam in probatae fidei libris: Μήκων, μάραθοι, τραχέες τε κάκτοι. Τοῖς ἄλλοις μὲν Φαγεῖν ἐντὶ λάχανοις εἰς τὸ πῖον αἶνα τις ἐκτρίψας καλῶς παρατιθῆναι, ἀδύς ἐστίν· αὐτὸς δ' ἐπ' αὐτῆ χαιρέτω. Quis ista intelligat? Nemo, hercule, nemo. Si ita scribas, omnes facile intelligent: Μήκων, μάραθοι, τραχέες τε κάκτοι. καὶ ἄλλοις· Κάκτου Φαγεῖν ἐντὶ λάχανου. εἰς τὸ πῖον αἶνα τις ἐκτρίψας καλῶς παρατιθῆναι, ἀδύς ἐστίν· αὐτὸς δ' ἐπ' αὐτῆ χαιρέτω. *Paraver, feniculus, et asperi cacti.* Et alio loco: *cactum olus licet edere. Quem si apposueris in pingue probe intritum, suavis est: ipse per se valet.* τὸ πῖον, ut Latinis pingue, de omni genere pinguedinis et *κνίσσης*, oleo, butyro, adipe et similibus. Carduos five cactos Siculos, (nos vocamus *artichaus*, vel potius *carles*: nam *artichaus* sunt cynara) bifariam mensis inferebant: vel per se, crudos, sine ulla omnino *σνευασίᾳ*, vel pingui madentes, et oleo aut butyro unctos. Hodie uterque mos ab antiquo manet. Ego vero assentior Epicharmo cactos paratos et conditos crudis et inunctis antepONENTI. Duo loci in unum erant confusi, ut saepe alibi. Sequitur alius locus: Θρίδακας, ἐλάταν, σχίνον, ῥαφανίδας, κάκτους. Doctis placet: ἐλάταν, σχοῖνον· *abietem, jun-cum.* Sed omnia exemplaria probant σχίνον. Quin ego alteram potius vocem corrigendam censeo. Nam quis locus abieti inter esculenta? Scribo ἐλάταν, σχίνον· *oleanz et squillam.* τὴν σκίλλαν, ait Plutarchus in Pericle, ἐστίν ὅτε καὶ σχίνον ὀνομάζουσι. Cratinus in Thrattis Periclem σχινοκέφαλον appellavit, quod scillae inter bulbos nobilissimae caput haberet simile. σχίνον, alias lentisici, in condimentis usus non facile dixerim. Postremo afferuntur ex eodem Epicharmo haec: Ὅδε τις ἀγρόθεν ἔροιε μάραθα καὶ κάκτους φέρειν, ἴφυον, λάπαθον, ὀτύφυλλον, σκόλιον, σερίδια, δράκτυλον, πτέριν, κάκτον, ὀνόπορδον. Hic vero multa digna animadversione. Initio scribam lubens: Ὅδε τις ἀγρόθεν ἦκε μάραθα καὶ κάκτους φέρων· *venit rure alius feniculum et cactos ferens.* p.146.

Iphyum inter bulbos ex Theophrasto notum qui ex Plinio emendant tiphyum, audiant Hesygium: Ἴφυα, ἢ λυχνίς ἀνθος. ἐνιοὶ λάχανον, ὃ ἡμεῖς λαβαντίδα καλεῖμεν, οἱ δὲ ἀνθὴ ἀγρία τῶν σπειρομένων. Vel ἔσπειρ. Ubi velim observent rei herbariae periti, quid appellet *lavantidem*. Lavendulam, opinor, intelligit, quae tamen oleracei generis non videtur esse. *Otostyium* nescio quid sit. ἔρφυλ-



λον Dalecamp. ingeniose, etsi non assentior. Et hoc quoque in illis prope infinitis numero, quae ignoramus veterum legentes scripta. De scolymo pro voce σκόλιον accedo ejus sententiae. *σερίδα* habetur in MSS., non *σερίδια*. *Dractylum* recte Dalec. fecit *atractylidem*. In fine scribe *καὶ τὸν ὀνόπορδον*. Nam quod onopordum cardui genus esse doctis placet, quo auctore suam sententiam nobis probabunt? In Graecorum commentariis invenio, onopordum esse *ἐλξίνην*, quae herba muralis est. Nicandri Graecus interpres plura illius nomina commemorat, nulla tamen istius facta mentione, ad Theriaca. *ἐλξίνη*, ait, *καὶ κλύβατις, καὶ σιδηρῆτις, καὶ παρθένιον, καὶ περδικιον, πάντα ἐπὶ ἐνὸς φυτῶ. Epicharmi locus sequitur Philetæ distichum: Γηρύσκιτο δὲ νεβρός, ἀπὸ ψυχὴν ὀλέσασα, Ὀξείης κἀκτε τύμμα φυλαξαμένη. Hoc vult Philetas, hinnulum sive hinnuli ossa apta esse ad lyram, si modo caverit sibi vivus, ne a cacto pungeretur. Ex ossibus hinnulorum tibias facere soliti veteres, posteaquam Thebani reliquos Graecos id docuerunt, ut refert Athenæus l. IV. Atque illorum haec fuit opinio, ossa hinnuli, quem cactus pupugisset, faciendae lyrae esse inepta. Hesychius: Κἀκτος, ἀκάνθα, ὑφ' ἧς ἐάν πληγῇ νεβρός, ἀχρεῖα ἴσχει τὰ ὀσᾶ εἰς αὐλῆς. Reperi etiam vetus sciolion in optimis et antiquiss. cod. hoc loco adscriptum: ἐάν δ νεβρός ὑπὸ τῆς κἀκτε πληγῇ, ἀχρεῖα τὰ ὀσᾶ εἰς αὐλῆς ἴσχει. Quid jam isto Philetæ disticho planius? Sequentia verba de Sopatro Paphio jam exposuimus. Ptolemaeus, rex Aegypti, philologus insignis, cinaram describit aculeatam, neque aliter edulem, quam demptis aculeis. Ait enim: *καὶ ἡμῖν προσέφερον ψιλῶντες τῶν ἀκάνθων*. Ex hoc loco probare nititur Eustathius, aliud esse cinaram, aliud cactum, quia non sit adeo aculeata cactus. *καὶ ὄρα*, inquit, *τὸ ψιλῶντες ἀκάνθων. ἐξ ἧ φαίνεται, μὴ αὐτόχρημα κἀκτον εἶναι τὴν ἐν τοῖς ἄρτι λεγομένην κινάρην. αὕτη γὰρ ἐχ' ἔτω τραχύνεται ταῖς ἀκάνθαις. Cinari insulae*, inquit Athenæus, Semus fecerat mentionem. Hic est Semus Delius, scriptor non incelebris famae. Cinaram insulam *σκληράν. ἀκαρπον καὶ φυλεύσθαι κακὴν*, Gyarris parem, ex Plutarcho de exilio habemus cognitam. De palmae cerebro omnia vulgo nota. Νικάνδρος Γεωργικοῖς scribunt veteres, non Γεωργικῶ. Et ita aliis in locis. Illud venustum et παροιμιῶδες in fine libri: *δόξομεν ἐγκέφαλον ἔχειν, pro sapere. Cerebrum enim φρονήσεως ἀρχή*, inquit Hippocrates.*



ISAACI CASAUBONI p. 147

**ANIMADVERSIONUM**

IN

**ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS**

**LIBER TERTIUS.**

**CAPUT PRIMUM.**

*Callimachi dictum: Magnus liber magnum malum.*  
*Grammaticus pro philologo. Coronae ex faba*  
*Aegyptia. Triplex ejus fabae utilitas. διαφύσεις,*  
*Φλέβες, fila. διάφορον, pecunia. Proverbium*  
*explicatur: Τὸν σικυὸν τρώγεσσα, γύναι, τὰν*  
*χλαῖναν ὕφαινε. Tragasaeus sal. Alia nonnulla.*

**L**ibri tertii excerpta sic incipiunt: Καλλίμαχος ὁ γραμμα-  
 τικὸς τὸ μέγα βιβλίον ἴσον ἔλεγεν εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ.  
 Non est iste Callimachus grammaticus alius a Cyrenensī  
 kirpis regiae poëta omnibus noto. Grammaticum ap-  
 pellant propter humaniorum literarum professionem. Se-  
 neca et sapientes omnes discrimen ingens, ὅσον ἐρανος ἐς  
 ἀπὸ γαλιῆς, statuunt inter grammaticum et philologum:  
 usus loquendi apud multos contrarium obtinuit. Itaque  
 etiam e Graecis nonnulli inter grammaticum et philolo-  
 gum aut criticum non distinguunt. Hoc sensu separabat  
 Philo Judaeus τὴν γραμματικὴν ἀπὸ τῆς γραμματιστικῆς, sic  
 ut diximus in commentario nostro de Critica. Poëtam verò  
 Callimachum hic intelligi, dubitandum non est. Constat,  
 doctissimum virum calumniandi ansam invidentibus prae-  
 buisse, quod multa quidem, sed brevia carmina ederet,  
 Ipse de hac malevolorum calumnia conqueritur in Apol-  
 linis hymno: Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐς ἕατα λάττριος εἶπεν.



Οὐκ ἄγαμαι τὸν αἰδῶν, ὃς ἐδ', ὅσα πόντος, αἰδεῖ. Pro-  
 pterea solitus dicere Callimachus, magnum librum ma-  
 gnum esse malum. Martialis allusit, ut monuit Scaliger:  
*Cui legisse satis non est epigrammata centum. Nil satis est  
 illi, Caeciliane, mali.* Tandem ut os obturaret malis ho-  
 minibus, magnum poëma Hecalen inscriptum coactus est  
 edere. Scholiastes ad superiores versus: ἐγκαλεῖ διὰ τῶ-  
 ν τὰς σκώπτοντας αὐτὸν, μὴ δύνασθαι ποιῆσαι μέγα ποίη-  
 μα' ὅθεν ἠναγκάσθη ποιῆσαι τὴν Ἐκάλην. Scripsit et opus  
 aliud poëticum τῶν Αἰτίων, *Caussarum*, quod sine dubio  
 longius fuit poëma, quam ipsa Hecale, sed, ut videtur,  
 posterius scriptum: ideo hic scholiastes Hecalen potius  
 nominat, quam Caussas. In versu Nicandri de faba  
 Aegyptia scripsimus ex libris Ὀφρα *Θερσίης*, non *Θερσίσης*.  
 Fabam Aegyptiam, inquit, sere, ut possis per aetatem  
 flore uti ad corollas. Paulo post scribit Athen., coronas  
 P. 148. ex hoc flore *κυτόωνος ὄρχ* esse *ψυκτικωτάτης*. Triplicem  
 fabae hujus utilitatem diserte explicat poëta. Prima est  
 floris ad coronamenta: secunda cibiorum, maturo fru-  
 ctu, ad epulas: tertia radicis item ad edendum ex jusculo.  
 De radice Aegyptiae fabae colocasio proprie dicta idem  
 Nicander: — *κυτόωνος λέψας κολοκάσιον, ἐντυμῆξας τε.* Scri-  
 bendum *κυτόωνος*. *Fabae Aegyptiae colocasium*, id est, ra-  
 dicem, *decorticatum intrivit*. Vel hoc modo: — *κυτόωνος  
 λέψας, κολοκάσιον ἐντυμῆξας τε.* *Fabam, dempto cortice,  
 et colocasium simul confectum miscuit.* Theophrasti descri-  
 ptionem confer cum ea, quae exstat in epitome Steph.  
 voce "Ακη. Scribe autem apud Stephanum: ἥς ὁ κερπὸς  
 ἢ τε ῥίζα πάντως ἐστὶν Ὀφιδῆος τῶ ποικίλῳ καὶ ταῖς κεφαλαῖς.  
 Et: κολοκάσιον μέντοι καλεῖσι τὴν ῥίζαν· τὸ δ' ὑπερπεφυκὸς  
 κισθῶριον, ὃ ψιν ἰδίχην ἔχον, ἐδωδίμης τε τὰς φλέβας παρέ-  
 χον. Quas vocat Theophrast. *διαφύσεις*, quasi *scissuras vel  
 separatas fibras*. Stephanus *φλέβας*, *venas*, Martialis *fila*  
 isto versu: *Improba est morsu fila manique trabes.* Cibo-  
 rium proprie ipsa est faba Aegyptia vel ejus folliculus,  
 non planta, quae fert fabam. Pro planta aliquando ac-  
 ciunt, ut mox Diphilus: οἱ δὲ γινόμενοι κύκμοι ἐν τῶν  
 κισθῶριων. Sic colocasia proprie fabae radix: apud Pli-  
 nium l. XXI. c. 15. est integra planta. Quod Diphilus  
 vocat *ἐριῶδες*, *lanosum*, cum ait, *κρεῖττον δ' ἐστὶ τὸ ἡμισκ  
 ἐριῶδες*, Plinius *araneosum*: *colocasiam e Nilo metunt, cau-  
 le, cum coctus est, araneoso in mandendo.* Martialis: *Ni-  
 liacum ridebis olus lanasque sequaces* Defectiones aqua-  
 rum pro certis miraculis paulo post narratae. Non tam

miraculosas quibusdam e veteribus esse visas, ex iis jure colligas, quae scribit Strabo de aquis Aedepsiis l. I. Miraculum enim non est, quod habet perspicuam causam naturalem. *διάφορον* pro certa pecunia accipitur in istis: *διάφορόν τι ἔταξαν διδόναι τοῖς πίνεσι*. Ad Theophr. Character. eam vocem exposuimus. Proverbium sub finem horum excerptorum commemoratum, *Τὸν σικυὸν τρώγεσα, γύναι, τὰν χλαῖναν ὕφαινε, cucumerem edens, o mulier, laenam texe*, quomodo ex Arist. interpretati sint peritissimi rei herbariae medici, non me latet. Frigidam ejus fructus facultatem et Veneri noxiam putant indicari veteri hoc dicto. Non negamus, et cucumerem et peponem frigidum sortiri temperamentum atque *ἀναφρόδιτον*. malim tamen hoc proverbium aliter interpretari: quod inter rusticos jactatum existimamus, ut alia multa ad rei familiaris curam, non disciplinam morum pertinentia. Admonebantur hoc dicto mulieres, quarum opera vestes olim confectae, ut, cum erit maturus ὁ σικυός, de hyeme cogitent et parandis familiae hibernis vestibus, cujusmodi est laena. Viri docti si attendissent ad vocem *χλαῖναν*, p. 149. aliam interpretationem nostrae huic non praetulissent: quae simplicissima est, et, nisi fallor, verissima. Nunquam Graecis aliud significat nomen hoc, quam hyemale indumentum. Ut in alio proverbio: *χλαῖναν ἐν θέρει τρίβεις*. σικυὸν in hoc versu et *cucumerem* et *peponem* possumus interpretari. Affecta aestate et cucumis estur et pepo. Huic praecepto simile est: *Βαίτη καὶ θέρους καὶ χειματός ἐσιν ἀρίστη*. Quo admonentur matres familiarum, ut lacernas omni tempore suis paratas habeant: hyeme propter frigus, aestate propter imbres et alia aëris incommoda. Affine et illud: *Ἰὺς αἰεὶ θέρους ἐσσεῖται· ποιεῖσθε καλιάς*. In ima cera horum excerptorum prae se ferunt chirographi libri: *Φρύνιχος δ' ἐντραγεῖν φησι σικυόδιον*. Sed ἐν Τραγαῖς etiam mox, ubi temere haec verba repetuntur. Fortean pro ἐν Τραγωδοῖς· quam Phrynichi fabulam Athenaeus et Suidas commemorant. At in MSS. codice, cujus mihi nuper copiam fecit vir amplissimus, Andreas Huraldus Messaeus, ita legitur: *ῥαφανίδιον δ' ὑποκορισικῶς εἶρηκε Φρύνιχος . . . τρόπῳ*. Sine dubio ullo pro *Φρ. Μονοτρόπῳ*. Ea fabula hodieque notissima est, saltem titulo tenus, inter Phrynicheas. Adi l. VI. c. 12. Paulo ante salem Tragasaëum manifesto in Troade Athenaeus collocat, consentientibus geographis: diverse tamen sententiarum opinionem refert Pollux l. VI. c. 10.



## CAPUT SECUNDUM.

Σικυῶ *expensum etymon.* κίειν. κύειν. σέεσθαι, σέεσθαι. ἠδύγαιον. *Plenilunio crescere cucumeres et echinos.* βίος καθάρειος. *Sacra ficus Athenis.* Ἠγητηρία *ficus.* *Alexidis fabula Poëta.* συκοφάντης. *προστίθεσθαι πρὸς τῆνομα.*


**D**einceps cum auctore ipso res nobis futura est, non cum illius mutilatore. Adhuc autem in gustationis descriptione versatur Athenaeus. Nam eo cucumeres pertinent, non minus quam pepones, de quibus libro superiore dictum est. Theophrasti verba ex ipso fonte ita scribe: καὶ τῶν τὸν μὲν Λακωνικὸν ὑδρευόμενον βελτίω γίνεσθαι, τὰς δ' ἄλλας ἀνυδρεύτας. Deinde pro εὐχυλότεροι codd. Theophrasti habent γλυκύτεροι. Etymum vocis σικυῶς ex Demetrio Ixione ita explicatur: ὠνομάσθαι σικυῶς ἀπὸ τῆς σέεσθαι καὶ κύειν· ὀρητικὸν γὰρ ὑπάρχειν. In quibus verbis posita literula una alterius loco falsissimam sententiam doctiss. viro affinxit: quasi putaverit Demetrius, Veneri nasci cucumeres. Quis ita alienus a lectione medicinae auctorum, quin hoc falsum esse sciat? Frigidum esse cucumerem, omnes uno ore affirmant medici, esse igitur ἀφροδισίων ἐφεκτικὸν, inimicum Veneri, mox Athenaeus observat ex Diphilo. Galenus vero disertè l. II. de facult. simpl. med. inter semen cohibentia recenset melopepones et cucumeres: ἦν τε πέπωνες, inquit, ἦν τε καὶ μὴ πέπωνες ἴσιν. Quomodo igitur Demetrium excusabimus? Literae unius mutatione scribendum aio κίειν pro κύειν, *progredi pro uterum gerere.* Sensus est, σικυῶν dici a σέεσθαι et κίειν, quae verba motum et  
p.150. *progressum in ulteriora significant: quia haec planta est ὀρητικὴ, id est. late funditur in cucumerario. Erat scribendum σικυῶς, sed facta est duarum vocalium υ et ι transpositio. Eustath. V. in II. comment. de vocibus disputans, quae sunt compositae ex duabus significationis ejusdem, ut γῆπεδον, δάπεδον, ὄροθύνω et ἠλέματον: ἐν τῆς σέεσθαι, ἦγαν ὀρυξῆν, καὶ τῆς κίειν ἢ συκῆ· καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν δὲ κατὰ τὰς παλαιὰς καὶ ὁ σικυῶς κατὰ μετὰθεσιν ἢ τροπὴν διχρόνων.* Significatione parum differunt σέεσθαι et σέεσθαι. Tamen ad etymum fatius est, cum Eust. scribere σέεσθαι. Hanc tamen sententiam nostram et emendationem verborum Demetrii Ixionis Josephus Scaliger non probat.

κείν enim in explicatione hujus etymi significare femino-  
 sum esse: unde σπερματίας σικυός sub finem l. II. e Cra-  
 tino et aliis. Addebat, κείν poëtarum tantum esse ver-  
 bum, neque hic locum habere posse. Postremo, σικυός,  
 aiebat, scribitur, non σικιός, ut esset scribendum, si de-  
 duceretur a κείν. Mihi non videtur ad rem multum fa-  
 cere, quod κείν sit vocabulum poëticum. Nam plerae-  
 que dictiones poëtis propriae sunt antiquissimae, quae  
 primis temporibus cum essent communes et vulgo usita-  
 tae, nihil causae dici potest, cur non iis sint usi prisci  
 onomatothetae in novis nominibus fingendis. Itaque ve-  
 teres critici in exprimendis verborum etymis ab antiquis  
 dictionibus non solent abstinere. Eustathium invenisse  
 scriptum κείν et probasse, docent verba, quae ex eo  
 protulimus, quaeque non uno duntaxat loco in ejus com-  
 mentariis leguntur. Ne id quidem multum me movet,  
 quod σικυός Graeci scribant, non σικιός per jota in penul-  
 tima: nam hujusmodi literarum transpositiones nusquam  
 non occurrunt in etymologiis Graecarum dictionum. In  
 hoc vero nomine etiam rationem afferunt grammatici,  
 cur σικυός potius scribatur, quam σικιός: ne videlicet af-  
 finitatem aliquam videretur habere cum nomine σῦκον,  
 ficus. Eustathius prolixè ad Od. ρ: ὡςπερ ἡ συκῆ παρὰ  
 τὸ σύειν καὶ κείν, ὅπερ ἐστὶ ὄρμασθαι, ἔτω κατὰ τὰς παλαιὰς  
 καὶ ὁ σικυός. ἐγράφη γὰρ καὶ ἐπ' αὐτῆ τὸ υ εἰς ἰᾶτα διὰ τὸ  
 ἀσυνέμπτωτον, ἵνα μὴ καὶ τῷ σικυῶ σύκῃ ἐμφαίνηται τι.  
 Fateor alioquin, verbum κείν de arboribus usurpari ad  
 gemmandum sese comparantibus. Sic dicit Dioscorides,  
 ficus ἐγκύκῃς εἶναι, praegnantem esse, μήπω τῆ ὀφθαλμῆ βε-  
 βλασηκότος, priusquam gemma prodierit, quod Latini gem-  
 mare dicunt. Scimus etiam, ὄρμητιός saepe dici de im-  
 petu ad generationem. Si quis igitur, retenta lectione  
 κείν, cucumerem ὄρμητικὸν exponere voluit, qui se pouffe,  
 ut Galli loquuntur, id est, qui magno impetu fertur ad  
 germinandum, per me licet. At Dalecamp.: quoniam eo  
 cibo Venus accenditur. Contra veritatem et notissimam cu-  
 cumeris naturam. Heraclides Tarentinus, ut observat  
 auctor, ἡδύγαιον appellavit cucumerem. Vellem adjecis-  
 set, utrum κυρίως, an ἐπιθετικῶς. Nam quidquid ubere  
 et laeto solo provenit, ἡδύγαιον appelles licet, tanquam  
 ἡδεῖαν sive καλήν ἔχον γῆν. Plenilunio manifestum in hor-  
 tis capere cucumeres incrementum, probat deipnosophista p. 151;  
 exemplo echinorum. Clarum id exemplum et omnibus  
 notum ex philosophis et poëtis etiam. Sunt ad manum



Oppiani de ea re versus elegantissimi, quos inde lector petat. Lucilius: *Luna alit ostrea, et implet echinos, muribus fibras Et pecui addit.* Inter alia ficuum elogia dicitur hic fructus melioris vitae dedisse mortalibus principium. Initio cibus hominum glandes faginae ac quernae fuerunt, deinde cognita est ficus, et ejus fructus prae glandibus probatus. Hoc fuit alius vitae initium, quam solent Graeci modo *ἡμερον* vel *ἀλληλεσμένον βιον*, ut docemus l. XIV., appellare, modo *καθάρειον*. Itaque errant, qui hoc loco, *ἡ συκῆ ἡγεμῶν τῆ καθαρεία βία τοῖς ἀνθρώποις ἐγένετο*, ingeniosi sunt in mutanda lectione, quam etiam Eustathius habet. Addit: *δῆλον δὲ τῆτο ἐκ τῆ καλεῖν τὰς Ἀθηναίους ἱερὰν συκῆν τὸν τόπον, ἐν ᾧ τὸ πρῶτον εὐρέθη.* Ego non reperio ullum locum in urbe Athenis aut agro Attico, qui diceretur *ἱερὰ συκῆ*. Fructum ipsum ita vocatum memini legere in epigrammate de Phytalo, ficus inventore, apud Pausaniam in Atticis: *Ἐνθάδ' ἀναξ ἡρώς Φύταλός ποτε δέξατο σεμνὴν Δήμητραν, ὅτε πρῶτον ὀπίρας καρπὸν ἔφηνεν, Ἡν ἱερὰν συκῆν Ἰννητῶν γένος ἐξονομάζει.* *Ἐξ ἧ δὴ τιμὰς Φυτάλας γένος ἔσχευ ἀγῆρας.* *Hegeteriam* ficum Eustathius appellat *ἡγητορίαν*, quia ita hic legerat. De ea fufe Hesychius: quem vide, ac vel doce me, quale apud Athenienses festum fuerit *Paraplynteria*, vel discite a me, scribendum esse in Hesychio *ἐν γὰρ τῇ ἑορτῇ τῶν Πλυντηρίων*. Porphyrius quoque l. II. de abstin. ab anim. hegeteriae meminit, pompam Solis et Horarum ex ritibus Atheniensium describens. Alexidis versus et supplendi sunt ex l. II. et ita distinguendi ex lege metrica: — *οἶα δ' ἡ χώρα φέρει, Διαφέροντα πάσης, Ἰππόνικε, τῆς δίκρανης. Τὸ μέλι, τὰς ἄρτας, τὰ σῦκα· σῦκα μὲν, νῆ τὸν Δία, Διαφέροντα καὶ πάνυ γ' αὐτῆ φέρει, βοσκήματα, Ἐρικ, μύρτα, θύματα, τυρὰς, ὕδωρ διχφέρον Σφόδρ', ὡσε καὶ γνοίην ἂν εὐθύς Ἀττικὸν πίνων ὕδωρ.* Versus trochaici sunt tetrametri catalectici. Alexidis fabula, quae paulo post *Ποιητής* nuncupatur, non alia est, quam quae l. VI. *Ποιηταί*. Pollux l. IX. *Ποιήτριον* istius poëtae fabulam citat: quae an eadem sit cum ista, quaerendum est. In ea fabula reprehendit illos poëta, qui vocem *συκοφάντης* excogitarunt ad denotandam hominis alicujus improbitatem. *Ἔδωκε γὰρ, inquit, ὅσις χρῆσός ἦν ἡδύς τ' ἀνήρ, Τὰ σῦκα προστεθέντα δηλέεν τὸν τρόπον.* Sensus est: debuit hoc potius fieri, ut, si quis esset vir probitate insignis, nomini illius infereretur vox *συκῆ* in testimonium virtutis. Puta, ut vel *Φιλόσυκος* appellaretur, vel *συκάγαθος*, ho-

Φ  
tur  
die  
ege  
mus  
οἶον  
niae i  
genus  
cellari.  
poban  
tur miz





*mo eximie bonus. Ut dicitur βαπόνηρος, insigniter malus. Vel συκολόγος, aut συκόβιος, aut ψυχοχαρμύς. προστίθεσθαι sic accipe in his versibus, ut apud Aristophanem: Περὶ τένωματος δὴ ταῦτ' ἐλοδορέμεθα. Ἡ μὲν γὰρ ἵππον προστίθει πρὸς τένουχ, Ἐάνθιππον, ἢ Χάριππον, ἢ Καλ- P.152. λιππίδην. Aelianus verbo συμπλέκεσθαι in eandem sententiam usus epistola quadam: Θρασυλέων, οἶμαι, ἦν ὄνομα αὐτῶ, ἢ ἄλλο τι τοιαῦτον συμπεπλεγμένον θηρίῳ. Sic et in sequentibus usurpat Alexis: Νυνὶ δὲ πρὸς μοχθηρὸν ἠδὲ προστεθέν, Ἀπορεῖν πεποίηκε, διὰ τί τῶδ' ἔτιωσ ἔχει. Nunc, inquit, cum in voce ψυχοφанта improbo sit additum et conjunctum suave, incertum est, qua de causa id sit factum. τὸ μοχθηρὸν est φάντης, delator, quadruplator: τὸ ἠδὲ est vox συκῆ, leviter initio dictionis corrupta. Doctorum virorum interpretationes horum versuum plane sunt, quod ait Lucilius, Pergula pictorum, veri nihil, omnia falsa.*

## CAPUT TERTIUM.

*Sminthia Rhodiorum. Ficus poenae nomine aliquando exactae. Pherecratis fabula Crapatalli. Φιβαλέος homines: Φιβάλεως. χελιδόνια σῦκα. Lyncei Samii epistolae. Proverbium Λυγκέως ὄξυωπέερος. Caunaeae ficus, non Cauniae. Toxaliae ficus. Proverb. πέπων ἐρινὸς ἄλλης ἐξερινάζεισ λόγῳ.*

**Φ**ιλόμνητος δ' ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ Σμινθείων. Testatur Strabo, locum fuisse in agro Rhodiorum Sminthia dictum, l. XIII. De eo loco et nominis hujusce causis egerat Philomnestus, sive, ut l. X. scribitur, Philodemus. διὰ τὸ εἶναι τότε τὰ ἐπιζήμια καὶ τὰς εἰσφορὰς σῦκα, οἶνον καὶ ἔλαιον. Ante receptum usum nummorum pecuniae locum in contractibus, mulctis, praemiis et omne genus collationibus obtinuerunt res ad humanos usus necessariae, ut docent nos antiquissimi quique auctores, et probant jurisconsulti auctoritate summi vatis. Non igitur mirum est, apud Rhodios aliquando poenae nomine



exactas fuisse ficus, item oleum, vinum et similia: Sic apud veteres Romanos ovis et bos. Τό τε ΦειοΦαγές, μητρῷον έρολ μελέδημα. Exposuimus ista libro superiore c. XIV. άτάρ και Φερεκράτης έν Κραπατάλλοις. Pollux l. VII. c. XXX.: σῦκα δέ τῶν διΦόρων έν Κραπατάλλοις Φερεκράτης. Melius Κραπατάλλοις. Sic corrige et l. X. c. IX., ubi editum Κραπαττάλλοις. Hesychio auctore, fatui nomen est aut nummi cuiusdam. Sed et minutos pisces quosdam ita vocari idem scribit: atque inde existimavit Dalecampius nomen inditum huic fabulae. Ex Polluce diversam sententiam licet asserere. Sic ille l. IX.: ένομα δέ τι νομίσματος και κραπατάλλης είτε παιζων είτε σπεδάζων Φερεκράτης ώνόμασεν έν τῷ όμωνώμω δράματι. λέγει δέ, τόν μέν κραπατάλλον εἶναι ένάδρα (legebam έν άδρα Scalligero placebat εὔαδρον) δραχμήν. έχει δ' αυτός όκτώ εὔθειας· τήν δ' εὔθειαν εἶναι τριώβολον και δύνασθαι όκτώ κιδάβρας. Hactenus Pollux. Ός καλοί και Φιβαλέοι. Neque de arbore ficu neque de fructu haec possunt intelligi. Illa συκῆ dicitur: hi σῦκα. De personis igitur accipiendum. Φιβαλέας aut Φιβάλεις vocabant Attici homines p.153. aridos et exsuccos. Auctor comici interpres ad Acharnensibus. και τὰς μυρρίνας δέ Φιβαλέας λέγασι. Malim Φιβάλεως· nam ita potius et caricae et myrti dictae. Vide illum enarratorem, et in Etymologico. χελιδονίων δέ σύκων μνημονεύει Έπιγένης. Hesychius paulo aliter: Χελιδόνεως, είδος ισχάδων. Caussam appellationis rimamur l. IX. Συληρῶν άδρός πινακίσκος. Interpres σύκων. Fortasse non male. Etsi potest dubitari, an ponerentur ficus in πινακίσκοις. τῶν δέ έν Ρόδῳ γινομένων σύκων μνημονεύει Λυγκεύς έν έπισολαῖς. Existabant olim Lyncei Samii epistolae, quarum et Harpocraton meminit in Ίδύφαλλος. In his fuit una ad Diagoram, qua contendens varia esculenta Rhodi nata cum Atticis, palmam Rhodiis adjudicabat. Conferendus hic locus cum altero huic gemino infra eodem libro, ubi de panis generibus disputatur: item alio, qui l. VII. in sermone de apuis. Reperies et alios similes. Τα δ' έρινεά τοῖς Λακωνικοῖς, ώσε συνάμινα σύκοις δοκεῖν έρίζε.ν. Deest verbum ex aliis ejusdem epistolae locis supplendum, αντίπαρβάλλασιν, aut simile. Sensus est: si ficus Rhodiaca, erineae nomine dictae, iis comparentur, quae Athenis Laconicae dicuntur, tam impar fore certamen, quam si ficubus contendantur sycamina, id est, mora. Si quis aliter interpretetur, non ero pertinax, modo intelligatur similis aliqua comparatio.

καὶ ταῦτ' ἐκ ἀπὸ δελφῶν. *Atque haec convivis meis apposui, non finita coena, sed incipientes.* Sic infra, ubi de pane. Vide c. 25. εἰ ὁ Λυγνεὺς ἐγεύσατο, ὡσπερ ἐγὼ, ὀξυωπέ-  
 σερος ἂν ἐγεγόνει παρὰ πολὺ τῆ ὀμωνύμῃ. *Oculorum acie Lynceus cognominem sibi Lynceum superasset.* Dalecampius Lynceum proverbio celebratum propter miram vi-  
 dendi facultatem lyncem bestiam esse credidit primus et solus. τὰ ἀπὸ Καύνων τῆς Αἰολικῆς πόλεως ὡς διάφορα ἐπαινῶν. Melius scribas Καυνῶν, ut rectum sit Καῦναι. Unde fit gentile nomen Καυναῖος. Atque ita scribi debet in sequenti versu Parmenionis: Ἥλθον μακρὴν θάλασσαν ἐκ ἄγων σῦκα Καυναῖα φόρτον. Non Καύνεα φόρτα. Etiam apud Ciceronem *Caunaeas* scribendum, quod exauditum est: *Cave ne eas.* *Caunaeas* caret analogia. *Caunias* alienum ab eo sono. *Caunae* Aeolidis oppidi nomen: *Caunus* alius oppidi in Caria. A Καῦνος fit Καύνιος. At Καυναῖος est a Καῦναι, ut Ἀθηναῖος et Θεβαῖος. τοξαλίω δὲ σῦκων. *Toxalias* ficus inamoenas atque ingratas palato fuisse, declarat, qui sequitur, Apollodori locus. An igitur ita dictae, quod sagittae instar palatum vulnerarent? Sic *crucium* vinum, quod bibentibus esset ingratum, ut *crux*. Πέπων δ' ἔρινος ἀχρεῖος ὦν Ἐς βρώσιν, ἄλλας ἐξερινάζεις λόγῳ. Sophocleum hoc proverbium simile est illi: *Lepus tute es, et pulcramentum quaeris.* Sed scribendum Πέπων ἔρινος, cum accentu in ultima. Arboris nomen est ἔρινος et ἔρινεός· fructus ἔρινος, inquit Eustathius, vel potius ἔρινον, ut σῦκον, quod clarum ex sequentibus Athenaei: qui observat, dixisse Sophoclem πέπων ἔρινος, quod arboris nomen est, pro πέπον ἔρινον, quomodo fructus appellatur, inquit. Caeterum τροπικῶς p. 114. id dictum admonet Athenaeus. Ita autem vertendum: *tu cum sis grossus nihili et insipidus, ad comedendum inutilis, alios verbis increpas tanquam ignavos et insipidos.* πέπων accipio hic, ut apud Homerum, quando probri loco aliquis dicitur πέπων, mollis et ignavus. Adrianus Junius, magni iudicii vir, aliter interpretatur: cui non assentior. Dalecampio multo minus, emendanti ἔ πέπων. Reclamant libri, reclamant Eustathius, reclamant sententia: quam, opinor, primi nunc indicamus vere. ἐξερινάζεις λόγῳ valet *oratione tua ἔρινος vocas.* Non enim usitata significatione verbum hoc usurpatur, sed nova et insolente, ut multa apud tragicos et comicos, quando praesertim loquuntur homines irati. Aut, si mavis, interpretare ἐξερινάζεις λόγῳ *verbis laceffis*, et ad contentionem  
 Athen. P. III. T. I.



provocas: ut sit allusum ad originem vocabuli, quod ab ἔρις deducunt grammatici. Etiam apud Latinos caprificus in significatione vitii usurpatur, etiam aliter, ut: — *et quae semel intus Innata est, rupto jecore exierit caprificus.* Priorem versum integrare sic possumus: Πέπων ἔρινος αὐτὸς ὦν ἀχρήσιος.

CAPUT QUARTUM.


Σύριχοι, συρίσκοι, ἄρριχοι, ἄρσιχοι. κόλυθρα et κόλυτρα. Plinii locus de paeonia collatus cum Athenaei verbis. ἀποματταῖσμοι. ἀτόπημα. Veteres saepe de iisdem non eadem dicere. κυδωναῖα σῦκα. Antiphani comoedia Scleriae. Graestonia Macedonia. βρύειν. Theophrastus non semel emendatus.

Distingue Alexidis versus: — καὶ τί δεῖ λέγειν ἔθ' ἡμᾶς τὰς τὰ σῦχ' ἐκάσσοις Ἐν τοῖς συρίχοις πωλῶντας. Erat editum συρίσκοις. Si metri rationem non habeas, optime. Hesychius: συρίσκος, ἀγγεῖον τι πλεκτὸν, εἰς ὃ σῦκα ἐμβάλλασι· τινὲς δὲ ὑρίσκον. Sed versiculi modulus eam vocem aspernatur. συρίχοις igitur scribendum: aut, quia alibi, quod sciam, ea vox non legitur, ἀρίχοις. Quae dicitur Ciceroni *fiscina ficorum*, Graecis est σῦκων ἄριχος, vel ἄρριχος, vel ἄρσιχος, et ἀρίσκος. Itemque συρίσκος et ὑρίσκος. Tanta est linguae hujus volubilitas. Emendandus in hac voce Theophrastus in magno opere de causs. plant. l. I. c. 7.: καὶ διὰ τῆτο ἐν ὑπερώοις τιθέασι, καὶ κρεμμυύσιν ἐν ἀξάριχοις. Legendum enim ἐν ἀρρίχοις. Quid sit paulo post ἐγκύψας τὸ κέρμα εἰς τὴν γνάθον, ad Theophrastum pridem exposuimus. Ex Ameriae Glossis refertur, ἔρινκας vocari grossos caprifici. Hesychii exemplaria vocant ἔρινάδας. Eidem βασιλεια sunt nobiles caricae: accuratius noster. κόλυτρα, melius Eustathius, quam nostri, κόλυθρα. De glycyfide sive paeonia ex Seileuco refert Athen.: γλυκυσίδην τινὰ καλεῖσθαι Φησι, σῦκω τὴν μορφὴν μάλιχα εἰοικυῖαν· φυλάττεσθαι δὲ τὰς γυναῖκας, διὰ τὸ ποιεῖν ματταῖσμάς. Eruditus interpres, qui suam ex Plinio et Dioscoride emendationem hujus loci

imputat lectoribus, non unam ansam sui carpendi vel aequissimis iudicibus dedit. Quid enim? Hocce est auctorem aliquem emendare, appingere illi, quicquid velis, et contrariam quoque sententiam affingere? Hac mercede neque Athenaeus neque alius auctor corrigi velit. Utrumque autem a Dalecampio factum hoc loco. Aliena est neque Athenaei haec sententia: *paeoniam in cibo sumptam rubra foeminarum profluvia sistere*. Ficta et Athenaei verbis contraria, quae deinceps sequitur: *ac valere contra malum mentis et infatuationes*. Athenaeus plane contrarium scribit: *paeoniae esu abstinere foeminas, quod fatuitatis causa sit*, id est, impellat illas ad pedendum. *ματαιζειν* est *μωραίνειν*, *facere, quod sit indecorum, et gerere se stulte*. Quidam e veteribus hac voce usi ad notandum peculiare illud *ατοπήματος* genus, cui obnoxius Claudius Imperator. Phavorinus apud Stobaeum: *ὁ Βοιωτίος ἐντυχῶν Ἰησαυρῶ μετὰ ἐβδομήκοντα ἔτη, ἐπάρας τὸ σκέλος ἀπεματαίωσε*. *Boeotius quidam annis LXX. major invento thesauro oppedit*. Damoxenus comicus *ἀσχημονεῖν* ea notione usurpavit de male paratis cibis loquens: *τοιγαρῶν εἴσοφοι καὶ πνευμάτια γινόμενα τὸν κεκλημένον Ἀσχημονεῖν ποιεῖσι*. Equidem non aliter hic interpretarer τὸ ποιεῖν *ματαισμός*, nisi ob oculos versarentur Plinii verba. *Estur, ait, etiam contra malum mentis. Ψύσομαι, ἢ ἔτυμον ἐρέω; κέλεται δέ με θυμός*. Divinabam, abiisse in diversas ac prope contrarias sententias Plinium et Seleucum, quod in auctore, unde hauserunt ambo, lectionem diversam nacti essent: Plinium legisse *ποιεῖν πρὸς ματαισμός*, Seleucum *ποιεῖν ματαισμός*. Verbum *φυλάττεσθαι* utrique sententiae posse aptari, certum est. Hesychius: *Γλυκυσίδη, φυτὸν ποῖον συντελεῖν πρὸς ἀτοπήματα τῶν γυναικῶν*. Neque Plinii neque Seleuci sententiae haec recte accommodaveris: sed ad facultatem paeoniae sistendi rubros mulierum fluores. Ita enim interpreter hic vocem *ἀτόπημα*. Quanquam non nescimus, posse eam dictionem accipi etiam *ἀντὶ πορδῆς*. Quem inhonestum flatum Artemidorus *πνεῦμα ἀτοπον* appellat l. I. c. 70. *ἐρεγμός, ait, καὶ κύαμος εἰσι σημαντικοί: ὃς μὲν διὰ τὸ δεδῆχθαι, ὃς δὲ, διὰ τὸ πνεύματος εἶναι ποιητικῶς ἀτόπη*. Nam si de morbo Claudii intelligeret, quare faceret proprium mulierum? Non scripsisse eadem de vi ejusdem herbae Plinium et Seleucum, si quis miretur, nae ille rem miratur parum admirandam. Quid enim frequentius? Vel quod praecedit de similitudine paeoniae cum ficu, quis alius



veterum dixit cum Seleuco? Tamen addit μάλισα. σύκω τὴν μορφὴν μάλισα εἰκνύειν. Postremo emendationi Dalecampii opponimus Eust. auctoritatem, qui ante annos prope CCCC legebat, ut nos hodie, ad Ὀδ. ω. Platonis comici locum de glycyfide nollem periisse. Cleophonem ejus fabulam laudat et Pollux I. X. c. 13. κωδωναῖα σύκα apud Eustathium sunt κωδωναῖα. Neutrum rectum, p.156. si vere Hesychius: κωδωνέα, σύκα χειμερινά. Assentior Dalecampio super illis ex Theophrasto: οἶον ἢ χαρίτιος Ἀράτειος καλεμένη. Quantumvis consentiant omnia exemplaria antiqua. Quid sit, ad Theophrastum Θεῶ διδόντος videbimus. Pro ὅσαι παρ' αὐτῶ αἱ βλασήσεις scribe ὅσαι περ αὐτῶ. Male apud Theophr. ὑπὲρ αὐτῶ. Et πρωτερικὴν per ω magnum, non προτερικὴν, ex Hesychio. Locus, qui paulo post exitare dicitur ἐν τρίτῃ Φυτικῶν αἰτιῶν, petitus est e V. ejus operis. τρίτῃ tamen omnes codd. nostri. Antiphanis Συληρίας diu habui de mendo suspectos. Postea reperi incerti poëtae fabulam Sclerias tribus locis apud Stobaeum. Recte mox nostri libri omnes περὶ τὴν Βισαλτίαν Ἀμφίπολι. Vide Plinium I. IV. c. 10. Minus recte Eustath. Βισ. καὶ Ἀμφίπολι. Graesstonia Macedonia est, quam alii Crestonam vocant, et in Thracia collocant Macedoniae vicinam. Adi Stephani Epitomen. Observemus proprium et elegans verbum in Theopompī loco: τὰς ἐλαίας, ἐν ᾧ χρόνῳ βρύειν εἰκὸς ἦν. De oliva proprie dicitur βρύειν florere incipiente. Graeci magistri: τὸ βρύειν κυριολεκτεῖσθαι λέγεται ἐπὶ τῶ τὴν ἐλαίαν ἀνθεῖν. Sequitur ex Theophrasto: πάντα τὰ ἐν σίλλῃ φυτευθέντα καὶ θάττον αὐξάνουσθαι, καὶ εὐβλασῆ γίνεσθαι. Hoc ita philosophus: ὅλως δὲ πᾶν ἐν σίλλῃ φυτευόμενον ἔβλασε. Scribe εὐβλασῆς, ut legit Athenaeus. Alibi in eadem sententia usus voce εὐβλασία, ut de caus. I. V. c. VII. Scribe etiam cum Dalecampio ἔμπροσθεν φέρει τῶ φύλλα, et ad i. V. de caus. adi c. I. Et paulo post καρπὸν δὲ τῶ τῶν σύκων πέποινα καὶ γλυκὺν ἔχει, cum doctissimo Gesnero.



## CAPUT QUINTUM.


Σύκα λευκόφια et μελανόφια. Syceas Titan. Andriscū  
Naxiaca. Superstitio veterum, puerorum oculos  
fici recente fricare. Persae comoedia incerti aucto-  
ris. Ananias jambicorum poëta. De vocibus ὄγκος  
et λαγαρός. εὐογκος.

Inter alia multa, quae ab Athenaeo recensentur, fico-  
rum vel nomina vel cognomina λευκόφια sunt et μελανό-  
φια. Nam et scripta manu exemplaria sic legunt. Sed  
mendum nihilominus inesse huic scripturae censeo, et  
scribo λευκόφια et μελανόφια. Pullus color inter al-  
bum et nigrum est medius; quae pulli coloris sunt, ut  
ficus, prout ad albedinem aut nigredinem accedunt, leu-  
cophaea dicuntur aut melanophaea, id est, alborulla et  
nigrorulla. Doctis, qui λευκόφια corrigunt et μελανό-  
φια, accedere non possum. De Sycea Titane legi pos-  
sunt Stephani Ἐθνικά, ubi totidem fere verbis eadem fa-  
bula narratur. Andriscus paulo post nominatus scripserat  
Naxiaca, cujus historiae meminit Parthenius c. 9. et 19.  
Locus e Persis dramate Pherecratis insignem veterum su-  
perstitionem continet: quam ne assequi valerent inter-  
pretes, depravatio lectionis fecit. Ait Athenaeus: Φε-  
ρεκράτης ἢ ὁ πεποικηώς τὰς Πέρσας Φησίν· Ἦν δ' ἡμῶν  
σῦκόν τις ἴδῃ διὰ χρόνον νέον ποτὲ, τῷ ὀφθαλμῷ περιμάτ-  
τομέν γε τῆτο τῶν παιδίων, ὡς καὶ ἰάματος ἔ τῆ τυχόν-  
τος τῶν σῦκων ὑπαρχόντων. Legi debet τῷ ὀφθαλμῷ  
περιμάττομέν γε τῆτω τῶν π., atque ita exponi: Phere-  
crates, aut quisquis est, qui Persas docuit, ait: Si quis  
postremum recentem ficum tandem videat, oculos tenerorum  
puerorum illa fricamus: ceu habentibus ficis etiam medendi  
non mediocrem facultatem. Postrema verba non sunt Phe-  
recratis, sed Athenaei, causam ejus moris afferentis.  
περιμάττειν τῷ ὀφθαλμῷ est id, quod expressimus. Ad  
Theophrastum hanc vocem exponebamus. Infelicissime  
Dalec. pro μασσᾶσαι accepit. In XI, Geopon. germanus  
huic mos ex Zoroastre docetur. Spondebat ille magus,  
oculos integro anno illi non dolituros, qui conspectae  
primum rosae tribus calycibus eos tersisset. Ζωροάστρης  
λέγει, ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἓνα μὴ ἀλγεῖν τὰς ὀφθαλμοὺς τὸν ἐν  
πρώτοις ἰδόντα ἐπὶ τῆ φυτῆ (de rosa loquitur) μεμυκίας  
κάλυκας, καὶ τρισὶν ἐξ αὐτῶν ἀπομαξάμενον τὰ ὄμματα.



Valde haec illustrant Pherecratis locum. Caeterum de auctore ejus fabulae dubitatum fuisse a veteribus criticis, palam facit Athenaeus, qui tamen alibi non semel Pherecrati eam tribuit, sicut etiam Aristophanis vetus interpres aliquammultis locis. Et Pollux l. VII. c. II.: Φερεικράτης εἴρηκεν ἐν Πέρσαις. Ad Ranas vero comici scholiastes dubitationem suam prodit satis, laudans sine nomine τὰς ποιήσαντας τὰς Φερεικράτους Πέρσας. Ananii, quem jamboroeum auctor vocat, qui proferuntur versus, non sunt jambici, sed Hipponactei scazontes: jambicis tamen potissimum claruisse, cognomen declarat. Aristophanes in Ranis et ejus scholiastes hos illius tres jambos nobis servarunt: "Απολλον, ὅς περ Δῆλον ἢ Πυθῶν ἔχεις, ἢ Νάξου, ἢ Μίλητον, ἢ Θείαν Κλάρον, "Ἴνα καὶ ἱερὰ, ἢ Σκύθας ἀφίξει. Quia soliti veteres ficos avidissime comedere, usus est auctor in ea re verbis ἐπιπίνειν et καταπίνειν, cum ait, succum falsum acrimonia mixtum generare μεθ' ἀλῶν ἐπιπινόμενα, et paulo post καταπινομεν αὐτὰ ταχέως ἔλεάναντες. Hoc eo potissimum dicimus, ut sciamus, quid mox appellet πολλὰς καὶ μεγάλας ὄγκας. Sic ille: διαλύεται μὲν ἐν ταχέως· διότι πολλῶν καὶ μεγάλων ὄγκων εἰσενεχθέντων, μετὰ μικρὸν χρόνον λαγαροὶ γίνονται καὶ ὑπερβολήν. Haec ita Dalecampius: *itaque multis ficuum esu valde auctam molem corporis brevi post tempore gracilescere ac extenuari supra modum.* Fatemur, carnem ex ficorum alimento generatam esse parum firmam, sed ὑπόσομφον καὶ ἐκ ἐσθιγμένην· caeterum de eo ne per somnium quidem cogitabat, cum haec scriberet, Athenaeus. Vir optimus neque τὸ μεγάλας ὄγκας, neque vocem λαγαρός intellexit, quibus nihil frequentius in Graecorum medicorum libris. Sententia auctoris est: ficus in ventriculo dissolvi facile, hoc est σῦκα esse εὐπεπτά. Id ex eo constare, quod, postquam illarum multas et magnas moles in ventriculum conjecimus, non multo post fiamus λαγαροί, id est, liberi ab impedimento ventriculi et laxi, quod evenire non posset, si manerent indigestae ficus. Apud philosophos ac medicos multis diversisque modis vox ὄγκος accipitur: quod fusc probamus alibi, plurimis Theophrasti, Galeni et aliorum id genus magnorum scriptorum locis illustratis. Interdum ὄγκος est cibus in stomachum admissus, qui sua mole illum impedit, si major copia sit sumtus. Galenus Ὑγιειν. l. VI. in παχύνσεως curatione: ὄγκας ἐδεσμάτων ὀλιγοτρόφους ἐδίδεν. Intelligit cibos, qui mole impleverint ventriculum, non multum ta-

p.158.





men alerent. Catalogum ὄγκων ἀτρόφων ex Erasistrato habes in l. Galeni de miss. sangu. contra Erasistr. In eo albo ponuntur et caricae. Simeon Sethi de anetho: διαφορητικόν ἐστὶ καὶ ὠμῶν ὄγκων πεπτικόν. Id est: *crudos in ventriculo cibos concoquit*. L. II. dictum est de aceto: καὶ τὰ ἐν κοιλίᾳ, τὰ ἐν τῷ ὄγκῳ, διαλύει. Verba sunt Heraclidae Tarentini, qui novo loquendi genere sic expressit illa, quae sua mole stomachum (abutar ea voce cum multis) habent impeditum. L. IX. dicuntur Athenaei succi e carnibus caprinis πολὺν χρόνον ὑπομένειν ἐν τοῖς ὄγκοις. Hic ὄγκος aliter accipitur pro corporis mole, id est, corpore ipso et ea, quam ἔξιν vocat alibi, ut diximus l. I. c. 10. Philo legat. ad Caium: ἐπὶ πλήρεσι τοῖς ὄγκοις ἀπλήρωτοι ἐπιθυμῖαι. A priore significatione dicuntur cibi εὐογχοί, qui non distendunt ventriculum, nec male habent. L. VIII. ait auctor, pisces saxatiles esse εὐόγκες καὶ πέπτεσθαι ταχέως. Errat Dalec., qui putat, dici εὐόγκες, quod molem corporis impleant: quod est contra ejus artis, quam magna cum laude profitebatur vivus, principia. At cibos illos, qui ventriculum complent, nec multum tamen nutriunt, ὀγκώδεις dicunt Graeci. Artemidorus l. I. de albis oleribus, puta rapa, naps, cucurbita aliisque id genus, sunt, inquit, omnia haec ὀγκώδη καὶ ἀτρόφα. Etiam de personis εὐογχος dicitur. Euripides Bellerophonte: — ἐξ ὧν γίνεται βροτοῖς εὐογχος εἶναι γαστρὶ μὴ πληρεμένη. Hoc est, ut paulo post loquitur Athenaeus, ἀλύτως διάγειν καὶ εἶδεν ἐνοχλεῖσθαι. Hoc ipsum verbo λαγαρός declaratur ab auctore. Eo utimur in significanda re laxa, non adstricta, non plena et farta. Sic λαγαρός et εὐρυκοιλίος apud Hippocratem junguntur. Contra apud Themistium λαγαρός et μεσός opponuntur, et orat. IV. ejusd. βρόχοι λαγαροὶ καὶ ἀσθενεῖς, *compedes laxae, et quibus facile est se exuere*. Sed viris doctis pudorem incutiant haec verba ex l. VIII.: λάπτειν, ἐκπέπτειν τὴν τροφήν, καὶ κενέμενον λαγαρόν γίνεσθαι. Si quis putaverit, desiderari hic aliquid, ut fit plena sententia, ei licet per me ita scribere: διαλύεται μὲν ἐν ταχέως· δῆλον δὲ, διότι πολλῶν καὶ μ. (*Extremo capiti adjice haec. Pro μὴ ταχὺ διαλυομένων τῶν σύκων habent omnes MSS. τῶν σώματων. Quod idem est: nam σώματα vocat, quos modo ὄγκες dixit.*)



Τὰ ἐπιγινόμενα σive ἐπιπινόμενα τοῖς σύκοις. *Aristophanis Προαγών. ὦρα pro aestate. Demetrii Scepsii Τρωϊκὸς διάκοσμος. Apollonia ἢ Μόρδιος. Quid sit χυμὸς ξυσικὸς. προσαίρεσθαι, edere. προσάρματα, cibi. Canthari, poetae comici, Tereus, Cydonia mala et κοδύμαλα. Glossae Creticae.*

**C**ur ficus succum corpori praebeant falsum aut acrem, cum ipsae natura sua sint *νιτρώδεις*, causam hanc affert *deipnosophista*: ἀλυκώτερον δὲ ποιήσει ἢ δριμύν. ἐν τῶν ἐπιγινομένων. *Salsiorem succum edet aut acrem propter ea, quae adjungi solent.* Suadent veteres medici in quorundam morborum curatione, ut fici non solae comedantur, sed cum aliis: puta, si quis oppilatione laboret, cum thymo, thymbra, calamintha, origano, pipere aut gingibere. Haec sunt, quae ἐπιγινόμενα vocat auctor, quasi *adscititia*. Nisi legendum ἐπιπινόμενα: quoniam ita paulo ante in eadem sententia scriptum est: *χυλὸν δ' ἀλυκὸν δριμύτητα ἔχοντα ἀναδίδωσι μεθ' ἀλῶν ἐπιπινόμενα.* Lege cum Dalec. καὶ εἰς λεπτομερεῖς τόμους ἄγει, non τόπους. Verum nomen est unius fabularum Aristophanis Προαγών, recteque mox scriptum ἐν Προαγώνι. Meminit Julius Poll. I. X. c. 9. De Nicophonte sive Nicophrone sub libri finem dicemus. Ficis πρὸς τῷ χειμῶνι γινόμενοις ὀρρονuntur τὰ ἐν τῇ ἀκμῇ τῶν ὥρῶν, id est, *provenientibus imminente hyeme illae, quae media aestate maturae sunt.* ἀκμῇ ὥρῶν est plena et ferventissima aestas. Dalecamp. in *suae tempestivitatibus articulo.* Quasi oblitus esset, ὠραῖον mel Plinio verti *aestivum*: aut quasi apud Galenum IV. in Epidem. comm. non legisset, ὠραν significare aestatem per excellentiam. Sic Galenus: ὠραῖον δὲ ἐγχωρεῖ μὲν καὶ τὸ κατὰ τὴν προσήκουσαν ὠραν γινόμενον ὡς ἐπαινεύοντα λέγειν αὐτόν· ἐγχωρεῖ δὲ καὶ μόνον ὀνομάζειν τὸ κατὰ τὸ μέσον θέρος. Ita etiam interpretare mox μήτε κατεξηραμμένους λίαν ὑπὸ τῆς ὥρας ἔξει: *quorum succi non sint aestatis fervore exhausti.* Ista, Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ τῷ Τρωϊκῷ διακόσμῳ, verte: *Demetrius Scepsius in XV. ordinationis Trojanarum copiarum.* Intelligit commentarium librum a Demetrio conscriptum in eam partem Boeotiae Homericæ sive ῥαψ. Β. Ἰλ., qua recensentur Trojanorum copiae. Immensum fuisse id opus, co-

gnoscimus ex Athenaeo, qui illius XXVI. librum alibi laudat: cum vix centum versibus constet tota illa enumeratio. Multa de eo, atque etiam ex eo multis locis geographus. At Boeotiam totam commentario illustraverat Apollodorus Atheniensis: quem auctor laudat non multo post ἐν τῷ περὶ νεῶν καταλόγῳ, id est, l. 5. operis editi ad explicandum navium recensum. Apollonia, quam mox cognominat τὴν Μόρδειον, olim Μορδαῖον fuisse dictam, auctor Stephanus. Ac fortasse ita etiam hic scribendum. Ait trapezorrheta Naucratica: χυμὸν τε ἀναδίδωσιν εἰς τὸ σῶμα τὸν καλέμενον ξυσικόν. Quid appellat χυμὸν ξυσικόν; Quid interpretes *succum radentem*? Galeno auctore ita qui-  
 dam appellarunt atram bilem. ἡ μέλαινα, inquit de bile loquens, κακοηθεστέρα μὲν πολὺ καὶ αὕτη τῆς κατὰ φύσιν. ὄνομα δὲ ἔδδεν ἴδιον κεῖται τῷ τοιάτῳ χυμῷ, πλὴν εἶπα τινὲς ἢ ξυσικόν, ἢ ὀξώδη κεκλήμασιν αὐτόν. *Bilis atra malignior longe est, quam quae secundum naturam habet. Proprium vero tali humori nullum impositum est nomen, nisi quod fuerit, qui radentem aut acetosum vocarent.* Apparet, non fuisse hoc nomen usu tritum in medicorum scholis, et ex eo, quod dicit Galenus τινὲς κεκλήμασιν, et magis ex illo, quod in rei medicae scriptoribus adeo infrequens occurrit ξυσικῆ χυμῆ mentio. Inter sapes ξυσικόν nominari a Rufo Ephesio, incognitum Aristoteli et Theophrasto aliisque antiquis, probe scimus: sed id ad hunc locum nihil pertinet. Porro Galenus, cum dicit, atram bilem ita fuisse a quibusdam nominatam, Praxagoram antiquum medicum tacite innuit: quod quidem Athenaei indicio scimus, qui subdit statim: ξυσικός δὲ γίνεται χυμὸς ἐξ αὐτῶν ὁ λεγόμενος ὑπὸ Πραξαγόρα. Quae interpretamur: *humor, quem ex iis consieri diximus, is est, quem Praxagoras ξυσικόν vocavit.* Auctor ille, unde haec verba describit Athenaeus, τὰς δὲ πλείους προσάραμενοι μᾶλλον πέπτομεν, ionice videtur scripsisse. Nam προσάρασθαι edendi significatione eius dialecti est. Inde προσάρματα, cibi, apud Hippocratem. Alii potius dixerunt προσφέρουσι. Emendavimus ex libris: καὶ Ἀλκμάν. ἐτι δὲ Κάνθαρος ἐν Τηρεῖ. Desunt verba Alcmanis, quae tamen ne Athenaeus quidem fortasse apposuerat, contentus, digitum intendisse, ut saepe alibi. Cantharus, poeta comicus, inter alias fabulas *Tereum* docuerat. Auctor Suidas. Scripserat et Philetaerus quoque *Tereum*, et ex Latinis poetis Livius Adronicus et Accius. In Canthari versu, Κυδωνίοις μήλοισιν εἰς τὰ τιτθία, deest verbum ἐτόξευον vel ἔβαλλον.



De amante loquitur, qui suam ἐρωμένην malis in sinum conjectis petebat. Ut: *Malis me Galatea petit.* - Et passim poëtae. *Cydonia* mala etiam κοδύμαλα fuisse olim vocata, probatur auctoritate Hermonis, qui Glossas Κρητικὰς conscripserat. Non sunt ferendi, qui Glossas κρητικὰς, id est, *judiciarias*, ut vertunt, sunt commenti, profus ἀκρίτως. Olim docti multi Glossas, id est, obscurarum vocum interpretationes, et, ut nunc vocant, Λεξικά ediderant. Nam γλώσσαν et γλώσσημα nuncupabant vocabulum vulgo incognitum: vel quia peregrinum et barbarum, vel quia jam obsoletum et oblivioni traditum. Est enim et verborum quidam interitus. Unde illud sapientissimi Imperatoris, M. Antonini Philosophi, l. IV.: αἱ πάλαι συνηθεῖς λέξεις γλωσσήματα νῦν. ἕτως ἔν καὶ τὰ ὀνόματα τῶν πάλαι πολυσημῶν νῦν τρόπον τινὰ γλωσσήματά ἐσιν: Auctores antiqui Glossarum celebrantur Amerias, Seleucus, Pamphilus, Nicander Colophonius, Philetas, Philemon, Timachidas, Hermonax, alii. Sed fuere, qui unius tantum gentis vocabula susciperent interpretanda: ut Philemon, cujus Ἀττικαὶ λέξεις, et Aristophanes, cujus *Glossae Laconicae* non multo ante laudabantur. Similiter Hermonax Creticae dialecti tantum voces complexus opere suo. titulum ei fecerat Γλῶσσαι Κρητικαί, cujus libri aliquoties meminit Athenaeus. Neque debemus dubitare, etiam hoc loco de iisdem Glossis eum loqui. Quare etiam Ἐρωμώνηξ, quam Ἐρωμών, melius scriberetur, nisi fuit iste binominis, ut multi in literis facris. De voce κοδύμαλα Hesychius eadem. Alcmanis verba sic interpretare: *Alcman malum struthium* (vocat κοδύμαλον), cum inquit: *minus quam codymalum.* Hesychius quoque κοδύμαλον ex quorundam sententia malum strutheum interpretatur.

## CAPUT SEPTIMUM.

Nicandri Ἐτεροῖόμενα τύποι Κάδμος. Arianus vel Rhianus auctor Ἡρακλείας. Phaulia mala. μηλέα ἑαρινή. ἐπιμηλῖς. ὀξύμαλα Περσικά. ἄδρια, μάδρια. Proverb. χαίρετω Λιβυκαῖσι βιβλοῖς ταῖσι τ' Ἄνωτος πλάνασι. Plinii locus cum Theophrasto collatus. Quando citrium malum coeperit edi.

Ἐτεροῖόμενα inscripserat poëma quoddam suum Nicander ejusdem ferme argumenti cum *Metamorphosi* Nasonis.



Multa ejus carminis hodieque fragmenta leguntur apud veteres scriptores, Tzetzem maxime et Antoninum Liberalem. Inde afferuntur hic super mentione Siduntis duo isti versus: *Αὐτίχ' ὄγ' ἐκ Σιδόντος ἢ Πλείδα ἀπὸ κήπων Μῆλα ταμῶν χλοάοντα τύπεσ νωμήσατο Κάδμος.* Periculosa plena aleae res est, ut ante dicebamus, ex paucis verbis integram sententiam vestigare. Enimvero *Φοβόμενος ἔδειξ τρόπαιον ἐσήσατο*, ait vere Plato. Tentare autem quid nocet? Videtur ergo poeta de amante haec cecinisse, qui familiari antiquis more nomen ejus, quam peribat, cortici mali insculperat. *τύπεσ* enim Cadmi quid aliud quam literarum characteres interpretemur? Vulgo creditum olim, literas inventum esse Cadmi. Aufonius: *Pingens aridulae subdita paginae Cadmi filioli atricoloribus.* Arianus, auctor *Ἡρακλείας*, ut mox dicitur, is est fortasse poeta, ex quo profert Pollux l. II. hunc versum: *Αὐχένος ἐξ ὑπάτοιο κύβοις ἐπιτέλλεται ἰξύς.* Nisi tamen *Ῥιανός* legendum, quem res Herculis descripsisse quatuor libris, testatur Suidas. Ipse *Ἡρακλείδα* vocat. Etiam Pisander et Phaedimus id argumentum tractaverant, et *Ἡρακλείαν* ediderant uterque. In Antigoni versu scribe: *Ἡχί μοι ὠραίων πολὺ φίλτερος ἢδ' ἄρα μήλων.* Vel ἢδ' ὀριμάλων, aut ὀριμήλων. Non ἢδ' ἀριμήλων. *Phaulia* mala qualia fuerint, non explicat deipnosophista. Hesychius magna quaedam mala sic scribit vocata: quod notandum duximus, nam aliud nomen praese fert. Sed molem sine sapore in illis puto fuisse. *μηλέας ἑαρινῆς* etiam Theophrastus meminit, ut init. II. Histor. Lege mox: *τεθαύμακα τὰ κατὰ τὴν Ῥώμην πιπρασκόμενα μήλα.* Non ἐν τῇ Ῥώμῃ. Nam casum quartum retinent omnes antiqui. In Theocriti versu, *Μᾶλα* p.162. *μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο Φυλάσσων*, scribunt omnes ad unum codd. Δ. *Φέρουσα.* ἐπιμηλὶς etiam Hesychio piri genus est. Dioscoridi aliud ea vox sonat: item aliud Galeno. Vulnus grave sequentia acceperunt verba: quod ne diffusum periculosius noceat, aperiendum est, et ita scribendum: *Ἐσπερίδων δὲ μήλων ἔτι καλεῖσθαι τινὰ Φησι Τιμαχίδας ἐν τῷ τετάρτῳ εἰπῶν . . . . καὶ ἐν Λακεδαιμονίᾳ παρατίθεσθαι τοῖς θεοῖς Φησι Πάμφιλος ταῦτα.* Desunt verba Timachidae. Praeterea anacoluthon est in auctoris oratione: nam rectum erat *Ἐσπ. μήλων μνημονεύει.* Doctissimus Dalecamp. emendat ἐν τῷ τετάρτῳ *Δείπνων*, memor, laudari l. VII. Timachidam ἐν τῷ ἐνάτῳ τῷ *Δείπνῃ.* Caeterum ex iis, quae de Hesperidum



malis hic leges, emendabis Hesychii codices, ubi scriptum perperam: ἐν Λακεδαιμονίᾳ βρωτὰ τινὰ μῆλα, pro ἐν Λακεδαιμονίᾳ ἄβρωτα. In Theophrasti loco auctiores una voce MSS. καὶ καρύς καὶ βαλάνυξ καὶ τ. De istis Philotimi, τὸ Περσικόν φησι λιπαρώτερον καὶ κευχρῶδες εἶναι, quid videretur, diximus l. II. c. 13. In epitome tamen Hoescheliana, ut in editis, κευχρῶδες. Dalecampium saepe de suo liberalem multa auctori largiri, de quibus non cogitavit, diligens lector multis locis reprehendet: cuiusmodi est, quod ait, Persicum malum *raucedinem stertoremque excitare*. Cujus sententiae nullum omnino in Athenaei verbis exstat vestigium. Sequitur ex Aristophanis Glossis Laconicis: τὰς Λάκωνας καλεῖν ὀξύμαλα Περσικὰ, ἄτινα ἄδρια. Mirum possit videri, pruna duobus nominibus esse appellata a Spartanis, *oxymala Persica*, praesertim cum Hesychius solam vocem ὀξύμαλα interpretetur κοκκύμηλα. Non tamen id satis argumenti sit ad inducendum hoc loco τὸ Περσικόν. Nam ea voce sublata, non habet hic locum Athenaei haec observatiuncula. Sed corrupta sunt postrema pro ἄ τινος ἄδρια. Quae, ait Aristoph., *alios vocare adria*. Libro superiore pruna dicebantur μάδρυα, quasi μαλόδρυα. Auctore Hesychio ἄδρυα Siculis appellabantur, quae aliis ἀκρόδρυα. In Hoescheliana epitoma nihil horum. Placent nobis, quae de istis, ὡς περ εἰς αἴγας ἡμῶς ἀγρίας ἀποπέμπων τὰς ζητῶντας, olim Erasmus scripsit. Fortasse tamen respectum ad fabulares capras, quae Phrygibus quondam oracula edidisse dicuntur. Clemens Alex. in Προτρ.: εἴτ' ἐν ἀρχαίαις τὰς Φρύγας διδάσκουσιν αἴγες μυθικαί. Et mox: συνέμποροι τῆσδε τῆς γοητείας αἴγες, αἱ ἐπὶ μαντικὴν ἠσκημέναι. Proverbii speciem habent, quae statim sequuntur: Εἰ μὲν τι τέτων Ἰόβας ἰσορεῖ, χαίρετω Λιβυκαῖσι βίβλοις ταῖσ' ἑ' Ἄννωνος πλάναις. *Si quid horum retulit in libros suos Juba, dignus est, quem oblectent Libyci libri de erroribus Annonis*. Simile illi: *Qui Bavianum non odit, amet tua carmina, Maevii*. Λιβυκῆ βίβλοι καὶ Ἄννωνος πλάναι figura est ἐν διὰ δυοῖν. Jam olim Carthaginenses navigationem in Atlantico Oceano instituerunt, et terrarum aliquas plagas multis postea seculis incognitas aperuerunt. Claf-



των ἰσορεῖ τις, χαιρέτω Λιβυκαῖσι βίβλοις ταῖσι τ' Ἄνω-  
 νος πλάναις. Mox in Theophrasti loco non agnoscunt  
 philosophi codices ista: ἀνδροχνης, καὶ καρύαι. Quae  
 tamen sunt in MSS. et epitoma Hoesch. Sequitur statim ex  
 eodem Theophr.: Φέρει δὲ τὰ μῆλα πᾶσαν ὥραν τὰ μὲν γὰρ  
 ἀφῆρηται, τὰ δὲ ἀνθεῖ, τὰ δὲ ἐκπέπτει. Theophr. habet ἐκ-  
 πέπτει, non multum diverso sensu: eamque lectionem  
 tuentur epitome et Eustathius, qui quidem aliud agebat,  
 cum haec Pamphilo tribueret VII. in Od. comm. Plinius  
 ita vertit: *Arbor ipsa omnibus horis pomifera est, aliis ca-*  
*dentibus, aliis maturiscentibus, aliis vero subnascentibus.*  
 Quod dixit Theophrastus πᾶσαν ὥραν, quocumque anni  
 tempore, Plinius negligenter *omnibus horis*. Et τὰ δὲ ἐκ-  
 πέπτει, *aliis maturiscentibus*, immutato verborum ordine.  
 Citrium malum cepisse edi narrat doctus convivator me-  
 moria suorum avorum, cum ad illa usque tempora nemo  
 inter esculenta habuisset. Plutarchus, seculo uno anti-  
 quior, suis temporibus parum adhuc id fuisse in mores  
 receptum significat, affirmans, plerosque seniorum, qui  
 tunc viverent, insolentes ejus cibi penitus abstinuisse.  
 πολλὰ γὰρ, inquit, τῶν ἀγεύσων καὶ ἀβρώτων πρότερον  
 ἤδιστα νῦν γέγονεν. *Multa, quae nemo antea gustare aut*  
*edere voluisset, suavissima sunt facta.* Exempli loco affert  
 oenomeli, vulvam, cerebrum, ficoyopeponem, piper et  
 hoc ipsum Medicum malum. Plinius de malo Assyria:  
*romium ipsum alias non manditur.*

## CAPUT OCTAVUM.

*Antiphanis Βοιωτία. Βέρβεια. Mos Alexandriae, son-*  
*tes tollere morsu aspidis. Theopompi historici elo-*  
*gium. κώνειον pro venenato poculo simpliciter.*  
*λεπάδες ἀσπετοι. κηκίβαλοι. τηθονάκια. ἀνα-*  
*ρίται et νηρίται. σκιφύδρια. σκίφος. Solenes*  
*μακρογόγγυλοι. γογγυλόσκηνος. Conchae ἀμα-*  
*θίτιδες. Amathus et Amathos. Dialectus δεσ-*  
*υμ. τέλλη pro τελλίνη.*

*Ait: Ἀντιφάνης ἐν Βοιωτίῳ. Quotiescunque in his li-*  
*bris laudatur Antiphanes Βοιωτίῳ, legendum censeo mu-*



tato genere Βοιωτία, quemadmodum aliis aliquot locis melius scriptum. Illo sane, qui l. IX. principio habetur, ubi scriptum Βοιωτία, Pollux legit Βοιωτία l. X. c. 23. Βέρβεια in versibus Eriphi ancillae barbarae barbarum est uomen, ut fervorum pleraque omnia. Frustra est vir doctus; qui emendabat βραβεῖα πολυτίμητα. Ait: καὶ ἀσπίσι δηχθέντες ἔδεν ἔπαθον. Soliti Alexandrini non solum feris laniandos fontes objicere, verum etiam venenatorum animalium moribus interficere, sicut Athenienses cicutae haustu. Galenus in comm. de ther. ad Pison.

p. 164. hoc illorum publicum institutum commemorat his verbis: Πολλάκις ἐθεασάμην ἐγὼ ἐν τῇ μεγάλῃ Ἀλεξανδρείᾳ τὸ τάχος τῆς ὑπ' αὐτῶν (de aspidibus loquitur) γιγνομένης θανάτου. ἔταν γὰρ τινα τέτω τῷ νόμῳ τῆς κολάσεως κατακριθέντα Φιλαδελφίως καὶ ταχέως ἀποκτεῖναι θέλωσιν, προσβάλλοντες αὐτῶν τοῖς σέρνοις τὸ θηρίον, καὶ ποιήσαντες ὀλίγον περιπατῆσαι, ἔτω ταχέως ἀναιρῶσι τὸν ἀνθρώπον. *Vidi saepe in magna Alexandria, quanta celeritate mortem aspidēs inferant. Quoties enim damnatum aliquem lege supplicii huius cum aliqua humanitate et cito volunt interficere, pectori serpentem admovent, et passus aliquot ambulare jubent: atque ita hominem brevi enecant.* Verum est elo-gium, quo Theopompum historicum auctor afficit: μα-θέτω παρὰ Θεοπόμπου τῆς Χίης, ἀνδρὸς Φιλαλήθους καὶ πολ-λὰ χρήματα καταναλώσαντος εἰς τὴν περὶ τῆς ἰστορίας ἐξέτα-σιν ἀκριβῆ. Veritatis amantem ait fuisse, ejusque perve-rtigandae studio magnam pecuniae vim infumfisse. De impensis Theopompi non tacet Dionysius Halic. in ep. ad Pompejum. De amore veritatis non desunt qui ob-stitrepant. Athenaeus ipse l. VI. δυσμενέστατον appellat, parum constans sibi. Sed quia ingenua libertate vitia ho-minum Theopompus carpserrat, multorum odia veritas illi paraverat. Itaque βάσκανον et aliorum virtutibus in-videntem multi pronuntiarunt, quos refellit Dionysius. Lucianus de conscr. hist.: τὴν αὐτὴν τῷ Θεοπόμπῳ κατη-γορίαν ἔξεις Φιλαπεχθημόνως κατηγοροῦντι τῶν πλεῖστων. Hinc Theopompinum scribendi genus nominat Cicero, cum de omnibus omnia libere palam dicuntur, ad Attic. l. II. Scribi malim: περὶ Κλεάρχου διηγόμενος τῆς Ἡρα-κλεωτῆς, Ἡρακλεωτῶν τῶν ἐν τῷ Πόντῳ τυράννων. Vel: τῆς Ἡρακλεωτῶν τῶν ἐν τῷ Π. τ. Quia in multis Graeciae oppidis legitimus, ut ita dicam, et usu plurimo cogni-tus veneni modus cicutae propinatio fuit. κώνειον simpli-citer pro venenato poculo usurparunt: sicut pyxis dicitur




etiam ex auro et argento, et χάλυβα poëtis etiam ferrea  
 et chalybea. Sexcenta his familia. Ita debuerant acci-  
 pere interpretes, cum ait noster: καὶ ὡς τοῖς πλείοις ἐδί-  
 δεκώκειον πιεῖν. Non de *rotu cicuta*, ut verterunt. Nam  
 sequitur statim: πίνοντας τὸ ἀκόνιτον, de eodem veneno,  
 ut clarum est, et admonuerunt ante nos viri doctissimi:  
 quibus assentiri non debes Athenaei codices emendantibus.  
 Stephanus: Λέγεται καὶ ἀκόνιτον δηλητήριον φάρμακον,  
 ὡς Ἀθήναιος ἐν τῷ τρίτῳ Δειπνοσοφασῶν, ὅτι (malim  
 ἰσορῶν) τὰς προφαγόντας τὸ πήγανον μηδὲν πάσχοντας  
 ἐκ τῆς κωνείας. Manifesto hic scriptor imitatione Athenaei  
 κώνειον pro venenata portione ἀπλῶς usurpavit. Ita autem  
 hic legunt et membranae omnes, et Hoescheliana epito-  
 ma. Finito sermone de citro, ait: Ταῦτ' εἰπόντος τῆς Δη-  
 μοκρίτου. Ubi scribendum aliquando putavimus τῆς Λαρηνη-  
 σίης. Democritus enim Romani hominis nomen non est.  
 Illum autem, qui super citrio malo modo disputavit, et  
 Romanum fuisse, et e primoribus, colligitur ex praece-  
 dentibus paulo ante verbis: εὖ οἶδα, μαθῶν παρὰ πολίτου  
 ἐμὲ πιευσθέντος τὴν τῆς Αἰγύπτου ἀρχὴν. Praefecturam p.165.  
 Aegypti alii fuisse creditam, quam Romano civi, putan-  
 dum non est. Sed patuit late per ea tempora jus civita-  
 tis Romanae. Verum de isto Democrito et caeteris con-  
 vivis plura ἐν τοῖς προλεγομένοις. In istis Epicharmi,  
 Ἄγε δὲ παντοδαπὰ κογχύλια, Λεπάδας, ἀσπέδες, ερα-  
 βήλας, κηκιβάλας, τηθύναια, scribi probem cum MSS:  
 Λεπάδας ἀσπέδες, *lepadas multas*. Nam ἀσπέδες nusquam  
 invenias. ἀσάκας emendari, non probo: etsi enim τῶν  
 ὄσρακοδέρμων sunt astaci, non tamen de genere conchylio-  
 rum. Strabeli ex Athenaeo et Hesychio noti: tamen in  
 exaratis manu constanter κραβύζες. De *cecibalis* amplius  
 quaeramus. *Tethynacia* sunt parva τηθύνα: de quibus  
 multa in sequentibus. ἀναρίται sive ἀνηρίται iidem cum iis,  
 quos νηρίτας alii vocarunt. In multis dictionibus τὸ α  
 impune adest aut abest. Sic strabeli et astrabeli iidem.  
 σκιφύδρια Epicharmo sunt, quae aliis ξιφύδρια. Hesy-  
 chius: ξιφύδρια, κοχλία. Sic et σκίφος pro ξίφος. Et  
 pisces quoque sciphiae non alii a xiphiis, sed ab istis Epi-  
 charmi conchyliis diversi longe. Sciphydrium Latine  
*gladiolus*. De hoc genere ait Epicharmus: Τὰ γλυκέα  
 μὲν ἐντὶ ἐπέσθαι, ἐν πάγει μὲν δ' ὀξέα. Corrigo: Τὰ  
 γλυκέα μὲν ἐντὶ ἐπέσθαι, ἐμπαγέμεν δ' ὀξέα. Qui gla-  
 dioli dulces quidem sunt in edendo, acuti autem in perfo-  
 rando. ἐμπαγέμεν Doricum pro ἐμπήγειν, nam πήγω di-



cebant pro πηγνύω· vel pro ἐμπαγήναι. Quod ita accipiendum: ὥσε ἐμπαγήναι τινα αὐτοῖς ῥαδίως, ut facile aliquis trajici ab illis possit. Vel hic locus interpretum commenta de etymo vocis σκιφύδρια satis refellit. Addit Epicharmus: Τὰς τε μακρογογγύλες σωλήνας. Emendabat doctissimus Gesnerus μακρογογγύλες. Sed cur editam non feramus lectionem? μακρογόγγυλος longus ac teres significat, ut πολυπόκιλος multus et varius. Solenes, qui etiam dicti sunt digiti, et δόνακες, et αὐλοί, quare non possunt μακρογόγγυλοι appellari? Sic de alia conchyliorum, ut videtur, specie factum nomen γογγυλόσκηρος, id est, Hefychio interprete, γογγύλον ἔχων τὸν οἶκον ἢ τὸ σῶμα. Deinde commemorantur Epicharmo nigrarum et albarum concharum genera. Sed versus ille corruptissimus est, qui ad nigras pertinet. Scribitur enim: ἄπερ κογχόθηρα πᾶσιν ἐς τρισῶνια. Scripta manu lectio nihilo melior: ἄπερ κογχόθηραν πᾶσιν ἐς τρισῶνια. Auctor epitomae, quae sanare non poterat, praetermisit prudenter. De nigris ita Epicharmus: Θάτεραι δὲ τὰ κόνχοι αἱ ἀμαθίτιδες τε κηκοδόμιμοί τε κηγόνοι. Τὰς ἀνδροφυκτίδας πάντες ἀνδρωποὶ καλέοντι, "Ἄμμες δὲ λευκὰς τοὶ θεοί. Lego κῆγονοι, et fortasse etiam κηκοδόμιμοι. Alterae sive alterius generis conchae sunt sabulosae, et male audiunt, ceu generationis inimicae: has vulgo mortales appellant ἀνδροφυκτίδας, virifugus, nos dii vocamus albas. Dalecampius ἀμαθίτιδας conchas putat dictas ab Amatho Veneri sacra. Amathuntem, puto, voluit dicere. Atque hujus sententiae auctor illi Conradus Gesnerus: qui Veneris conchas esse putat, quas χοιρίνας et porcellanas vulgo appellant. Ne assentiar doctiss. viro, facit analogia. Qua enim proportione ἀμαθίτις ab Ἄμαθους possit deduci? Quin potius commune hoc epithetum esse censemus illarum concharum, quae in limo generantur. Nam, ut ait Nicander, testaceorum, quae ille vocat ὄσρακόρινα, Πολλὰ μὲν ἐν πέτρῃσι, τὰ δ' ἐν ψυχάθοισι νέμονται. Et humanae sapientiae pater, in βορβώδει quidem limo ostrea, in ἀμμάδει vero conchas nasci. Quod huc facit in primis. ἀμάδος enim, ut docent grammatici, ὁ ἀμμάδης τόπος. Ut mirum non sit, Epicharmo appellari κόνχος ἀμαθίτιδας, quas ait philosophus generari in locis ἀμαθάδων, aut, quod idem est, ἀμμάδων. Si probarem a loco istud nomen inditum, non ab Amathunte Cypri, sed ab Amatha, oppido Siciliae, deducere, servata analogia: cujus maxima semper ratio a sapientibus habetur. Emendat deinde Dalecampius καλοδά-

p.166.



κιμοι et ἀνδροφύτιδας. Nos caussam non videmus, cur edita lectio repudietur. Homerum imitatur Epicharnus in istis: "Αμμες δὲ λευκάς τοι θεοί. Separat dialectum deorum ab humana: qua de re in Cratylo Plato. Additur et alius Epicharni locus: ἐν δὲ Μῆσαις γράφεται: Ἄντὶ τῆ κόγχος ἀντέλλην καλέομεσ· ἔσιν δ' ἄδιον κρέας. Prima verba procul dubio corrupta sic emendamus: Ἐντὶ κόγχος, ἀντέλλην καλέομεσ. Vocem τέλλην interpretatur Athenaeus sequentibus verbis: τὴν τελλίαν λεγομένην ἴσως δηλοῖ.


## CAPUT NONUM.

*Alcaei locus ab antiquis criticis tractatus. Sopater Φλοιακογράφος· Φλοιακες. Hilarotragediae vel phlyacographiae auctor Rhinthon. Homericæ locutio: ἔβη με ἀκοὰς ἐμαὶς μελωδὸς ἦχος. Epicharmi Prometheus πυρκαεύς. Fabularum Aeschyli album auctum et correctum. χηρέβης et χήραψ. Ararotis poetæ nomen restitutum variis locis. Cocalus fabula. Cratini Archilochi. Πόλεις vetus comoedia. κτένες ἐκ Μηθύμνης. Multa emendantur et illustrantur.*

In hoc de conchyliis ostreisque sermone Alcaei locus ab Athenaeo profertur, de cujus lectione vera et interpretatione doctissimi viri, Aristophanes grammaticus et Dicaearchus, diversa censuerunt. Alcaei verba sunt haec: Ἐκ λεπάδων χαίνοις φρένας αἱ θαλασσία λεπὰς. Quid quid nonnulli muginentur, fatendum est, ita scripta haec sensum nullum habere. Legimus nos: Ἐκ λυπῶν δ' ἰαίνοι σε φρένας αἱ θαλασσία λεπὰς. Vel: ἰαίνοις, ᾧ θαλασσία λεπὰς. Optat jucunda omnia amicalae: in his, ut lepade marina animum oblectet, ut solent pueri fistula. Vide sequentia Athenaei. Inter oblectamenta juventutis fuerunt et conchyliorum genera quaedam, ex quibus varia sibi ludicra pueri conficiebant. Aristophanes pro λεπὰς emendabat χέλυσ. Credo, quia ad illa, quae diximus, puerilia oblectamenta parum aptas existimabat esse marinas patellas. Quantum huic emen-




p. 167. dationi tribuendum sit, amissis Alcaei poëmatis, aestimare hodie non licet nobis. Videtur tamen primus ejus odæ versus non obscure alteri lectioni favere: Πέτρος καὶ ποιεῖς θελάσσης τέκνον. Nam quid aliud lepas, nisi rupis et maris progenies? Errant, qui Sopatrum appellari non ferunt Φλοιακογράφον. Super membranas et epitomen Eustathius fidem facit huic lectioni. Φλοίακες in magna Graecia dicebantur histriones et mimi. Mimorum poëtae Φλοιακογράφοι, vel etiã Φλύακες aut Φλοίακες simpliciter. Stephanus de urb.: Πίνδαρον Ταραντίνος Φλύαξ, τὰ τραγικὰ μεταρτίστειζων εἰς τὸ γελοῖον. Vir doctus Φλύαξ aliter accipit. Fallitur. Hujusmodi poësis proprio nomine hilarotragoedia appellabatur, vel phlyacographia. Suidas ejus auctorem facit Rhinthonem. Πίνδαρον, αἰτ, Ταραντίνος κωμικὸς, ἀρχηγὸς τῆς καλεωμένης ἰλαροτραγωδίας, ἢ ἐστὶ Φυλκιογραφία. Scribendum Φλυακογραφία. Nihil interest inter Φλύαξ et Φλοίαξ. Idem alibi de Sotade: ἔγραψε Φλύακας, ἦτοι κιναίδας. De hoc Sopatro plura c. 31. In ejus verbis elegancia est Homerica: ἔβη με ἀκοῆς ἐμῶς ἤχος. Ut: ποῖόν σε ἔπος Φύγεν ἔρκος ὀδόντων; Membranac tamen et epitome τελλίης ἐξαίφνης μέγας, non μέ τις. In altero versu μελωδὸς ἤχος pro μεμελωδημένος aut ἐμμελής. Sequitur: Πᾶ δ' ὁ Ἐπίχαρμος ἐν Πύρρῃ καὶ Προμηθεῖ Φησι. Illud Πᾶ pro καὶ quomodo huc irrepsit etiam in MSS., nescio: nam ad superiora pertinere non videtur. Caetera sic lego: Ἐπίχαρμος ἐν πυρκαεῖ Προμηθεῖ Φ. Epicharmum hoc nomine fabulam docuisse, testatur Pollux l. XXIII. Promethei fabulam per partes poëtae varii doctuerunt, et cognominibus sua dramata distinxerunt. In Aeschylearum tragoediarum indice legas: Προμηθεὺς δεσμώτης, Προμηθεὺς πυρφόρος, Προμηθεὺς λύομενος. Sed et Προμηθεὺς πυρκαεὺς ab Aeschylo composita est, ut affirmat conceptis verbis Julius Poll. l. IX. Quare augeatur, me auctore, antiquus ille catalogus fabulae istius nomine. Etsi fortasse verius, Προμηθεὺς πυρκαεὺς non aliam esse fabulam, quam quae appellatur ibid. Π. πυρφόρος. Est enim πυρκαεὺς, qui ignem accendit. Quare ita potius videatur restituendus ille locus: Πρ. πυρκαεὺς ἢ πυρφόρος, Πρ. δεσμώτης, Πρ. λύομενος, servato fabularum ordine. Restituatur etiam in eodem albo corruptum nomen alterius dramatis, aut certe praetermissum: nam in litera Θ prima censerī debuit fabula Θελαμοποιοί, auctore eodem Polluce l. VII. c. 26. Sed ad pensum redeamus. Ex hac igitur fabula Epichar-



mi ista laudantur: Κἄν τις Ἑλλήνων τῶν ἀνδρῶν τ' ἂν θᾶσαι δὴ καὶ λεπὰς ὄσσα. Nae bono fuerunt stomacho, qui haec concoxerunt, interpretes! Nos foede omnia inquinata affirmamus, et ita emendamus, ipsa corruptae lectionis vestigia prementes: Καὶ τελλίναν τε κ' ἀναρίταν θᾶσαι δὴ καὶ λεπὰς (vel λεπὰδ'), ὄσα, *tellinam et anaritam hanc specta, ac patellam marinam, qua magnitudine sint.* Considera superiores ejusdem poëtae locos, et favisse hic nobis Musas non dubitabis. θᾶσαι valet *cerne*. Exstat apud Theocritum et Sophronem, ejusdem dialecti poë- p.168. tas. Mox in Sophronis loco, Μελαινίδες γὰρ τοι νησῶν τι ἐμῖν, scribo *νίσσονται* aut *νισσῶνται*, *venient* sive *afferentur*. Lege etiam τὸν ἀγροιώταν χηράβαν vel χηράμβαν ὀνομάζει. καὶ Ἀρχιλοχος δὲ τῆς χηράβος μέμνηται. Sensus est: alios in masculino genere istud nomen extulisse, ὁ χηράβης, vel, ut scribunt membranae, ἡ χηράμβης, alios in foeminino, ἡ χηράψ vel χήραψ, ut *καίλαψ*. Herondam comicum, cujus *Συνεργαζομένουσ* auctor hic laudat, non invenio alibi: neque in Aeschyli Persis verba, quae ex ea fabula proferuntur. In allatis ex Archippi Piscibus ἐσχάροι nominantur cum echinis: de quo vide ad l. VII. c. ult. Araros, poëta comicus paulo post citatus, filius fuit Aristophanis. Nomen illius saepe corruptum ab imperitis hominibus, ut apud Polluc. l. VI. c. 8.: εἶρηκε τὸ χορτάζειν Ἀρισοφάνης, καὶ τὸ χορτάζεσθαι ἀρχρώς. Scribendum Ἀρχρώς. At l. VII. c. 14. recte εἰπόντος Ἀρχρότος. Sed non recte Pollux, qui in ejus versu pravam lectionem verae anteponit, nam scribi debet locus, quem affert: — *παρθένος δ' εἶναι δοκεῖς Φορῶν προκωτούς καὶ γυναικείαν σολήν.* Non, ut legit Pollux, *Φορῶν κροσσωτῆς*, metro reclamante. Clemens Alex. l. VI.: τὸν μέντοι Κώκαλον τὸν ποιηθέντα ἀραρότως τῷ Ἀρισοφάνει ποιεῖ Φιλήμων ὁ κωμικός ὑπαλλάξας ἐν Ὑποβολιμαίῳ ἐνωμάδῃσεν. Inepta et absurda prorsus lectio. Scribe: τὸν μέντοι Κώκαλον τὸν ποιηθέντα Ἀραρότι τῷ Ἀρισοφάνει υἱεῖ Φιλήμων ὁ κωμικός ἐν Ὑποβ. ἐκ. Clarissima sententia. Etsi de auctore ejus fabulae aliter sentiunt alii: non enim filio Araroti, sed patri Aristophanὶ Cocalum adscribunt. In vita Aristophanis: πρῶτος δὲ καὶ τῆς νέας κωμωδίας τὸν τύπον ἐπέδειξεν ἐν τῷ Κωκάλῳ. ἐξ ἧ τὴν ἀρχὴν λαβόμενοι Μένανδρος τε καὶ Φιλήμων ἐδραματέρησαν. Quibus verbis confirmari vides, quod dicebat Clemens de Philemonis furto. Ex argumento Plutarchi discas veram causam, cur fabulam Cocalum alii patri,



alii filio jam olim adscripserint. Sophronis mox verba allegorice accipienda, ut docet Demetrius Phalereus. Sophron, inquit, ἐπὶ τῶν γυναικῶν ἀλληγορεῖ, οἷον ἐπὶ ἰχθύων, σωλῆνες γλυκύκρεων κογχύλιον, χηρᾶν γυναικῶν λίχνευμα. Distingue: Τίνες δ' ἐντὶ ποικα, Φίλα; τόδε τοι μακρὰὶ κόγχαι σωλῆνες τᾷτι γα. *Quinam hi sunt pisces, o amica? Istud quidem conchae longae: istud vero solenes.* Cratini fabula Archilochi scripta, ut videtur, in contumeliam ejus poëtae atque aliorum. Clemens Alex. Strom. I. I.: Κρατῖνος γὰρ ἐν τοῖς Ἀρχιλόχοις ποιητὰς καταλέξας, ἔφη· Οἷον σοφιστῶν σμῆνος ἀνεδιφῆσατε. Sic legendus hic locus. Sic Teleclides, alius comicus, uni suarum fabularum *Hesiodi* nomen indiderat, auctore Athenaeo. Sic alii poëtae. Falluntur, qui hujus fabulae titulum aliter putant interpretandum. Versum Cratini scribe, ut in vulgatis: Ἡ μὲν πίννησι καὶ ὄσρεοισιν ὁμοίη· non σηπίησιν, quod in nostram editionem ex MSS. nescio quomodo irrepsit. Fabulae, cujus nomen erat Πόλεις, p.169. incertum fuisse auctorem, declarat auctor, cum ita loquitur: Φιλύλλιος δὲ, ἢ Φρύνιχος, ἢ Ἀρισοφάνης ἐν Πόλεσιν. Et I. VIII. sic: Φιλύλλιος τε ἢ ὁ ποιήσας τὰς Πόλεις. Idem tamen hoc ipso libro verum auctorem Philyllium agnoscit: Φιλύλλιος ἐν Πόλεσι. Et similiter Julius Poll. I. VII. c. 24. ac I. X. c. 28. Apud Clementem Alex. I. V. Strom. Φιλύδεος perperam nominatur, qui nullus unquam fuit in rerum natura. Quare ita corrige: ὁ κωμικὸς Φιλύλλιος βέδν τὸν ἀέρα βιόδωρον ὄντα διὰ τέτων γινώσκει. In iis igitur, quae habentur hic ex illa fabula, lege ὄσρεια, non ὄσρεα. Vide c. 13. Deinde scribunt optimi libri κτένας ἐν Μιτυλίῃς, non, ut editum est, ἐν Μηθύμνῃς. Duo sunt ejusdem insulae Lesbi oppida, Methymna et Mitylene: quorum in antiquis libris saepe invenimus permutata nomina, ut hic, et I. X. Ἐρμείας δὲ Μιτυληναῖος habent MSS., non Μηθυμναῖος. Isto loco stant ab edita lectione veteres auctores, qui κτένας Μηθυμναῖες celebrant, Clemens Alex. Paedag. I. II. et Pollux I. VI. c. 10. Quare nihil mutandum neque hic neque infra paulo post, ubi iterum laudatur hic locus. Post Αἴρετε ἀνδρακίδας pone τελείαν σιγμῆν· nam sequentia ab alio verbo pendent, quod desideratur.




## CAPUT DECIMUM.

**Agias, Dercylus, vetustissimi scriptores. Babylonii Aristophanis. Proverbium: κόγχην διελεῖν. Aeschyli Glaucus. Ποτνιεύς vel Πότνιος. Sartyri Phrynichi. κώρυκοι. κρεῖτοι vel κριοί. σκιλλώδης et κολλώδης. τράχηλοι et τραχήλια. ὠτάριον sive auricula Veneris.**

**I**nvenio inter antiquissimos Graeciae scriptores eos, qui Athenaeo nominantur, cum scribit: Ἀγίας δὲ καὶ Δερκύλος ἐν Ἀργολικοῖς. Clemens Alex. hos pariter conjungit in historia capti Ilii l. I. Strom.: Ἀγίας δὲ καὶ Δερκύλος ἐν τῇ τρίτῃ μηνὸς Πανήμια. Scribitur in Clementis codicibus Ἀγίας. Sed Agiae puto huic fuisse nomen: nam in Eusebio Ἄγις est scriptum, apud quem Κερκύλος male pro Dercylo. Etiam Polluci l. III. c. 3. Ἀγίας ὁ κωμικός nominatur. Qui an iste sit, an alius, difficile dictu est: ego alium putem. *Babylonii* Aristophanis, cujus fabulae meminit mox auctor, inter celeberrima ejus poëtae dramata fuerunt: facit mentionem Julius Poll. l. IV. c. penult. et l. IX., itemque l. X. Saepius Priscianus l. XVIII.: *Aristophanes Babylonius: ἐννεύει με Φεύγειν οἴκαδε. Nos quoque similiter: annuit me fugere domum.* Argumentum ex parte indicat auctor vitae Aristophanis: διήχθηρεσε αὐτῷ ὁ Ἀριστοφάνης, ὅτι ἐν δράματι αὐτῶ βαβυλωνίοις διέβλαθε τῶν Ἀθηναίων τὰς κληρωτὰς ἀρχὰς παρόντων ξένων. *Aristophanes Cleonis factus est inimicus, quod in una suarum fabularum, Babylonius, Atheniensium magistratus sorte electos praesentibus peregrinis vituperaverat.* Vide illius interpretem Graecum ad Aves, et in voce Ἰσριανὰ Hesy. p. 170. **chium.** Vetus Graecorum erat proverbium, quod ex Hesiodis Teleclidis in concharum mentione affertur, κόγχην διελεῖν, *concham aperire.* Apud Suidam paulo aliter: ὥσπερ κογχύλην διελεῖν. Locum habet, cum aliquid facillimum factu esse significare volumus. Hesychius: κόγχην διελεῖν, παροιμία ἐπὶ τῷ βραδύως τι ποιῆσαι. Simile huic aliud proverbium de re vilissima: κόγχης ἄξιον. Hesychius: κόγχης ἄξιον, ἐπὶ τῷ ἔτελειαν ἐτίθεσαν. **Depravatissime.** Scribe: ἐπὶ τῷ εὐτελεῶς λίχν ἐτίθεσαν. **Sophronis mimi alii dicebantur viriles, alii muliebres, ex ipso argumento. Muliebrum hic, virilium alibi fit mentio.** Et horum et illorum apud Pollucem l. IV. c. 24.



et aliis locis. In Etymologico magno legimus: Σάφραν ἐν τοῖς γυναικείοις τροπαίοις. Πρὶν αὐτὰν τὰν νόσον εἰς τὸν μυελὸν σκιρωθῆναι. Dubio procul corrupta est vox τροπαίοις. Legendum statim Αἰσχύλος ἐν Ποτυνεῖ Γλαύκῳ· non autem Ποτυῖω Γλ. *Glaucum marinum* nemo veterum Aeschulo editum fuisse est auctor. *Potnicensis Glaucus* poetae illius nota fabula est ex Strab. l. IX., Hesychio in ἀμφίσωπιν et Ξιφίρα λιμῆν, et ipso laterculo tra-goediarum eius poetae. Erat scriptum Ποτυῖω, unde postea factum Ποτυῖω. Πότυιος autem et Ποτυνεύς idem, ut adnotat in Ethnicis Stephanus. Non desunt, qui nullo cognomine Glaucum nominent, ut Pindari interpres ad od. I. Pyth. Versum ex Aristonymi comici (de quo multa Suidas) Theseo scribi sic malim: Κόγχος ἦν βάπτων ἄλλον ἐμοίως. Satyros Phrynichi fabulam reperies nominatam l. III. Pollucis c. VII. et in schol. Aristoph. ad Nebulas. Quod ait, asperas conchas vocatas fuisse a Macedonibus κωρύνας, admonet nos, ut Hesychium in ea voce emendemus: nam hodie perperam οἱ δὲ λόγχην pro οἱ δὲ κόγχην. Addit Athenaeus: ὑπὸ δὲ Ἀθηναίων κρεῖας. In Eupolidis versu ita interpretamur vocem κρεῖας l. IX. Hesychius vocat sine diphthongo κρεῖας. Similis διπτογραφία in aliis vocis hujus significatibus, ut dicebamus l. super. c. 14. Musculos inter conchas describens Athenaeus, quosdam illorum esse ait σκυλλώδεις, κάκοχύλας τε καὶ πρὸς τὴν γεῦσιν ἀπειθεῖς. *Squillam respicientes, mali succi et saporis ingrati.* Non desuere, qui vocem σκυλλώδεις mutandam censerent cum hic, tum paulo post: quorum sententiam refutavit doctiss. Gesnerus accurata disputatione. Accedat nunc auctoritas membranarum omnium et epitomae, in qua σκυλλώδεις exaratum est, parva menda. Alibi junguntur in simili sententia κηκόχυλοι καὶ κολλώδεις, ut paulo post in explicanda solenum natura. Cum scribit ἐψόμενοι τὸ καθ' ἑαυτῶν καὶ οἱ τραχήλοι τῶν πορφυρῶν εὐθετῶσι πρὸς τὰς τῶν σωμαχῶν διαθέσεις, potes accipere de genere purpurarum, quas *trachelos* vocabant. Hesychius: τραχήλας, τὰς πορφύρας. Sed addit idem: ἔνιοι τὰς σπονδύλας τῶν κογχυλίων, *quidam interpretantur de vertebrae conchyliorum.* Sane in hoc auctore locos invenias, ubi tracheli nominantur conchyliorum proprium genus, ut statim in Possidippi versu: Πύνας, τραχήλας, μύας. Item alios, ubi pars cerycis aut purpurae aliusve conchylii ita nominatur, non κυρίως quidem, sed ἀναλόγως. Has partes





fuisse ad cibum expetitas, scribit Hesy chius in *Ταραντι-  
ναί*. Petronius: *mox cibus validioribus passus, id est, bul-  
bis cochlearumque sine jure cervicibus, hausi parcus merum.*  
Ostreum, quod *ὠστᾶριον* Graeci vocant, Aeolibus solitum  
dici aurem Veneris, ex Antigono Carystio docet convi-  
vator noster, ex quo emendabis ista Hesy chii: *ἐν Ἀφρο-  
δίτης, οἱ ἀλιεῖς ὄσρεόν τι ἔτω καλᾶσι.* Imo vero οἱ Αἰο-  
λεῖς. Nam lectionem nostram tuetur Eustathius ad Ul.  
ῥαψ. ρ.

## CAPUT UNDECIMUM.

*Περὶ ζώων et περὶ φυτῶν apud Athenaeum quomodo  
capiendum. Testaceorum divisio Aristotelica. Mos  
Athenaei, citare ex libris de partibus, quae sunt  
in Historiis. Obscurus locus Aristotelis: αἱ πίν-  
ναι ἐκ τῆ βυθῆ φύονται, vel βύσσε. De bysso  
pinnarum.*

Observandum est lectori scriptoris hujus, cum ab illo  
vel Aristoteles ἐν τῷ περὶ ζώων, vel Theophrastus ἐν τῷ  
περὶ φυτῶν laudantur, sic accipi verba illa debere, ut si  
diceret ἐν τῇ περὶ ζώων, φυτῶν πραγματεία· qua appella-  
tione continentur, quaecunque alter eorum variis operi-  
bus scripsit de natura animalium, alter de plantarum. So-  
let autem Athenaeus, quicquid de eadem re variis locis  
disperse scriptum invenit apud illos, in unum congerere.  
Sic cum super ostreis ait, Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ ζώων,  
ὄσρεα, φησὶ, pleraque omnia describuntur, quae de ostreis  
philosophus dixerat, non in iis solum libris, qui hodie  
exstant, sed quaedam etiam in iis, quos hodie non habe-  
mus. Nam Histor. l. IV. c. 4. ὄσρακοδέριμων diversa non  
parum instituitur divisio: qui tamen locus cum isto est  
conferendus. Recte autem doctissimus Gesnerus, quo  
loco scriptum est etiam in membranis, etiam in epitoma,  
λεπὰς δὲ δίθυρον καὶ λειόσρακον, legendum censuit μονόθυ-  
ρον et τραχύόσρακον. Nam si haberet patella duas θύρας,  
id est, testas, haerere saxi non posset, quod huic ostreo  
propriū atque ἰδιαίτατον est. Ipsius Aristotelis verba  
sunt de part. l. IV. c. 5.: τοῖς δὲ μονόθυροις ἐν τῷ πυθμένι  
ἢ μήκων, οἷον ταῖς λεπάσι. Ostreorum distributio, quae



ex Aristotele hic affertur, in duo genera *συμφυῶν* et *μονοφυῶν*, longe clarius in Philosophi Historiis explicatur, *συμφυῆς*, ait Athenaeus, *μῦς' μονοφυῆς δὲ καὶ λειόσρακον σωλήν καὶ βάλανος. Cohaerentibus testis constat musculus: una testa eaque laevi solen et glans.* Quanto clariora et dilucidiora verba, quae adscribemus? τῶν διθύρων τὰ μὲν εἰσιν ἀνάπτυκτα, οἷον οἱ κτένες καὶ οἱ μῦες. ἅπαντα γὰρ τὰ τοιαῦτα τῇ μὲν συμπεφυκῆ, τῇ δὲ διαλέλυται, ὡς συγκλιεσθῆναι καὶ ἀνοίγεσθαι. τὰ δὲ δίθυρα μὲν εἰσιν, ὁμοίως δὲ συμπεφυκεν ἐπ' ἀμφοτέρω, οἷον οἱ σωλήνες. Ostreorum διθύρων, quae binis foribus utrinque concluduntur, quaedam ait esse ex parte hiantia. ut pectines et musculos: quaedam utraque ex parte cohaerentes fores habere, ut solenes. Quibus verbis contradicere vides philosophum deipnosophistae. Nam hic solenes facit *μονοφυεῖς*, ille *συμφυεῖς*. Quod dissidium etsi non nego posse componi, tamen an istas *ἐναντιοφωνσίας* in suis scriptis reliquerit philosophus accuratissimus, jure dubites. Quae sequuntur, obscura sunt: *κοινὸν ἐξ ἀμφοῖν κόγχη*, Dalecamp.: *ambobus id commune generibus est, quod operiuntur testa.* Frigida plane sententia: nam cum de solis testaceis sit sermo, quid erat opus hac admonitione? et quare dicit *ἀμφοῖν* potius, quam *πᾶσιν*; Enimvero quae philosophi mens fuerit, non divino; verba autem hoc sonant, *commune ex ambobus est concha.* ἐξ ἀμφοῖν, ex utroque genere, τῶ *μονοφυῆς καὶ συμφυῆς*. Ait, conchas, quae peculiaris est species testaceorum, naturam utriusque generis participare: tam eorum, quae clauduntur, quam eorum, quae ab uno tantum extremo. Mox scripsimus ἐν δὲ πέμπτῳ ζῶων μορίων, (nam vox *ισορίας*, quae in nupera editione remansit, furcillis hinc extrudi debet;) ut locis aliis quamplurimis, ubi ita semper omnes MSS., et qui Romae servantur, aut in aliis Italicis bibliothecis, et is etiam, quem magni Huraldi beneficio penes nos habemus. Etsi non sunt allata verba ex eo opere, sed ex Historiis: qua de re l. VII. dicemus. Ibi etiam exponimus c. V. sequentia verba: Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τοῖς περὶ Σώφρονος, προσθεῖς (aut potius *προθεῖς*) τὰ λιχνότ. et caetera. Purpurarum incrementa cognosci ex helice atque orbibus testae, scribit Athenaeus post Aristotelem: Φανερά ἢ αὔξησης ἐκ τῆς ἐν τῷ ὀσράκῳ ἑλικος. Ingenioso compendio expressit, quae plusculis verbis dixerat philosophus: καθ' ἑκάστον ἑνιαυτόν Φανερά εἰσιν ἢ αὔξησης τοῖς διασημάσι τοῖς ἐν τῷ ὀσράκῳ τῆς ἑλικος. Pli-



nus etiam brevius: *orbes totidem, quot habent annos.* Falluntur, qui ex Aristotele interpellant hoc loco Athenacum. At de sequentibus verbis quid dicemus? αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τῆ βύθου. Nam aliter habent omnes hodie Aristotelis codices: αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τῆ βύσσης ἐν τοῖς ἀμμώδεσι καὶ βορβορώδεσι. Utram lectionem probabimus et veram dicemus? Aristotelicorum librorum scriptura ait, pinnam *e bysso oriri in locis sabulosis et coenosis*: nostra, *ex ipso talium locorum fundo.* Utraque scriptura suas rationes suosque auctores habet. Adnasci pinnis quandam, ut cum Tertulliano dicam, mucosam lanositatem, evincit magistra stultorum αὐτοψία. Recentiores naturae consultissimi viri, qui pinnam descripserunt visam sibi tractatamque saepius, plerique omnes in hoc consentiunt. In veterum tamen philosophorum Graecorum et Latinorum scriptis, si istum Aristotelis locum excipias, altum de hac re silentium. Illius tamen beatissimi pater Basilius meminit. Qui quidem auream lanam vocat istud sive lini sive lanae rudimentum. Ita p.173: enim scribit conc. in hexaëm. VII.: πόθεν τὸ χρυσοῦν ἔριον αἱ πίνναι τρέφουσιν, ὅπερ εἶδεις τῶν ἀνδοβαφῶν ἐμιμήσατο; Et in orat. ad divites: ὅταν σπευδᾶζῆται παρ' αὐτοῖς τὰ ἐκ θαλάττης ἄνθη, ἢ κόχλος, ἢ τε πίννα, ὑπὲρ τὸ ἐκ τῶν προβάτων ἔριον. Quam appellat Basilius lanam auream, Aristoteles (si modo ita ille scripsit) ratione coloris byssum nominat: nam byssi color, ut auri, sub flavi genere continetur. Lanam vocat et Procopius; cujus existat super hoc insignis locus in comment. de Justiniani fabricis. χλαμύς, inquit, ἐξ ἐρίων πεποιημένη, ἐχ' οἷα τῶν προβάτων ἐκπέφυκεν, ἀλλ' ἐκ θαλάσσης συνειλεγμένων, πίννας τὰ ζῶα καλεῖν νεομικασιν, ἐν οἷς ἢ τῶν ἐρίων ἐκφυσις γίνεται. Memini, cum ante annum Fonteblandi sive, ut hodie appellatur, Fontebellae aquae essem, ac singula oculis usurparem, quae in illo nostrorum regum palatio rara visu spectatuque dignissima furor bellorum civilium pauca de multis fecit reliqua, fimbrias veteris cujusdam marsupii pro verae pinnae bysso mihi ostendisse nobilem virum a Beringen, regis cubiculariorum primicerium. Illud κειμήλιον, quantum recordor, est hujusmodi. Marsupium erat formae non multum ab illis diversae, quae patres nostri zonae appensa gestabant: nili quod magnitudine longe superat vel maxima, quae essent illis temporibus in usu. Opus e plumis factum est, eleganti et exotico artificio quodam: qua manus immitti-



tur, simbrae sunt assutae, coloris pulli, subtiliorem stup-  
pam cannabinam similitudine quadam referentes. Harum  
materiam esse byssum e pinna, non dubitabat regius prae-  
fectus amplissimis viris Merico de Vicq et Suffrido Cali-  
gnoni, Navarrae Cancellario, mihiq̄ affirmare. Sic  
enim visum esse aliquando eximia eruditione praedito ar-  
chiatro Dortomano, qui apud Mompelienses diu medici-  
nam docuerat, et pinnas saepius aiebat vidisse. Non igitur  
adeo absurda est Aristotelicorum exemplarium lectio,  
ac censuerunt nonnulli. Rursus pro altera, ἐκ τῆς βυθῆς,  
pugnant neque paucae neque invalidae rationes. Primum  
sic habent omnes antiqui MSS., itaque Hoescheliana epi-  
tome: sicque rei natura postulat. Nam vere ἐκ βυθῆς na-  
scuntur pinnae, non illae solum, quas ἐμβυθίαις paulo  
post auctor vocat, sed omnes omnino. Oppianus: "Ὀσρα-  
νον αὖ βυθίας μὲν ἔχει πλάκας· ἐν δὲ οἱ ἰχθύες Ναιστᾶσι.  
Deinde quale est hoc loquendi genus, ut dicatur pinna  
ex eo filo nasci, per quod adhaeret solo, in quo genera-  
tur? Mitto dicere, τὸν βύσσον pro τὴν βύσσον Graecum  
non videri. Postremo illud, quo innititur pinna, nus-  
quam alibi philosophus, nusquam scriptor ullus byssum  
appellavit, sed radicem aut quasi radicem. Sic in V. Hi-  
stor. legimus, pinnas ἐρριζώσθαι. Athenaeus quoque non  
multo post, ὅσαι ἂν, inquit, πίνναι πέτραις ἢ σπιλάσι  
προσφυῶσι, ῥιζοβολᾶσι. Iterum idem, naturam radicis  
hujus explicans, δὴκει, inquit, ἐκ τῆς σώματος ἢ σαρκῆ  
μέχρι μέσσε τῆς κόγχης οἴονεὶ ῥίζα. Plinius, quod dixerat  
p:174. philosophus, ὁρθᾶς φύεσθαι τὰς πίννας, eleganter vertit  
nasci eas surrectas semper, nulla facta molestae istius ap-  
pendicis mentione; an incuria, an certo consilio?

## CAPUT DUODECIMUM.

*Aristophanis Phoenissae. Athenaei allucinatio. Pher-  
cratis Automoli. παραδοξοτά. ἀκαλήθη unde  
dicta. κωμῳδία pro comico joco. χῆμαι παχετοί.  
Solenes ἔρασι χρώματι. ἀφορμή. σπατάγγαι.  
Βεῖσσοι vel βεῦττοι. Aristophanis Holcades et  
Insulae.*

**M**endum ingenue profitentur prima verba χρείας Aristo-  
phanicae ex Phoenissis: Ἀριστοφάνης ἐν Φοινίσσαις, ἔτιως,

Ἐχε, τὸ πρῶτον πάντων ἴφουα φῦναι· εἴθ' ἐξῆς τὰς κραναὰς ἀκαλήφας. Mutata distinctione facile emendaveris: ἐν Φοιτίσσις· Οὕτως ἔχε· τὸ πρ. Sed in collectaneis Suidae aliam invenimus emendationem: Εἰκὸς δὴπερ πρῶτον π. Phoenissarum autem Aristophanis et Julius Poll. meminit l. X. c. 2. et c. 31. Sed fallitur Athenaeus, qui κραναὰς ἀκαλήφας interpretatur haec de urticis marinis: nam de planta recte Dalecampius accipit, vel ipso Athenaeo auctore, qui l. II. de ea herba disputans hoc usus testimonio; ut taceam comici scholiasten non aliter interpretantem ad Vespas. Sequitur: Φερεικράτης δ' ἐν Αὐτομόλοις· Κἄν ἀκαλήφαις τὴν ἴσον χρόνον ἐσεφαναῶσθαι. Restitue in integrum poetae hanc sententiam ex melioribus Athenaei libris, quibus Suidas usus: Νῆ τὴν Δήμητρ', ἀνιάρων ἦν τὸ κακῶς ἄδοντας ἀκίειν. βελοίμην κἄν ἀκαλήφαις τὸν ἴσον χρόνον ἐσεφαναῶσθαι. *Ecce molesta res est, male canentem audire. Malum vel urticis tamdiu esse coronatus.* Exstat etiam in Aristoph. schol. ad Equites: unde potius fortasse haufit Suidas. Atque illius fabulae mentionem facit etiam Pollux l. VI. c. 30. et Clemens Strom. l. VII. Urticam marinam a piscatoribus dictam ἀκαλήφην refert deipnosophista κατὰ παραφοράν, id est, leviter corruptis vocibus, unde origo illi. Quod verum est. Nam ἀκαλήφην dicitur, ut statim additur, quasi ἀπαλή τῇ ἀφῆ·posito κ loco τξ π, et mutato spiritu. In eo est ἡ παραφορά. Grammaticorum propria vox ista: quam malo consilio mutant quidam in παραφοράν. Eustathius: ἐξ Ἰβύνης παρεφάρθαι τοῖς τεχνικοῖς δοκεῖ τὸ βυκανίζειν. Caeterum in hac voce nullius literae necessaria mutatio; non tantum enim ἀπαλός, sed et ἀκχλός dicunt Graeci pro molli et tenero. Unde fluvius ἀκαλαρρέιτης, placide fluens, et Ἀσνάλαφος, quasi Ἀνάλαφος, proprium hominis nomen, cui tenera et mollis cutis. Joci, quem ait inesse huic versui ex Lyfistrata Aristophanis, Ἄλλ' ὦ τηδῶν ἀνδρειοτάτη καὶ μητριδίων ἀκαληφῶν, explicationem petat lector ex Eustathio ac Suida: nam neque Athenaeus neque interpretes rem satis aperiunt. In epitome scriptum invenio μέμνεται κωμωδία β πρὸς τὴν τροφὸν καὶ μητέρα, pro eo, quod nostri libri habent, μέμνηται γὰρ κωμωδικῶς p.175. πρὸς τὴν τηδὴν καὶ μητέρα. Proba vero lectio epit., quam et membranae confirmant, in quibus disertè exaratum μέμνεται Appellat κωμωδίαν jocum comicum: sicut τραγωδίαν dicimus pro lamentabili comploratione. β valet διπτή, gemina. Initium loci ex Diphilo descripti sic omnes



scribunt veteres, etiam eclogarius: Χημῶν δὲ τῶν πα-  
χειῶν αἱ μικραὶ καὶ λεπτήν ἔχουσι τὴν σάρκα. In editis  
τῶν παχεῶν. quod ne nos quidem scimus quid sit. Vi-  
detur tamen altera lectio contradictionem continere:  
nam quomodo dicentur chemae παχεῖαι, id est, crassae,  
quae et parvae sint et carne defectae? Deinde quae sub-  
jungitur pars altera hujus distributionis, aperte damnat  
hanc lectionem. Ait enim αἱ δὲ παχεῖαι. Atqui absur-  
dum est, duas alicujus generis species eodem nomine  
εἰδοποιῶ, ut loquuntur: ἀντιδιχειῖσθαι. Legendum censeo  
τραχειῶν. Alioquin expedire me hinc non queo. De  
solenum colore auctoris verba sic scripsimus: καὶ οἱ μὲν  
ἄρρενες αὐτῶν ῥαβδῶτοί εἰσι καὶ ἑ μονοχρώματοι. *Mares il-  
lorum virgati sunt, neque unicolores.* Legebatur καὶ ῥα-  
νοχρώματοι, *caerulei coloris.* Praeter auctoritatem scriptae  
lectionis, quam secuti sumus, falsum est, solenes coeli  
colorem imitari. Quin unguium potius colore sunt:  
quam eam ob causam putant quidam veterum dictos esse  
onychias: etsi Plinius foeminas tantum ita appellat. Con-  
firmant sequentia de foeminis solenibus: οἱ δὲ θήλειαι μο-  
νοχρώματοι. Inde Plinius: *Foeminae sunt unicolores.* In  
Phaniae verbis ἀφορμῆς λαβόμενος valet *nactus pecuniarum  
ad exercendum mercaturam.* ἀφορμὴ et ἐνθήκη mercato-  
rum sunt voces, pluribus expositae nobis alibi. Scribo:  
οἱ μείζονες καὶ ἔαρινοὶ εὔσομοι. Nam ἐνεάριοι nulla analo-  
gia probat. Ostrea ἔαρινά saepe leges. Miram deprehen-  
dimus varietatem in appellationibus echinorum ex Ari-  
stotele. Ait: τό τε τῶν σπατάγγων. Vetus lectio partim  
habet σπατάνων, partim σπαράγγων. Hesychio auctore  
scribendum σπαταγγῶν. Ait enim: σπατάγγι, οἱ μεγάλοι  
ἐχίνοι οἱ θαλάσσιοι. Sequitur: καὶ τὸ τῶν καλχημένων βρίς-  
σων. Atque ita quidem hodie codices Aristotelis. Sed  
Athenaei omnia antiqua exemplaria scribunt βρυσῶν. Au-  
diamus vero Hesychium: Βρύττος, εἶδος ἐχίνου πελαγίε,  
ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης· οἱ δὲ ἰχθύον· οἱ δὲ τρισυλλάβως βριγ-  
γόνην. Idem auctor alibi: Ἀμβρυττοὶ, εἶδος ἐχίνων θα-  
λαττίων. Ἀριστοτέλης δὲ αὐτὰς βρύννας καλεῖ. Scribe βρύτ-  
της. Aristophanis Holcades mox nominatae videntur ob  
oculos Atheniensium posuisse ingentem rerum omnium  
copiam, quae ex subjectis imperio ipsorum insulis eo im-  
portabatur. Pollux I. X. c. 20.: εἶρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν  
Ὀλιάσιν ὀλιάς οἶνα. Meminit et multis aliis locis. Item-  
que Hesychius in ἀπεσκευάσις. Semper hic poëta mise-  
ram insulanorum sub Atheniensium imperio conditionem

miseratus est. Quare puto et hanc fabulam illum docuisse, et aliam, cujus index Νῆσοι, *Insulae*, apud grammaticos solum superest, ut insanum populum leniret, et mansuetudinem condoceretur: vel certe, ut ad retinendum maris imperium suos cives hortaretur.

## CAPUT DECIMUM TERTIUM.

p.176.

Ἐχῖνοι πεζῇ ἐμπορεύονται. *Laconis apophthegma exponitur. Ionis Chii Phoenix aut Caeneus. Ostrea optima. Arcestrati locus. ὄστρεα et ὄστρεα. Pelorides conchae. Theophrasti codices suppleti. Plinius defensus a quorundam reprehensione.*

Epicharmi fabula fuit *Hebes nuptiae*, plena nominibus omne genus ciborum: quod facile potest intelligi ex alatis inde a deipnologo Naucratica testimoniis. Igitur echinorum ita meminit Siculus poeta: *Καρκῖνος δ' ἰκοντι, ἐχῖνος τε, τοὶ κατ' ἀλμυρὰν ἄλλα νεῖν μὲν ἐν ἴσαντι, πεζῶν δ' ἐμπορεύονται μόνοι.* Legendum πεζῶν pro πεζῇ, vel πεζοί. *Advenient cancer et echinus: qui nare quidem more caeterorum, quae aquas inhabitant, nesciunt, sed soli aquatiliam pedatim gradiuntur.* Spinae echinis pro pedibus, ait philosophus. Itaque ingredi est his in orbem volvi. *ἐμπορεύεσθαι pro simplici πορεύεσθαι, gradi.* Lacone dignum est apophthegma illius Spartani, qui, in os injecto per summam rerum imperitiam echino cum omnibus spinis, ὦ Φάγημα, inquit, *μικρόν, ἔτε μὴ νῦν σε ἀφ' ἑώ μαλακισθεῖς, ἔτ' αὖθις ἔτι λάβοιμι.* *O cibe impure, neque nunc ego te prae mollietie animi dimittam, neque iterum posthac sumam* Putavit homo durus, suae constantiae interesse, ne vinci ab echini aculeis videretur. Est fere illi simile exemplum, quod de Mario narratur, cum ei varices secarentur. Dalecampius *μαλακισθὲν* corrigens et Laconi constantis viri gloriam, et sibi fidelis interpretis ademit. Illud mox recte idem: *Ἴων ὁ Χῖος μαρτυρεῖ ἐν Φοίνικι ἢ Καίνει, pro Φοινίκη καινῇ.* Quod ex aliis locis patet corruptum. Interdum Phoenicem simpliciter eam fabulam vocant critici. Pollux l. IX.: *Ἴων ἐν Φοίνικι σαφέστερον. Ἄλλ' ὦ θυρέτρων τῶνδε κωμῆται θεοί.* Ita scribe apud Pollucem. *Ostrea omnium optima sunt, ait auctor,*



τὰ θαλάττια, ὅταν λίμνη ἢ ποταμὸς παρακίηται. *Marina*, quando lacus adjacet aut fluvius. Intelligit aestuaria, quasque Graeci vocant λιμνοθάλαττας et σομαλίμνας. Aufonius: *Ostrea Bajanis certantia: quae Medulorum Dulcibus in stagnis restui maris aestus opimat.* Mox pro ψόφης ποιῆσι placet cum Dalecampio ψόφης: id enim videtur auctor sensisse. Adjuvant nonnihil sequentia: καὶ πρὸς τὰς ἐρήσεις ἐστὶν ἐν εὐδοχ. Controversia tamen ea emendatio non caret: et ψόφης retinet, quantum est veterum librorum, de quibus aliquid nobis compertum. In ultimo Nicandri versuum scribebam: Γλίσχραι τελλῖναι τε, καὶ αὐτῆς Φωλεὰ πίννης. Sed fortasse aliud hic latet. ἀλλὰ σὺνεσ γε, sed attende, vel observa. Arcestrati versum, Τὰς μῦς Αἴνος ἔχει μεγάλας, ὄστρεα δ' Ἀβυδος, ad verbum Ennius: *Mures sunt Aeni, ostrea abstrica Abydi.* Sed videtur

P.177. Graecus poëta *musculos* aut *mytilos* intelligere, non mures: nam mus piscis nihil commune habet cum iis conchis, quas myas appellat etiam Plinius. Sequenti versu inuenio in MSS. Τὰς ἄρτας Πάριον. Vulgo Τὰς ἄρτας. De quo velim docti cogitent. Arcestratus: τὰς δὲ κτένας ἢ Μιτυλήνη. Ennius: *Mytilenae est pecten.* Proximus versus est depravatissimus: Πλείσους δ' Ἀμβρακία παρέχει, καὶ ἄπλατα \* μετ' αὐτῶν. Eclogarius more suo hemistichium integrum omisit, quod propter mendas non intelligebat. Conabamur ad Apuleji Apologiam κάρπας τε μετ' αὐτῶν. Rationes ibi reddidimus. Ennius leviter a nobis emendatus: — *caprosque apud unbracienseis. ὄστρεα*, inquit Athen., μόνως ἔτως ἔλθουσι οἱ ἀρχαῖοι. *Ostrea vocabant antiqui tantum sic: nempe ὄστρεα.* Quod ait ἔτως, videtur indicare, in proximo Philyllii exemplo fuisse eam vocem. Atque id puto verum: nam cum de ostreis hic auctor agat, quo Philyllii haec verba, si in illis nulla ostreorum mentio? Supra, ubi pluribus descriptus est istius poëtae hic locus, ostrea nominantur inter caetera. Sed ὄστρεα ibi male scriptum pro ὄστρεα, ut admonebamus c. 9. Non haec animadverterunt, qui pro ἔτως scribi volunt ὄντως. *Peloridas* conchas scribit vocatas παρατὸ πελώριον. Etsi verum est, has conchas fuisse *πελωρίας*, id est, *ingentes*, non tamen haec vera nominis ratio: dietas enim a Peloro, Siciliae promontorio, ubi solitae capi, omnes consentiunt. Vide I. I. Sequitur non longe Theophrasti locus de margaritis ex ejus commentario luculentissimo de lapidibus. Exstat hodieque ille liber, sed mutilatus et incuria majorum male habitus. Hujus adeo





loci, quem Athenaeus hic descripsit, bona pars in editionibus Theophrasteis desideratur; tot nempe verba: *πλήν ἐλάττονι μέγεθος δὲ, ἡλίκον ἰχθύος ὀφθαλμὸς εὐμεγέθης*. Hinc igitur emendentur et augeantur divini illius philosophi exemplaria. Clemens Alex. Paedag. l. II.: *γίνεται ὁ μαργαρίτης ἐν ὄσρῳ τινὶ παραπλησίῳ ταῖς πίνυσις μέγεθος δὲ, ἡλίκος ἰχθύος ὀφθαλμὸς εὐμεγέθης*. Ex eodem sine dubio Theophrasti loco. De margaritifera concha Androstheneis haec verba recitantur: *ἔσι δὲ ἡ μὲν τῷ ὄσρῳ ὄψις παραπλησία τῷ κτενί· ἢ διεγλυπτῆι δὲ, ἀλλὰ λείον τὸ ὄσρακον ἔχει καὶ δασύ*. *Ostrei figura similis pecuni, sed infecto, habetque testam laevem et hirtam*. Plinius l. IX.: *Juba tradit, Arabicis concham esse similem pecuni infecto, hirsutam echinorum modo*. Neque eadem penitus, neque multum diversa est Pliniana descriptio ab Athenaeica. Discrepantiam, quantulacunque ea est, non mirabitur, qui cogitaverit, Plinium quidem Jubae, Athenaeum vero Androstheneis verbis locutum. Androstheneis Juba antiquiorem aliquot seculis fuisse suspicor, et fortasse Jubae lectum: sed existimandum propterea non est, merum recitorem Jubam existisse verborum Androstheneis. Ridicule igitur faciunt, qui Plinium reprehendere audent, quod τὸ δασύ in superiore Androstheneis loco perperam sit interpretatus. Viri optimi si tanta diligentia vestigassent, quid Graecis significet τὸ δασύ, quanta fide sudasse Galen. p. 178. num videmus in ejus vocis explicatione apud Hippocratem, omisso Plinio, de sententia Androstheneis quaesissent accuratius. ὄσρακον δασύ vertunt illi *spissam testam*. Non hoc Graeca vox significat. δασύ enim ac λάσιον proprie *hirtum* significant et τὸ τετριχωμένον. δασύ et ψιλόν sic opponuntur, ut λείον et τραχύ. In libris medicorum δασύνειν ἀλωπενίας medicamenta dicuntur, quae pilos generant in capite depilato et glabro. Quod igitur testam eandem λείαν et δασεῖαν facit Androstheneis, difficultatem parit: nisi de variis partibus intelligas. Mendi suspicionem remouent veteres membranae et epitomae auctor.



## CAPUT DECIMUM QUARTUM.

*Margaritae λίθοι, ὄσᾶ, nuclei, concharum vitia et verrucae. Tonitrua dicta aliis juvare, aliis impedire concharum generationem. Fabulae multorum ποιητῶν Παιδίων inscriptae. Tituli Graeci Latinarum fabularum. ἐφθοπώλια Alexandrina. ἐξ ὑδάτων κρέα. γαστέρες et κοιλίαι inter esculenta. Πλῆτος vel Πλῆσιοι a multis comicis editae. ὑαγῶν pro σιαγῶν. Ὀρέα vel Ὀρεῖα Epicharmi fabula. Eurolidis Caprae. Gratini Pytina.*

**M**argaritas appellant Graeci et λίθους et ὄσᾶ, ut Athenaeus: ἐξ ὧν ἐξαίρωντες ὄσᾶ λευκὰ, προσαγορεύσει μαργαρίτην. Plin. *nucleos quosdam corporum: vulgo Latini unio- nes.* Tertull. *eleganter concharum vitia et verrucas.* Observa vocem προσαγορεύσειν, appellant: ii nempe, apud quos haec concha nascitur. Barbarum ergo vocabulum est, non Graecum: ut paulo post scribitur. Utro autem genere melius dicatur Graecis, μαργαρίτις an μαργαρίτης, disputat Galenus l. IX. de facult. simpl. medic. Frequentia tonitruum et imbrium vi adjuvari margaritarum generationem, ex Isidoro Characeno, ut videtur, clare docet Athenaeus. Plinius contrarium plane scribit: *Si fulguret, comprimī conchas, ac pro jejunii modo minui. Si vero et tonuerit, pavidas ac repente compressas, quae vocantur phsemata, efficere, specie modo inani inflata, sine corpore. Hos esse concharum abortus.* Ammianus Marc. l. XXIII.: *Concussae vero saepissime metu fulgurum inanescunt, aut debilia pariunt, aut certe vitiis defluunt abortivis.* Paullo post scribitur in epitoma: χωρίση τὴν μαργαρίτιν ἀπὸ τῆς κόγχης, μὲν ἔκετι τρέφει. Sine voce ἀμπέχουσα, quae in edita lectione torquet me. Lego mox Μέανδρος ἐν Παιδίῳ, non autem Πεδίῳ. Nam illud alterum probo, inventum apud Stobaeum ferm. 60. et Polluc. l. XIX. c. 50. Adscribam, quae Pollux affert, quia non sunt aliena ab iis, quae hic leguntur: Χρυσὸν ἐπόρισος. εἶδε λιθοκόλλητον ἦν, καλὸν ἂν ἦν ἔτως. Videntur etiam affinia istis esse, quae ex Naevii Pedio in Nonio exstant: *Quot res vis hunc privari pulchras, quas uti solent, et: Mollicinam, crocotam, chirodotam, ricam.* An igitur Menandri fabulam Naevius Latinam fecerat? Si ita est, Paedio in Nonio corrigendum non minus, quam in Athenaeo. Saepe

enim Latini poëtae fabularum, quas vertebant, titulos Graecos retinebant. Cujusmodi est Naevii *Acontionensis*, Terentii *Heautontimorumenos*, Caecilii *Synaristusae* et *Harpazomena*, Turpili *Paraterusa*, *Hetaera*, *Euclerus*, *Demiurgus*, atque etiam *Puedium*. Nam et Turpili *eo* indice fabulam docuisse, multis locis testatur Nonius: in quibus tamen omnibus *Pedium* invenies scriptum. Etiam e Graecis comicis plures eo titulo dramata publicaverant, ut praeter Menandrum Plato: cujus drama *Παις* alibi laudatur Athenaeo, ubi scriberem *ἐν Παιδίῳ* pro *ἐν Παιδί*. Comici scholiastes *Παιδάριον* appellat in iis, quae scripsit ad *Ranas* et *Pacem*. Item *Pofidippus*. Subjicit enim *Athenaeus*: *εἴρηται, Οὐλπιανὲ, καὶ τὸ ἐφθοπῶλιον παρὰ Ποσειδίπῳ ἐν Παιδίῳ*. Sic scriptum in optimis membranis pro *Πεδίῳ*, quod praeferunt vulgati. Mirum est, quoties in hunc scopulum socordia sua impegerint imperiti homines. Apud *Harpocratonem* exstant hi versus *Diphili* e *Syntrophis*: *Ἀγαθὸς βαφεὺς ἔνθεν ἐν τῷ πεδίῳ Ταύτη γὰρ ἡμῖν δευσοποιὰ παντελῶς Τὰ σπάργαν ἀποδεδείχθω*. Scribendum in primo versu *ἐν τῷ παιδίῳ* in altero *Ταυτί* in tertio *ἀποδέδειχε νῦν. ἐφθοπῶλια* vocem esse dialecti *Alexandrinae*, indicatur his verbis: *ὡπερ ἔθος ἐστὶν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐφθοπῶλοις*. In *Atticae* linguae auctoribus eam non legas, nisi admodum raro: sed illius loco *μαγειρεῖα* et *ἀλλαντοπωλῆα*. *Popinae* erant, in quibus *cocta* vendebantur, ut Graecum *ἐφθοπῶλιον* *Suetonius* exprimit in *Claudio*. Quae appellat auctor *ἐξ ὑδάτων κρέα*, *Aristophanes* *ἐφθα ἐν ζῳμῶ*, Latini *jurulentas* et *elixas*. Solitos edi veteribus mactatorum animalium ventres, probat *deipnosophista* *Aristophanis* testimonio ex *Equitibus*: *Φήσω σ' ἀδεκατεύτους κοιλίας πωλεῖν*. Non verba, sed mentem poëtae expressit *Athenaeus*. Nam verba comici sunt haec: *Καὶ σε φανῶ τοῖς Πρυτάνεσιν, Ἀδεκαδέυτας τῶν θεῶν ἱεράς ἔχοντα κοιλίας*. Poterat antiquiorem *Aristophane* testem ejus rei laudare. Jam tum enim *Homeri* temporibus intestina illa esitabant. Canit poëta *Ὀδ. σ.:* *Γαστέρες αἰδ' ἀλγῶν κέατ' ἐν πυρὶ, τὰς δ' ἐπὶ δόρπῳ Κατθέμεθα, κνίσσης τε καὶ αἵματος ἐμπλήσαντες*. Sed vereor, ne aliud sint *γαστέρες* apud poëtam, quam *κοιλίαι*, de quibus hic agit *Athenaeus*. Nam *Demothenes* *Bithynus* in paraphrasi verborum poëtae *γαστέρας* interpretatur *ἡνυστρα*. Interpres tamen comici ista explicans, *ἔπλυνειν ἕξ τὰς κοιλίας*, observat, poëtae dici *γαστέρας*, quae *Aristophani* aliisque poëtis *κοιλίαι*. Verumtamen *γαστέρας*,



quales poëta describit, etiam Aristophanes ita nominat  
 isto loco sane quam faceto in Nubibus: "Ωπτων γαστέρα  
 τοῖς συγγενέσι· καὶ τ' ἐν ἔσχατον ἀμελήσας· Ἡ δ' ἄρ' ἐφυσᾷτ'  
 p. 180. εἶτ' ἐξ αἴφνης διαλακῆσασα πρὸς αὐτῷ τῷ φθαλμῷ με προσε-  
 τλήσσε, καὶ κατέκυσέ με τὸ πρόσωπον. Plane istud con-  
 venit ventribus sanguine et pingui plenis, quorum Ho-  
 merus meminit, quosque Tertullianus *botulos cruore dis-*  
*tentos* nominat. De his Leo Imperator eleganter: ὡς χι-  
 τῶπι τοῖς ἐντέροις τὸ αἷμα διαλαμβάνοντες διδάσσι τῇ γαστρὶ,  
 in LVIII. constit., quae botulorum et omnino sanguinis  
 esum vetat. Ait auctor καὶ ἐξῆς, et deinde, cum tamen  
 sequentia verba in fabula Aristophanis modo recitatum  
 locum praecedant. Rescribe *κοιλίαν ὑδαίν.* Ait: Κρατῖνος  
 Πλατῖνος. Aliis haec fabula inscribitur Πλάτος, ut Aristo-  
 phaneam laudat Pollux I. II. Scripserat et Archippus eo  
 nomine fabulam, teste eodem Polluce I. VII. c. 14. et  
 scholiaste Aristophanis ad Vespas. Laudantur et Ana-  
 xilae atque etiam Antiphanis Πλάσιοι in his libris. In  
 Xenophontis testimonio, Σιαγόνα μακρὰν συνεσχυμένην,  
 libri notae melioris μικρὰν. Observatur Athenaeo, ma-  
 xillam Graecis non solum *σιαγόνα* esse dictam, verum  
 etiam *σαγόνα* per *υ*. Legendum vero *υ*γάγονα, ut in ex-  
 cerptis. Eustathius: Τοῖς δὲ τὸ κατ' ἀρχὴν ἐν σύμφωνον  
 ἀποβάλλουσι συντακτέον καὶ τὸ σὺς ὑς, σμικρὸς μικρὸς, καὶ  
 τᾶλλα, ὅσα ἐτέρωθι κεῖται· ἐν οἷς καὶ τὸ σιαγὼν ὑγαγὼν τὸ  
 καινότερον. Deinde sequuntur haec ipsa verba Athenaei,  
 quamvis dissimulato auctoris nomine. Quas reliqui Graeci  
 χορδάς, Epicharmus Siculus ὀρύας appellavit, ἐπιγράψας  
 τι, inquit auctor, καὶ τῶν δραμάτων Ὀρύαν. Non puto,  
 haec aliter scripta esse Athenaeo, nam eadem lectio apud  
 Eustathium, in epitoma et membranis: et tamen apud  
 Epicharmum legit aliter Hesychius. Ὀρεᾶ, inquit, χορ-  
 δῆ, καὶ σύντριμμα πολιτικόν, εἰς ὃ Ἐπιχάρμης δράμα. Quid  
 autem intelligit glossographus hic per σύντριμμα πολιτι-  
 κόν; An edulii genus alicui civitati peculiare? Putat  
 Syracensis, unde ortus hic comicus, et ubi scripsit. Et  
 fortasse ὑπότριμμα melius scriberetur. Sed moveor vocis  
 πολιτικόν insolentia, ut putem, aliud longe diversum vo-  
 luisse Hesychium. Videntur quidam existimasse, eam  
 Epicharmi fabulam vituperationem continuisse corporis  
 cuiusdam sive collegii reipub. Syracusanae, quod poëta  
 appellavit Ὀρύαν vel Ὀρεᾶ. Itaque legendum conjicio  
 καὶ σύσημα πολιτικόν, εἰς ὃ Ἐπιχάρμης δράμα. Eupolidis  
 Caprae nota fabula ex Plutarcho Sympos. I. IV., Macro-

bio, Polluce l. IX. c. 24., Erotiano in Πρόμαλον et scho-  
 liafte Aristoph. ad Vespas. Cratini *Pytinam* nominat Pol-  
 lux l. X. c. 14. et saepius eod. l. Priscianus l. XVIII.:  
 Cratinus in Pytina: Ἀτὰρ ἐννοῶμαι δὴ τὰ τῆς μοχθηρίας  
 τῆς ἡλιθιότητος τε τῆς εὐχῆς. Argumentum ejus co-  
 moediae cognosces ex interprete Graeco Aristophanis  
 Equitum.

## CAPUT DECIMUM QUINTUM.

*Alexidis et Turpilii Fugitivi vel Leucadia. Nuptiae*  
*diversorum poëtarum. χορδῆς μέσαιον. Crateuas.*  
*Pancratiastes Theophili et aliorum poëtarum. σιλ- Ρ. 181.*  
*Φίω σφενδονῶν. Nuptiarum αἱ ἀκμαῖαι et αἱ ἔωλοι*  
*ἡμέραι repotia, παλῖα, ἐπίβδα, ποδοσφοφία.*  
*Boves in Cypro σκατοφάγοι Sus Veneris hostia.*  
*Pherecratis Μεταλλεῖς. Alexidis et Pomponii Aleo-*  
*nes. Pherecratis Dulodidascalus. ἐφθοῖ πόδες.*

Athenaeus: Ἀλεξίς δ' ἐν Λευκαδία ἢ Δραπέταις. Fecerat  
 de Graeca Latinam hanc fabulam Turpilius, vetus comi-  
 cus: nam ejus poëtae *Fugitivos et Leucadiam* citant Varro,  
 Nonius, alii. Pollux l. X. c. 21. laudat Alexidem in  
 Λευκάδι, de quo nihil pronuntio: etsi suspicor, Λευκαδίε  
 scribendum esse, et de hoc dramate intelligendum. Saepe  
 enim, ut ante dicebamus, binomines fabulas altero tan-  
 tum appellant veteres critici. In Alexidis versu, Χορδα-  
 ρις τόμος ἦνε, καὶ περινομματίων, scribe metri gratia καὶ  
 περινομμάτι. Idem poëta alibi: Τὸ περινομμ' ἀπόλλυται.  
 Aristophanes in Equitibus: Περινόμματ' ἐν σὲ σνευάσω.  
 Ait: Ἀντιφάνης ἐν Γάμοις. L. IV. Γάμος hoc drama ap-  
 pellatur. Sed et alius poëta, Diphilus, Γάμος comoe-  
 diam suam inscripserat, teste Athenaeo l. VI. E Latinis  
 tres dramaticos poëtas *Nuptias* docuisse invenio, Pacu-  
 vium, Pomponium, Laberium. In hemistichio Antipha-  
 nis, Ἐπτεμῶν χορδῆς μέσαιον, ultimum verbum non in-  
 telligo. μεσάραιον Graecum est, exponiturque Hesychio  
 venter aut intestina tenuia. Ei voci locus hic dari for-  
 tasse debet. Aut μέσατον scribendum, vel μεσάτιον. Ait:  
 ποδῶν δὲ, καὶ ὠτίων. Repetendum ex longinquo μνημο-



νευει. Prava distinctio fraudi fuit eruditissimo viro, sed hunc errorem auxit ille insigniter, cum πολλὰ ἔχων scripsit pro ἔχον. Nam hoc auctor voluit: *Pedum, auricularum et rostri meminit Alexis in Crateua aut Pharmacopola: cuius testimonium multa continens eorum nominum, de quibus est quaestio. paulo post proferam.* Invenies locum Alexidis p. 107. Κρατεύας autem in fabulae hujus titulo scribendum esse, doctis omnino assentior. Etsi vix unquam sine menda scriptum hoc nomen in MSS. Nam etiam in optimis Κρατίχ invenimus aut Κρατείχ, quod proprius abest a recto. Hic est Crateuas, nobilis ῥιζοτόμος, nominatus Hippocrati, Dioscoridi, Plinio, Galeo, aliis. Ait: Θεόφιλος Παγκρατιασῆ. Inter novae comoediae poëtas fuit hic Theophilus, ut Pollux docet l. IX., ubi de voce παρεμβολῆ disputans, quae in locum vetustioris τρατόπεδον successit, e Theophili Pancratiasse profert hunc versum: Εἴτ' ἐν χάρῃ μὲν ταῦτα καὶ παρεμβολῆ. *Pancratiasse* docuerant etiam Alexis et Philemon, et ex Latinis Ennius. Anaxilae e Coquis postremus versus scribi debet: Ἀκροκάλι' ἐψεῖν ἐσι, βύγχη, καὶ πόδας. Sequitur: καὶ ἐν Καμψοῖ. Scribo Καλυψοῖ ex l. IV. Circe et Calypso nomina fabularum hujus poëtae, ex Homero nota omnibus. In isto Axionici, Ζωμοποιῶ θερμὸν ἰχθῦν ἐπαναπλάττων, scribunt excerpta Ζωμοποιόν. Fortasse scribendum Ζωμὸν ποιῶ. Proximus versus letaliter affectus est. Tertius monstrum est merum: Οἶονται ἄνω ἐτεράλικα σιλφίω σφενδονῶν. Debellemus hoc monstrum, si modo pares sumus tanto incepto. Lego: Οἶος (vel potius Ὑός) ὠτάρικ' τε κ' ἀκροκάλια σιλφίω σφενδονῶν. Vocem certe ὠτάρια recte a nobis restitutam hoc loco, liquebit attendenti ad seriem verborum Athenaei. σιλφίω σφενδονῶν interpretor silphii condimentum vibrare et respergere super cibos. Durum dictum. Sed quid miremur? Coquus loquitur. Nec mendam tamen abesse praestabo. σιλφίω ἐπιγυῶν eodem sensu dixit Alexis: Μυελὸν ἀψείλον ἐπιγυῶσας σιλφίω. Non multo minus insolens usus verbi ἐπιδονεῖν in Antiphanis Parasito: Ἐφθός τυρός ἐπιδόνει πολύς. Postrema poëtae verba aut potius gloriosuli coqui sunt ista: ὥσε πάντας ὁμολογεῖν, Τῶν γάμων κρεῖττω γεγονέναι τὴν ἑωλον ἡμέραν· adeo ut faterentur omnes, *Ipso nuptiarum primo die lautiora esse repotia.* Nuptiarum solennitas pluribus diebus celebrabatur. Primum vocabant γάμους· secundum ἐπίβδα, ut Pindarus, vel παλία. Hesyechius: Γάμοι, ἡ πρώτη ἡμέρα τῶν γάμων· ἡ δὲ δευτέρα

**παλία.** Sic dictus is dies ἀπὸ τῆ πάλιν ἵέναι, si tamen in-  
 tegra satis illa lectio. Latini vocant *reposita*. Axionicus  
 eleganter ἔωλον ἡμέραν. Graecis ἔωλα dicuntur omnia,  
 quae desierunt esse ἐν ἀκμῇ novitatis. Sic M. Tullius ἔω-  
 λον vocat librum, qui primam novitatis gratiam amisit.  
 Sic transacto nuptiarum die primo, qui deinceps sequun-  
 tur, etsi sunt festi, ἔωλοι tamen jure dicuntur. Libro  
 quarto opponit auctor τὰς ἀκμαίας τῶν γάμων ἡμέρας et  
 τὸ ἔωλον τῆς συμποσίας. Non erat ferendum, tam ele-  
 gantem locum tam male adhuc esse expositum. ἔωλον  
 ἡμέραν desinentis festi pulchre in ἐκφράσει Καλαυδῶν de-  
 scribit Libanius. Ejus verba adscribemus; sunt enim ve-  
 rustissima: τετάρτη, inquit, ἡμέρα τὴν μὲν ἀκμὴν τῆς  
 εορτῆς ἀμβλύνει· τὸ πᾶν δ' ἔτε ἢ μετ' ἐκείνην σβέσαι δύναίτο  
 εἶν. ἀλλ' ὡσπερ αὐρὰ τις ἐτι λεπτὴ πνέουσα· κατέχει τὰς ἀν-  
 θρώπων ὁ καιρὸς ἐν εὐφροσύναις ἀμυδροτέραις. Pherecratis  
 Ἀἰῆροι adducuntur in testimonium a Polluce l. VI. c. 19.  
 et l. X. c. 22. Non existat in praecedentibus locus ille,  
 quo rejicit nos, cum ait: ὅτι κυρίως λέγεται ῥύγχος ἐπὶ  
 τῶν συῶν, προείρηται. Aeoloficon Aristophanis et Gery-  
 tades inter celeberrimas ejus poëtae fabulas passim me-  
 moratae. De Aeoloficone quaedam Platonius περὶ δια-  
 φορᾶς κωμωδιῶν. Inde prolata verba sic concinnes licet  
 cum interpretibus: Καὶ μὴν ἐς τὸ δεῖπνον ἀκροκώλιά σοι  
 ἔτταρα ἤψησα τακερά. Antiphanis verba sunt: "Ἐπειτα  
 καὶ ἀκροκώλιον ἕσιον Ἀφροδίτῃ; γελοῖον· ἀγνοεῖς, ἐν τῇ  
 Κύπρῳ δ' ἔτω Φιληδεῖ ταῖς ἕσι, δέσποτα, ὡσε καταφαγεῖν  
 ἐπιῆρξε τὸ ζῶον, τὰς δὲ βῆς ἠνάγκασε. Poterant negotio  
 nullo in legem vel jamborum vel trochaicorum haec  
 verba cogi: qui putabunt esse tanti, ingenio suo obse-  
 quantur. Mendum in foedo verbo foedum detegemus  
 nos, et pro καταφαγεῖν, comedere, emendabimus σκατο-  
 φαγεῖν, stercus vorare. Ita sues amat Venus, inquit, μὴ  
 ἐν Κύπρῳ, cum cogeret boves stercoribus vesci, sues ea neces-  
 sitate exemerit, imo veterit facere. Qui nescit, quae περὶ p. 185.  
 τῶν σκατοφάγων βοῶν vetustas fabulata est, consulat Fe-  
 stum in Cyprio bovi et paroemiographos. Quod sequitur,  
 ὅτι δὲ ὄντως Ἀφροδίτῃ ἕς θύεται, μαρτυρεῖ Καλλιμαχος,  
 Illustrabunt, quae scribit Aristophanis interpres ad ver-  
 sum hunc ex Acharnensibus: Ἄλλ' ἐχὶ χοῖρος τῇ Ἀφροδίτῃ  
 θύεται. Pro Ὑσυρία recte viri eruditi Ὑσήρια. Vide Eu-  
 stathium Ἰλ. λ. Ait: Φερικράτης δ' ἐν Μεταλλεῦσι. De  
 auctore hujus fabulae non consenserunt critici veteres.  
 Eratosthenes Nicomacho eam attribuebat. Harpocration:



\*Ἐστὶ δὲ δρᾶμα Φερεκράτης Μεταλλεῖς· ὅπερ Νικόμαχόν Φησι πεποιημέναι Ἐρατοσθένους ἐν ἐβδόμῳ περὶ τῆς ἀρχαίας κωμωδίας. Erotianus in Ἀρωῶ Pherecrati adjudicat, ut Athenaeus. Alexidis Κυβευταὶ aut versa aut imitatione expressa videtur fuisse a Pomponio. Ex cujus *Aleoni*bus laudant hunc versum grammatici: *At ego rusticatim tanquam, urbanatim nescio.* In nupera editione male distincta sunt ista: καὶ Παννυχίδι ἢ Ἐπίθοισι quae recte sunt a Dalecampio accepta. *Dulodidascalus* Pherecratis passim in his commentariis laudatur: alibi offendere non memini. In ea fabula fecerat poëta τῶν ἐφθῶν ποδῶν mentionem: sed et apud Hippocratem, qui Pherecrate antiquior est, πόδας ὄϊος ἐφθῆς, *pedes ovini elixos*, aliquot locis legere memini.

## CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Τυρός ἐπεδόνει. Ecphantides poëta comicus. *Tagenistae* Aristophanis. ἀπόβρασις ἡπάτιος. δέλφακος ὀπωρινῆς ἡτριαῖα. *Collabi placentae aut panes.*

Durum dictum est, quod ex Antiphanis Parasito afferitur: ἐφθῆς τυρός ἐπεδόνει πολὺς. Excusabamus supra insolentiam phraeos, quia haec coquus aut parasitus loquitur: quibus solent optimi poëtae loquendi genera tribuere ganeoni et homini inter ollas ac patinas educato convenientia. Aliter qui ferri queat τὸ ἐπεδόνει, non video. δονεῖν est strepitum in turba facere. Hic simpliciter ad declarandam rei copiam usurpatur: quia fere copiae comes strepitus et τάρραξις sive δόνησις. Fortasse etiam ἐφθῆς scribendum. Ecphantides, cujus subjectum est testimonium, antiquus fuit comicus, sed ita obscurus, ut parum absit, quin ipsius etiam nomen cum scriptis e memoria hominum sit deletum. Servatur adhuc alicubi, ut hic et in glossis Hesychii, cujus sunt verba: Ἐκκεχοιριλωμένη, ἢ Χοιρίλας ἄσα (scrib. τῆ X. vel ὡς X. ἄσα). Ἐκφαντίδῃ γὰρ τῷ κωμικῷ Χοιρίλος θεράπων ἦν, ὃς συνεποιεῖτο κωμωδίας. In Aristophanis scholiis alicubi Φραντίδης pro Ἐκφαντίδης memini observare. *Tagenistarum* Aristophanis meminit ejus interpretes Graecus ad Ranas aliisque locis, et Pollux l. X. c. 23. Poëtae verba: πά-



πατέταμαι γὰρ λιπαρὰ κάπτων. Ita melius, quam, ut in  
 ipsius scholiis ad Acharnenses, παρατέταμαι γὰρ ἐσθίων.  
 Saepe diximus, veteres grammaticos in recitandis aucto-  
 rum locis parum fuisse religiosos, et verbis suis saepe il- p.184.  
 lorum χρείας corrupisse, servata solum sententia. Se-  
 quentia non intelligo: ἀλλὰ Φέρετ' ἀπόβασιν ἥπατιον. Da-  
 lecamp. videtur legisse ἀπόφυσιν ἥπατις vel ἥπατιαν, qui  
 vertat *hepatis extremam fibram*. Jecoris ἀποφύσεις et πτε-  
 ρύγια, quae Hieronymo *rimulae*, et ἀποσχίδας scio quid  
 Galenus aliique medici Graeci appellent: ἀπόβασιν hoc  
 sensu legi nunquam. Pro ἀπόφυσιν etiam ἀποφύδα scribi  
 potest. Sic enim ἀποφύδας ἐντέρων dixit philosophus  
 I. II. Historiarum. Omnino de hoc loco parum mihi  
 constat, ἥπατις quidem non dubium legi debere, ut sta-  
 tim καπριδία. Aut certe ἥπατιων, ut in Eubuli versu:  
 Ἡπάτια, νῆσις, πλεύμονες, μήτρα. Sed audendum hic,  
 opinor, aliquid. Si ad probabilem aliquam sententiam  
 locum hunc in omnibus MSS. corruptissimum volumus  
 refingere, possumus ita concinnare: ἀλλὰ Φέρετ' ἢ προ-  
 βάτειον ἥπατιον, ἢ καπριδία νέκ κόλλοπά τινα. Jecur ovi-  
 num, ut arbitror, intelligit. Sic alibi hanc vocem cum  
 adiectione simili legas: puta, aut ὕειον, aut αἴγειον, aut  
 ἄρνειον. Pergit Aristophanes: ἢ σπληνός, ἢν ἔσιν. Proba,  
 ut videtur, lectio. Tamen aliud suadent membranae,  
 quae habent ἢ σπληνός, ἢ νῆσις. Sic vocatur pars intesti-  
 norum et ipsa inter cupedias. Corrupta manifesto, quae  
 sequuntur: ἢ δέλφακος, ἢ ῥίνης, ἢ τριέα. Dalecamp.  
 emendavit ἢ κερέα. Non erat illa conveniens hujus loci  
 morbo medicina. Infra hoc in libro ita scribitur: ἢ δέλ-  
 φακος ὀπωρινῆς τριαιναν. Vir optimus ut corruptissimam  
 hanc γραφήν damnat: ego probo, non ut rectam, sed ut  
 rectae proximam. Legendum enim: ἢ δέλφακος ὀπω-  
 ρινῆς ἥτριαϊα. Partem suillorum intestinorum ἥτριαϊα vo-  
 cabant. Idem poeta in Thesmophoriazulis: Οὐ δὲ σχα-  
 δόνες, εἰδ' ἥτριαϊον δέλφακος. Lucianus Lexiphane: παρε-  
 σκεύασο δὲ πολλὰ καὶ ποιμίλια, δίχην ὕεια, καὶ σχελίδες,  
 καὶ ἥτριαϊα. Jam vocem ὀπωρινῆς asserimus auctoritate  
 Athenaei, qui I. IX. ex hoc loco probat, usurpasse Ari-  
 stophanem nomen δέλφαξ genere foeminino. Effet au-  
 tem probatio illius nulla, si scripsisset Aristophanes ἢ  
 ῥίνης. Addit postremo comicus μετὰ κολλάβων χλιαρῶν.  
 Collabi, ait vir doctus, *placentae clavus similes, qui fides  
 in citharis tendunt*. Vertibulas, puto, aut verticilla in-  
 tellexit. At quomodo erunt aut dicentur placentae istae.



collabi, si clavi formam referunt? Nam omnis placenta aliquam habet εἰς πλάτος ἑκτασιον, aut πλακῆς non erit, nisi quomodo pyxis dicitur, quae est ex argento vel auro. Qui putabant e veteribus, dictos esse collabos a similitudine vertibularum citharae, panes illos, non placentas, appellabant. Verum alii notationem nominis aliam afferunt: sic enim dici placentam quadratam parvulam ἐκ μεγάλων κολοβαμένην.

## CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

p.185. *Dionysiocles medicus. Leonides grammaticus. Damon  
veius scriptor. Damius Colophonius. μήτρα, μη-  
τρόπολις καὶ μήτηρ τῶν Ἱπποκράτους υἱῶν. Hip-  
pocratis Coi liberi, et de iis proverbium: Tres  
fratres. Hippocratis Atheniensis liberi, et de iis  
vetus dictum: Τὸ πατρὸς τὰ παιδία. Proverb.:  
Vitam pulmonum vivere, vel ostrei. vel plan-  
tae. Grammatici ἀκανθοβάται, et eorum spinae.*

Multis locis factum videas ab Athenaeo. ut de apposito cibo testimonia primum ex poëtis et philosophis proferat, deinde autem ex medicorum libris naturam illius explicet. Propterea scribit isto loco: Τούτων λεχθέντων καὶ περὶ τέτων, ἔδὲ τῶν ἰατρῶν οἱ παρόντες ἀσύμβολοι μετελήφασιν. *Cum etiam de istis haec dicta essent, ne medici quidem, qui aderant, prius illa gustarunt, quam symbolam contulissent.* Quid symbolas appellet, satis declaratum est l. I. c. 4. Videtur autem Athenaeus hoc dicere, omnes aut plures certe medicos, qui convivio intererant, aliquid de scriniis memoriae, quod ad rem faceret, prompsisse in commune. Nam hoc ista spondent: τῶν ἰατρῶν οἱ παρόντες. Spem tamen hanc nostram egregie auctor destituit, unius Dionysioclis verba proferens, et ea quidem adeo pauca, ut non sine magna ratione deesse aliquid hac quoque in parte nostris hodie codicibus suspiceris. Statim enim sermonem velut lampada cursu excipit Leonides, diversae professionis homo: καὶ ὁ Λεωνίδης· Δήμων ἐν τετάρτῳ Ἀτθίδος, Ἀφειδαντα, Φησί. *Leonidas autem dixit: Damon in libro quarto Attididis narrat.* Errant, qui putant,

Leonidam esse auctoris illius nomen, cuius mox verba afferuntur. Ille vere unus fuit e convivis, ut docent clare sequentia haec non multo post: περιενεχθέντος τῆ καλακμένῃ ὥραϊς, ὁ Λεωνίδης ἔφη. Philologum fuisse et criticum, haec evincunt: καὶ ὁ Διονυσιοκλῆς ἔφη. "Ὅτε μὲν ἐσι τὰ ποιήματα, ὧ ἀγαθὲ Λεωνίδη, ὑμῶν ἐσι κρίνειν τῶν δοκιμωτάτων γραμματικῶν. Sic enim recte legit etiam Dalecamp. illo in loco ὑμῶν, non, ut editum est, ἡμῶν. Errant etiam, qui Δήμων putant esse a δῆμος. Est enim Demon aut Damon vetustissimi auctoris rerum Atticarum nomen. Is ipse est, cuius testimoniis Plutarchus in Theseo saepius utitur, et scholiastes quoque Aristophanis proverbialia explicans ὁ Διὸς Κόρινθος ad Ranas, et Noctuanas Athenas ad Aves. An idem sit Damon, qui de Byzantio scripserat teste Athenaeo l. X., non scio. Fuit et Damius Colophonius scriptor alius multo recentior, cuius nonnulla exstant in Athenaei de machinis bellicis libello. Thymoetes, cuius meminit Damon, Oxynetae, regis Athenarum, ex concubina filius fuit: qui ultimus stirpis Thesei regnum obtinuit, mox scelere partum imperium scelere amisit, spoliante Melantho Messenio. Pausanias, Eusebius, alii. Deinceps de vulva suilla ita scribitur: Μητέρα ἐξῆς ἐπεισηνέχθη, μητρόπολις τις ὡς ἀληθῶς εἶσα καὶ μητέρα τῶν Ἱπποκράτους υἱῶν, εἰς εἰς ὑδάτων κωμωδαμένους οἶδα. Deinde illata est vulva, metropolis revera et mater filiorum Hippocratis, quos propter ingenium suillum scio esse comicis irrisos. Non sunt isti magni Hippocratis liberi, Telefippus, Demophon et Pericles, de quibus exstat vetus dictum, *Tres fratres*, sed lurconis cuiusdam Atheniensis soboles, quae proverbium sustulit: Τῆ πατὴρ τὰ p.186. παιδία. Helluo pater, helluones filii. Horum ait fuisse metropolin et matrem vulvam suillam: quasi porcos appellaret porca natos. Non ex alio animali numerosior materia ganeae. Alludit autem scriptor eruditissimus ad versus Antiphonis in Philometore, qui super vulva aliquanto post citantur: aut etiam fortasse ad dictum Chrypsippi, qui Archestrati carmen, quo ganeonum gulam erudit, μητρόπολιν τῆς Ἐπικέρου Φιλοσοφίας nominavit. Apage viri docti emendationem μητροποιὸν scribentis pro μητρόπολιν. In Platonis loco e Protagora scribe συνεῖναι, non συνιέναι. Ipsum vide. Scribe etiam locum e Philebo sic: ζῶντες ἐκ ἀνθρώπου βίον, ἀλλὰ τινος πνεύμονος, ἢ τῶν, ὅσα θαλάττια μετ' ὄσρεων ἐμψυχὰ ἐσι σωματίων. Non *hominum, sed palmonum vitam vivunt, et eorum marinorum,*



quae in testaceis corporibus sunt animata. Non ἐμψύχων. Postrema verba periphrafin continent ignavissimorum ostreorum, quorum vita non multum distat a vita plantarum. Platonis locum illustrabunt Galeni verba, quae adscribam ex comm. de embr. in ut. format.: ὡσεὶ τὸ κινέμενον ἔ μόνον ὡς φυτὸν ἔτι τὴν διοίκησιν ἔχειν, ἀλλ' ἦδη καὶ ὡς ζῶον, ὅποια ζῶα χῆμαί τ' εἰσὶ, καὶ κήρυκες, καὶ πίνυαι, καὶ ὄστρεα, καὶ λεπάδες, ἧτοι γ' ὀλιγίστης, ἢ ἐδ' ὅλως δεόμενον κινήσεως σφυγμικῆς. Talia sunt etiam tethya, spongiae, holothuria aliaque hoc genus zoophyta, de quibus accurate Aristoteles I. IV. de part. anim. In X. Nicomach. et I. ad Eudem., qui semper dormiunt, Φυτῆ ζῆν βίον dicuntur. Pro quo Hieronymus ad Pammachium: *in modum glirium vivere*. Caeterum *ostrei vitam vivere* paulo aliter usurpat Plutarchus in comm. salubr. praecept., de iis loquens, qui necessitatem uno eodemque semper modo vivendi sibi imposuerunt. ἐκ ἀσφαλές, αἰτ, ἐδὲ ῥάδιον, ἐδὲ πολιτικόν, ἐδ' ἀνθρωπικόν, ἀλλ' ὄστρεός τινός ζωῆ προσεικός, ἢ σελέχης, τὸ ἀμτέατατον τῆτο. Ulpianum ait Cynulcus τὰς ἀκάνθας συνάγειν, assiduas illius disputationes de vocibus reprehendens. Spinas vocabant grammaticorum quaestiunculas. Antiphanes in epigrammate de grammaticis: ἀτυχεῖς σῆτες ἀκανθοβόται. Sunt, quibus placet ἀκανθοβόται, qui spinis vescuntur. Sed verum omnino est ἀκανθοβόται, per spinas ingredientes. Quod unica hac voce Antiphanes intellexit, pluribus expressit Athenaeus: Ὡς ἀν' ἐχινόποδας καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν ἀεὶ διατρίβων, versans assidue inter echinopodas et asperas onones. Echinopus et ononis sive anonis aculeatarum herbarum genera sunt.

## CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Strena ἐπινομὴς et εὐαρχισμός. Strenae origo. Ulpiani καινοφωνία. Paenula ἀρχεσος. Lexiphanes Luciani. ὀπτός, qui est in conspectu. ἀφόρητα ὑποδήματα. εὐτέρια calceamenta. ἐξέφρησα, exii. παῖ Λεῦκε. Φαινόλης. ἀπολέμενος, loturus. ἦν δ' ἐγώ. ὑπώπιον et πρόσκομμα. Eustathiani codices.

R. 187. Ulpianum reprehendit Cynulcus, quod strenam Romanorum Graece dixisset ἐπινομίδα. Mihi videtur hic Ari-



starchus et imperite facere et inhumane. Existimo enim, ita ab Ulpiano vocatam non strenam quamcunque, sed eam, quae Imperatori de more donabatur anni novi initio. Haec vero elegantissime potest dici ἐπινομίς quippe data ultra legitimum canonem et onera necessaria: quod pulchre exprimitur Graeca illa voce. Notabamus ad Suetonium, deesse Graecis vocabulum, quo Latinum *strena* reddant ἐν ἀνδ' ἐνός. Quare laudanda potius Ulpiani industria, qui istud non inepte excogitavit, quam reprehendendus conatus, etiamsi minus est, quod voluit, assecutus. Alii Graeci novum verbum εὐαρχισμός finxerunt in eam rem, ut pridem diximus. Recte autem Athenaeus scribit, strenae et morem et nomen ab antiqua traditione ductum esse veterum Romanorum. Symmachus l. X.: *Ab exortu pene urbis Martiae strenarum usus adolevit, auctoritate Tazii regis: qui verbenas felicis arboris ex luco Streniae anni novi auspices primus accepit, D. D. Imperatores. Nomen indicio est, viris strenuis haec convenire ob virtutem, atque ideo vobis huiusmodi insigne deberi, quorum divinus animus magis testimonium vigilantiae, quam omen exspectat.* Quae deinceps sequuntur reprehensiones Ulpiani, omnes ejusmodi sunt, ut ex illis, (si modo injuria ei non fit) appareat hominis ingenium prorsus Φιλόκαινον. Neque enim adduci possumus aut ullo modo debemus, ut viro exacte et follicite docto ex hellenismi imperitia has sribligines excidisse arbitremur. Verius puto, Ulpianum his vocibus et loquendi generibus usum vel per jocum, ut eos rideret, qui serio ita loquerentur, vel ut πολυαναγνωσίαν suam venditaret, auresque eruditorum in se converteret. Fieri enim potest, ut ista, quorum nomine hic reprehenditur, apud scriptores non postremae notae reperisset. Multa enim, ut scimus, etiam Ciceronibus et Demosthenibus, nedum poëtis, qui sibi omnia licere volunt, exciderunt notanda nobis potius, quam imitanda. Contra Ulpianus, cum in antiquis scriptoribus semel fortasse horum aliquid observasset, illo uti non verebatur. Hinc illa sartago loquendi, cujus hic a cynico philosopho accusatur. Ait igitur: εἰ σὺ εἶ ὁ καὶ τὸν καινὸν καὶ εἰπέω ἐν χρεῖα γενόμενον Φαινόλην, (εἴρηται γὰρ, ὦ βέλτισε, καὶ ὁ Φαινόλης) εἰπών; Παῖ Λεῦνε, δός μοι τὸν ἄχρησον Φαινόλην. Quid in Ulpiano reprehendatur hic a Cynulco, non viderunt interpretes. Natalem mitto nimis ubique Natalem. Dalec. existimavit, notari vocis Φαινόλης insolentem usum pro Φαινόλης. Sed fallitur vir



optimus: nam ita verti debuit: *nonne tu is es. qui novum, et quo usus nondum erat.* Φαινόλην, (reperitur enim, *vir optime, puenula dictu Φαινόλης*) dixisti ἄχρησον; *Puer Leuce, da mihi paenulam ἄχρησον.* Videtur Ulpianus puerum suum Latine compellans paenulam petiisse. Cynul-

P.188. cus ut Graece idem diceret, Φαινόλης pro Latino verbo posuit. Sed Ulpiani reformidans ingenium excusationem adjicit. ideo se ea voce uti. quia exstaret apud scriptores nonnullos. At Ulpianus ab illo castigatur ob dictionem ἄχρησος, qua usus erat sane quam insolenter pro ἐδέπω ἐν χρείᾳ γεόμενος. *qui nondum fuit in usu* Id verbi hac notione barbarum esse, conitat. Quare etiam disertissimus et hellenismi peritissimus Lucianus in Lexiphane hanc vocem non praetermisit. Ille liber ingeniosissime confectus veluti laterculum quoddam est omnium dictio- num ἀδοκίμων, quas semidocti homines Athenaei et Luciani temporibus magno cum eruditorum fastidio soliti usurpare. Verba Luciani sub indocti cujusdam persona haec sunt: *πυθόμενος δ'. ὅτι ὁ ερατηγός ὀπτός ἐστι, λαβῶν ἄχρησα ἱμάτια, εὐήτρια καὶ ἀφόρητα ὑποδήματα, ἐξέφρησα ἑμαυτόν.* In his paucis verbis multae ineptiae notantur. ὀπτός ridicule positum pro ὀρατός, *qui potest videri, qui incipit esse in conspectu.* Nam etsi id vox illa significet, non est tamen ea notione in usu. Vide l. VIII. c. 4. ἄχρησα ἱμάτια pro nova et. ut Cynulcus interpretatus est, *μηδέπω ἐν χρείᾳ γεόμενα.* Insulse et barbaramente: nam ἄχρησον est contrarium τῷ χρησῆ. et rem improbam significat. Simile peccatum in ἀφόρητα pro *nondum gesta.* Sic accipe paulo post, cum ait Pompejanus Philadelphensis ore Cynulci: *κόμιζέ μοι τὰς βλαύτας τὰς ἀφορήτους καὶ τὴν ἐφεσρίδα τὴν ἄχρησον.* Inepte etiam εὐήτρια appellat calceamenta. Est enim textrinae vocabulum. et vesti subtili ac bene textae convenit. Plato in Politico: *λεῖον καὶ τὸ λεγόμενον εὐήτριον ὕφασμα ξυνάγοντα ἐξ αὐτῶν.* Strabo l. XV.: *τὰς εὐήτριδας ὑφάσσονται σινδόνας.* Hic fatuus εὐήτρια ὑποδήματα, *elegantes calceos* significans, dixit. Etiam Aeschylus in Dictyurgicis (vel Dictyulcis, ut nominat Hesychius), ducta translatione a vestibus, aliud nescio quid εὐήτριον vocaverat, sicut observat Julius Poll. l. VII. c. 10. Postremo et ineptum et βλάσφημον est pro *exitū ἐξέφρησα*, quod valet *ἐξηρέησα, in perniciem abiit.* In verbis Ulpiani τὸ Λεῦκε perperam putarunt esse adjectivum: nam aliud λευκός, aliud Λεῦκος. Sic vocabant ser- vos interdum καὶ Λεῦκε: non καὶ tantum, aut proprio



solum nomine. Alexis: Παῖ Στρομβιχίδη, μὴ τῶν χειμερινῶν ἀργυρωμάτων. Vocabulum φαινόλης multo ante Athenaei saeculum Graece loquentibus et scribentibus cepisse usurpari, et indicat obscure Cynulcus, et scimus nos verum esse ex epistolis Pauli Apostoli. Putamus autem, ut jam diximus, praeter τὸ ἄχρησον caetera Latine dixisse Ulpianum. Sequitur alia castigatio: εἰς βαλανεῖον δὲ ποτε πορευόμενος, ἐκ ἔφης πρὸς τὸν πυρθάνομενον, Ποῖ δὴ; Ἀπολέμενος, ἦν δ' ἐγώ; ἐπείγομαι; Duo hic notantur. ἀπολέμενος stulte pro ἀπολεσόμενος, loturus, cum significet periturus. Sed mirum quid praetexti isti voci quiverit. Causa enim dici nulla potest, cur ex ἀπολεσόμενος fiat ἀπολέμενος. In caeteris quo colore peccata tegi potuerint, perspicuum. λέμενος pro λόμενος scimus dixisse Atticos: pro λσόμενος nemo unquam. Praeterea p.189. in Lexiphane hoc non est notatum a Luciano. Scribam aliquando ἀπολεσόμενος, satis in eo ratus inesse ἀκυρολογίας, quod pro λούεσθαι dixerit ἀπολεσεσθαι. Illud enim rectum, hoc non rectum: quemadmodum ex VII. Pollucis intelligimus et usu auctorum meliorum. Propterea Lucianus suum illum barbarum ita loquentem inducit: δέος, μὴ ἐν λστρίῳ ἀπολεσώμεθα. Et paulo ante: χαίρω μετὰ νόματον ἀπολεσόμενος. Ubi tamen scribi malim ἀπολέμενος, ut duplex sit culpa, et ἀκυρολογία, et τὸ βλάσφημον. Eclogae Hoeschelianaee vulgatam lectionem aperte confirmant: etsi aliter, quam in editis, sententia ibi concipitur. καὶ περὶ βαλανεῖα, inquit, ἠρώτα τὸν παῖδα, Ποῖ δὴ ἀπολέμεθα; Retinendum igitur τὸ ἀπολέμενος: quam firmat etiam, quod subjicitur, ea die periisse Ulpiano paenulam Canusinam, subreptam a balnearibus furibus vel praemiatoribus. Nam indicare voluit Cynulcus, habuisse omen illam non minus infaustum, quam ineptam vocem ἀπολέμενος. Sic mox: ἐπειδ' ἔτως ἀπολέμεθον, post ista lavabimus nos duo. Alterum, quod in Ulpiani superioribus verbis notatur, est ἦν δ' ἐγώ: quae voculae tunc frequentes erant in ore τῶν Ἀττικισῶν. Lucianus non uno loco hujus suae insulfitatis eos admonet, et, prout meriti erant, false irridet. In voce ὑπώπιον error perspicuus est, qui deinceps notatur a Cynulco: neque hic quicquam obscuri. Facetus vero nimis censor iste errorem errore corrigit, et plane, quod ait vetus verbum, ἦλω τὸν ἦλον, πασσάλω τὸν πάσσαλον. Non enim minus est absurdum, πρόσκομμα appellare plagam sub oculo acceptam, quam ὑπώπιον nominare vulnus tibiae



illatum. Scribe παρά τινι τῶν φίλων ἰατρῶν cum vulgatis: hoc malo, quam ἰατρῶν, quod habent MSS. Ait Cynulcus: παρά τινι τῶν φίλων ἰατρῶν ὑπαλειψάμενος τὰ ὑπὸ τῆς ἐφ' ἄκλων πυχρῆς Φαρμάκω. Eustathius, extr. comment. in II. ὁψ. μ. totam hanc historiolum describens, mirificam prorsus lectionem affert, quam unde sit nactus, non divino. Sic enim ille: ἀκῆσας τῶν τις καὶ ἀσειῶν καὶ ἔσω λογῆ, τὴν κεφαλὴν εἰς νέωτα ταινίαις διαλαβῶν, ὃ ἐστὶ Φασιλίαις, καὶ ἐρωτηθεῖς, τί πάθοι; πρόσκομμα, ἔφη. Unde illud εἰς νέωτα, anno sequente? Unde illud ταινίαις; Quod tamen ceu plane γνήσιον Athenaei non profert solum, sed etiam interpretatur.

## CAPUT UNDEVICESIMUM.

Ἄνθρωπος ἐκ ἀπάνεργος. ὀνοματοθήραι, θηρολέξης, λεξιθήρ, λεξιθηρεῖν. ὑποδησάμενος τὸν πώγωνα. ὠμόλιον, involucre. ὀδοντὴ ζύστρα. περιδεῖσθαι πώγωνας. ὀπτός τάριχος, cuius squallida. συντριβεσθαι, συντριβή. Inferiae mense Februario factae ex more Graecorum. καίειν de frigore. καύματα, caumata. ἀποκαύματα, pedum perniones. Nix calida quibusdam.

Transit Cynulcus, misso facto Ulpiano, ad similem Pompejani Philadelphensis criminationem, cui hoc tribuit p. 190. elogium: ἄνθρωπος ἐκ ἀπάνεργος, ὀνοματοθήρας δὲ καὶ αὐτός. Id est: homo industrius, sed verborum etiam ipse captator. ἐκ ἀπάνεργος valet πάνεργος, solers et industrius: nam ea vox interdum in bonam partem accipitur. ὀνοματοθήρας dicitur, cuius omne studium in vocularum observationibus positum. Philo Jud. de Essenis loquens: Φιλοσοφίας τὸ λογικὸν ὡς ἐκ ἀναγκαστικῶν εἰς κτήσιον ἀρετῆς λογοθήραις ἀπολείπασιν. Idem significat θηρολέξης, ut explicat Hesychius. Leges apud A. Gellium λέξεις τηρεῖ I. II.: Nimis minute ac prope etiam subfrigide Plutarchus in Epicuro accusando λέξεις τηρεῖ. Gravius sonat λεξιθήρ apud Eriphanium: sic enim solet appellare eum, qui undique ex sacris literis vocularum aucupatur ad sui dogmatis confirmationem. Ut I. II. contra Arrianos: προπηθή-





σαντες τοίνυν οἱ λεξιθῆρες εὐθύς. Et paulo post: περι-  
λείπετο δὲ τοῖς λεξιθῆρεσι τὸ τῆ ἀγίας πνεύματος πρέσω-  
πον. Et λεξιθῆρεῖν saepe apud eundem magnum scripto-  
rem. Hujus igitur Pompejani ineptias videamus. De  
illis, βλαύτας ἀφορήτας et ἐφεσρίδα ἀχρησον, dictum jam  
super. cap. Addit: ἐγὼ γὰρ ὑποδησάμενος τὸν πώγωνα  
προσάγωρεύσω τὰς ἐτάλρας. Videtur fuisse moris, ut, qui  
promissam barbam alerent, eam nodo adstringerent, aut  
nescio quomodo vincientes componerent: quod hodieque  
facere multos videas. Hanc barbae δέσιν Pompejanus in-  
telligit: qui tamen, ut inepte usus in ea re verbo ὑπο-  
δεῖσθαι, βαρβχρισμῆ reus peragitur a Cynulco. Sic acci-  
piebam apud Lucianum verba Lexiphanis: ἐγὼ μὲν ὑπο-  
δησάμενος ἐξούων τὴν κεφαλὴν ὀδοντῇ ξύστρα· nisi ta-  
men ὑποδησάμενος significat ibi involuvis humeris uniceo.  
Ita enim fieri amat. quoties aut caput pectimus, aut ope-  
ram tonsori damus. Plautus Captivis: *Ne id quidem in-  
volucra injicere voluit, vestem ut ne inquinet.* Graecis  
ὠμόλινον, ut Pollux adnotat. ὀδοντῇ ξύστρα, *dentata  
strigil*, ridicula periphraasis pectinis. Caeterum qualis  
ista fuerit barbae δέσις, nondum didici ex lectione vete-  
rum. Nam περιδεῖσθαι πώγωνας in Concionantibus diver-  
so plane sensu mulieres dicuntur, quae ut viros mentian-  
tur, imberbe mentum adscititia barba sibi vestiunt. Per-  
gamus: ὀπτὸς γὰρ ἐσι μοι τάριχος. κόμιζε δὲ τῆ ἐλαίε  
τὴν λήκυθον. *Est mihi assum salsamentum. Tu vero affer  
mibi olei ampullam.* Nihil est in his verbis, quod prima  
facie cujusquam eruditas aures jure offendat. Nam quod  
arbitrantur interpretes, ἐλαίε λήκυθον inepte dici, tam  
falluntur judicii, quam faciunt imperite, cum vertunt  
trullam. Non poterant absurdius. Caeterum σλεγγίς καὶ  
λήκυθος, *strigil et ampulla*, adeo nota suppellex est bali-  
neas petentium in omnibus Graecis Latinisque scriptori-  
bus, ut admonuisse pudeat. Sic autem accipio hic quoque τῆ  
ἐλαίε λήκυθον. Quare etiam praecedentia verba, ὀπτὸς  
γὰρ ἐσι μοι τάριχος, interpretor de cute squallida et illuvie  
deformata, quae insulsa translatione appellatur *assatum  
salsamentum*. Lexiphanes hoc dixit: καιρός ἐσι χρεῖσθαι  
τὸ ἡλιοκαές. Subjicit Cynulcus: πρότερον γὰρ συντριβη-  
σόμεθον, *prius enim ambo defricabimur.* Hoc quidem Pom- p. 191.  
pejanus voluit, sed verbo usus est et alieno et inominato.  
ξύεσθαι et τρίβεσθαι Graeci hoc dicunt. At συντρίβεσθαι  
idem est, ac Latinis *conteri*. Quid sit discriminis inter  
συντρίβειν et τρίβειν vel ἐκτρίβειν, nemo ignorat linguāe



hujus non imperitissimus. Levitici c. VI. 28. interpretatione τῶν LXX, ut putant: σκεῦος ὀσρέκινον, ἔάν ἐψηθῆ ἐν αὐτῷ, συντριβήσεται· ἐάν δὲ ἐν σκεύει χαλκῷ ἐψηθῆ, ἐκτρίψει αὐτὸ καὶ κλύσει ὕδατι. *Vas testaceum, in quo fuerit coctum, συντριβήσεται, confringetur: sin autem in aereo vase coxerit, ἐκτρίψει, detergebite illud, et aqua abluet.* Inde συντριβή, calamitas. Basilius: ὅταν σοι προσέλθῃ ἀδικηθεῖς, μὴ περιίδῃς αὐτῆ τὴν συντριβήν. Jure ergo irridi doctis, qui de balneorum frictionibus loquentes eo verbo usi, ut Pompejanus hic et Lucianus Lexiphanes: εἶτα συντριβέντες, καὶ ἀλλήλας κατανωτισάμενοι, καὶ ἐπαίξαντες τῷ γυμνασίῳ. Quod sequitur de mensis Februarii appellatione et inferiis, quae eo mense dabantur manibus defunctorum, ex Latinis scriptoribus et Plutarcho nemo hodie nescit. Id vero institutum a Graecis manasse ad Romanos, paucis fortasse notum est. Observamus tamen nos, in diversis Graecorum urbibus eadem sacra eodem tempore solita celebrari. De Atheniensibus testis Hefychius. Μιαραὶ ἡμέραι, inquit, τῆ ἀνθρηριῶνος μηνός, ἐν αἷς τὰς ψυχὰς τῶν κατοικομένων ἀνιέναι ἐδόκην. Anthesterion inter menses Atticos Februarii Romani et Martii partem complectitur. Similiter Apolloniatas mense Anthesterione solitos τὰ νόμιμα συντελεῖν τοῖς τελευτήσασιν, scribit Athenaeus l. VIII. Porro quae hic de expiationibus mortuorum dicuntur, non alio spectant, quam ut totius anni frigidissimos fuisse illos dies sciamus. Ideo ait: ἐν ᾧ τῆ χειμῶνός ἐσι τὸ ἀκμαιότατον. Cum igitur haec anni tempestas esset, hic coeli status, tamen ita loquitur Pompejanus: ἐν εἶδες με πολλῶν ἡμερῶν διὰ τὰ καύματα. *Plures sunt dies, cum non vidisti me propter caumata.* Quid appellat caumata? Non sane, quod somniavit Dalecampius, cujus subtile commentum profusum est a vero alienum. *Caumata* Graeci Latinique auctores dies anni ferventissimos nominant. καίσει enim *vere* est. Infra h. l.: κραταιῶ καύματος ὥραν, *validi aestus tempore.* L. XIV.: τὰ περισκελῆ καύματα, *difficillimi ad tolerandum ardores.* Clemens: ἐπιθάρζεν ὥρα καύματος θέρμενος ἡλίῳ. Hieronymus ad III. cap. Isaiae: *dicuntur Graece θέρμερα ab eo, quod ἐν θέρει, hoc est, in aestate, a caumate corpora protegant foeminarum.* Sed putidum est, pluribus id velle probare, de quo nemo potest dubitare sanus. Insaniam igitur illorum potius notemus, qui contrariam ἐν δεικνύειν significationem huic nomini attribuerunt. Non enim solus Pompejanus hoc morbo laboravit. Lu-



tiani Lexiphanes: ἐκείνης διαφῆναι, τῆ τε κρύε ἐνεα, καὶ  
 ὅτι καύματα· οἶσθα γὰρ, ὡς ἐν κρύει σφοδρῶ γίνεται τὰ  
 καύματα. Nunc erroris hujus fontem aperiamus. Calor  
 et frigus etsi contraria sunt. diversis tamen viribus eisdem  
 effectus edunt in corporibus animalium. germinibus. flo-  
 ribus; fructibus et aliis. Flacciditas primum exhausto p.192.  
 succo aut corrupto; deinde ariditas, casus etiam saepe,  
 postremo color ater. Frigoris enim vehementia natura-  
 lem calorem intus compellentē; fit illa, quae Aristoteli  
 et Theophrasto dicitur ἀντιπερίσσεια, Galeno ἐπανύκλησις,  
 recentiorum nonnullis *circumobstantia*. Et caloris et fri-  
 goris effectum eadem voce, καλεῖν, urere, Graeci Latini-  
 que scriptores expresserunt. Nam *frigus urere* aut *urere*  
 dixerunt Aristoteles, Theophrastus, Xenophon, Virgi-  
 lius, Plinius, Lucanus, nemo non. Proprie tamen κα-  
 εἶν ignis est: qui autem τὰ ψύχη καλεῖν dicunt, eos ἐν  
 ἀληθείᾳ λέγειν, pronunciat Theophrastus l. de igne. Nesci-  
 vere harum locutionum diversam esse rationem isti impe-  
 riti. qui summum frigus καύμα censuerunt tam bene posse  
 dici, quam recte effectus ejus καύσις appellatur. Hinc  
 etiam aliorum stulta manavit sententia, nivem calidam  
 esse affirmantium, quia dicitur *pedes urere*. Et pedum  
 perniones ἀποκαύματα. Nam ita vocavit recentior Grae-  
 cia, quae vetustiores χίμετρα, auctore Suida. Galenus de  
 fac. simpl. med. testis hujus vesaniae. rem sibi fuisse scri-  
 bens cum homine, cui ita videretur. Apponam illius  
 verba, quia sunt elegantissima: παραπλήσιον ποιεῖσι τῷ λέ-  
 γοντι τὴν χιόνα τῷ πυρὶ τὴν αὐτὴν αἰσθησὶν ἐργάζεσθαι.  
 καὶ τις ὑπὸ συνηθείας τῆς εἰς τοσούτον ἀλλοκότη χρήσεως  
 τῶν ὀνομάτων ἔφη μοι ποτε, μηδὲν καλεῖν φάναι, τὴν  
 αὐτὴν ἔχειν ποιότητά τε καὶ δύναμιν τῷ πυρὶ τὴν χιόνα·  
 καὶ γὰρ καὶ ταύτην ὠφθαί πολλάκις ἀποκαίεσαν τὰς πόδας  
 τῶν δι' αὐτῆς ἐπὶ πολὺ βαδισάντων. τῶν μέντοι τοιούτων  
 ἀνθρώπων ἔσμι κρῆ χρόνῳ χρεῖα τὸν ῥύπον ἀποκαθῆραι  
 τῆς ψυχῆς. Legant ista et similia his sexcenta in summi  
 illius viri scriptis, quibus persuasum est, perire studiis  
 sapientiae, quicquid temporis impenditur studio lingua-  
 rum. Sed hunc errorem ἐπιδήμιον alibi satis castigavi-  
 mus.



## CAPUT VICESIMUM.

*Natales Minervae. Pallas ἀλέκτωρ. Ἡλεκτραὶ  
ἀλεκτρος. ἄδικος ἡμέρα. ἡ τῆτες ἡμέρα. Θεω-  
ρὸς ἄχρητος. ἀρχὴ ἀνυπόστατος, potentatus  
intolerandus. Miliarium, ἵππολέβης. μέναιδρος,  
virgo. μενεκράτης, columna. Βαλάντιον, ja-  
culum. μυσηρία, murium latibula. Uranopolis  
Macedoniae. Heraclides Lembus. ὀρθροβόας,  
βροτοκέρτης. μάρκος, μάρκων. Opera male po-  
sita in nugis. Alia quaedam observata.*


**A**ddit Cynulcus: τῆς δὲ τῶν Παναθηναίων ἑορτῆς ἐπιτε-  
λεμένης, δι' ἣν καὶ τὰ δικασήρια ἔσυνάγεται, ἔφη· Γε-  
γενέθλιός ἐστι τῆς ἀλέκτορος Ἀθηναίας, καὶ ἄδικος ἡ τῆτες  
ἡμέρα. *Cum celebrarentur Quinquatria, essetque propterea  
justitium, dixit Pompejanus: Natalis est innuptae Minervae,  
et hic dies nefastus est.* Rem gestam Romae narrat auctor.  
Itaque Παναθηναίων ἑορτὴ festum est Quinquatriorum Ro-  
manorum, non Panathenaeorum Atheniensium: ejus so-  
lemnitatis prima dies censebatur Minervae γενέθλιος. Ovi-  
dius: *Sanguine prima vacat: nec fas concurrere ferio:  
Causa, quod est illa nata Minerva die.* Palladem vocat  
ἀλέκτορα, hoc est, ἀειπαρθένον, *semper virginem.* Sic  
Electram volunt dictam quasi ἄλεκτρον aut ἀλέκτορα· quo  
allusum maligno animo ab Helena isto versu in Euripidis  
Oreste: Παρθένε, μακρὸν δὴ μῆκος Ἡλέκτρα χρόνος. *O vir-  
go, vere Electra quae manes diu.* Hoc primum notandum  
in Pompejani verbis ut καινὸν et κενόν. Simul alterum  
non minus insolens: ἄδικος ἡμέρα, *dies nefastus, justitium.*  
Lexiphanes etiam insolentius: ἦν μὲν γὰρ ἄδικος ἡμέρα  
καὶ ἄλογος. Tertium prioribus par et simile: ἡ τῆτες ἡμέρα  
pro *dies hodiernus.* Nam τῆτες de praesente anno dicitur,  
non de hodierna die. Subjicitur: ἐκάλεσε δὲ ποτε καὶ  
τὸν ἐκ Δελφῶν ἐπανελθόντα ἡμῶν ἑταῖρον, εἰδὲν αὐτῷ  
χρήσαντος τῷ Θεῷ, ἄχρησον. *Sodalem nostrum Delphis  
aliquando reversum, cum ei nullum responsum deus dedisset,  
vocavit ἄχρησον.* Voluit dicere ἀπρακτον· sic enim solent  
Graeci auctores loqui. Fortasse et ἀχρημάτισον licet.  
Sequens nota controversi juris est: Θαυμασὴ δ' ἡ Ῥωμαί-  
ων ἀρχὴ ἡ ἀνυπόστατος. *Mirandum est Romanorum impra-  
rium, cujus vim et impetum nemo sustineat.* Athenaeo



non probatur, hac notione usurpari vocem ἀνυπόσατος. Non desunt magni scriptores, quorum iudicia censurae Athenaei opponamus. Ita enim saepe usurpant Demosthenes, Polybius, Diodorus Siculus et Dionysius Halicarnassensis, scriptorum censor severissimus verborumque diligentissimus. Verba illius sunt l. IX.: εἰ γὰρ ἀκουστέον ἂν ἐδόκουν ἀποθανεῖν Σίικιον, ἄνδρα καὶ βίωμην καὶ ψυχὴν ἀνυπόσατον. Vertere potes intolerandus. Quomodo dixit Justinus: *Caeterum intolerandi forent, si, quantus bis impetus est, vis tanta et perseverantia esset. Vel insustentabilis.* Lactantius l. VII. c. 17.: *Hic insustentabili dominatione vexabit orbem.* Athenaeus, auctor libelli de mach. bell., in descriptione arietariae testudinis: ἀτινα φερόμενα διὰ τῶν ἐξ αὐτῶν παλμῶν ἀνυπόσατον ποιῶνται τὴν βίαν. In altera tamen significatione usitatus hoc nomen. Glossarii auctor cum deipnosophista eam solam agnoscit: ἀνυπόσατος, τὸ μὴ ὑφεσὸς, sine substantia. Didymus, sive quis est alius auctor libelli de proverbiiis: Ὅντα πόκις ζητεῖς ἐπὶ τῶν ἀνυπόσατα ζητούντων. Etiam Hieronymus, vir longe doctissimus, ambiguum esse apud Graecos hoc vocabulum fatetur. Postea reprehenditur Pompejanus, quod vas calefaciendae aquae parari solitum Romae, miliarium appellatum, Graece nuncuparet ἰπυολέβητα. Miliarium in Glossario vertitur θερμηρόν· quae vox corrupta non est, ut docti putant, sed subaudiendum ἄγγος, et ita accipiendum, ut cum ait Hesychius, κελέβην esse ποτηρὸς εἶδος θερμηρῶ. Ut non videatur necessaria eorum conjectura, qui θερμητρον emendant. Vocem ἰπυολέβης damnat et Lucianus. Facit enim Lexiphaneum ita loqui: ὁ μέντοι ἰπυολέβης ὑπερπαφλάζων εἰς κεφαλὴν ἡμῶν ἐπέτρεπε τὰς ἀνδρακας. De hoc genere vasorum, in quibus aquam calefaciebant, quaedam adnotabamus ad Theophrasti Characteres c. de impudentia. A Pompejano p. 194. transitur ad Dionysium tyrannum: quem narrat auctor etiam in verba saevitiam suam extendisse, et novas significationes multis illorum attribuisse. Virginem, inquit, vocabat μένανδρον, ὅτι μένει τὸν ἄνδρα, quia virum expectat. Columnam μενεκράτην vel μενεκράτη, ὅτι μένει καὶ κρατεῖ, quia manet, neque loco movetur, eademque κρατεῖ, id est, continet sive sustinet aedificium. Jaculum βαλάντιον, ὅτι ἐναντίον βάλλεται, quia contra jacitur, id est, in hostes, qui sunt e regione. Vana est, quam asserunt, distinctio, quasi βαλάντιον cum unico λ crumenam significet, cum duobus jaculum. Meliores libri hic



unum λ agnoscunt. Et in glossographorum commentariis  
 ita scriptum: βαλάντιον τὸ ἀκόντιον, διὰ τὸ βάλλειν τοὺς  
 ἐναντίους. Quae illorum observatio paene persuadet mihi,  
 etiam alios, praeterquam Siculum tyrannum, βαλάντιον  
 pro jaculo usurpasse. Murium latibula vel, ut vocat  
 Plautus, cubilia μυσηρία, ὅτι τοὺς μῦς τηρεῖ, quia in illis  
 posita murium salus. Sed legendum est ex epitoma: καὶ  
 τὰς τῶν μῦν διεκδύσεις, non δ' ἐκδύσεις. Uranopolis ab  
 Alexarcho rege condita ea est, cujus Plinius meminit in  
 descriptione Macedoniae. Heraclides Calatianus, histo-  
 riarum conditor, unde Lembis cognomen invenerit, fru-  
 stra fatagunt hodie docti post Diogenem Laërtium, quem  
 potius consule in Heraclide Pontico. ὄρθροβόαν scriben-  
 dum, non ὄρθροβόαν. Significant prope idem ἀλεκτρῶν  
 et ὄρθροβόας. Scribe etiam, ut est editum et habent MSS.,  
 βροτοκέρτην, non autem βροτοκέρην. Alius dixisset βρο-  
 τοκάρτην. Initio epistolae Alexarchi μάρμων legitur in  
 Vindelicianis excerptis pro μάρμων. Videtur correctio-  
 ni favere, quod in Glossis Hesychii scriptum est: Μάρμος,  
 ἐπιτολή. Nam inde μάρμων, imperator, rex. Sed cum fa-  
 teatur Athenacus, ita obscuram esse hanc epistolam, ut  
 ne Apollo quidem illam possit intelligere, morari ista  
 nos non debent. Major temporis, rei preciosissimae, ha-  
 benda ratio est, quam ut ejus jacturam in his molestis  
 nugis facere velimus. Interpretes conatos esse ista ver-  
 tere, demiror equidem. Nam quid est operam ludere, si  
 hoc non est? Fecissent consultius multo, si, quem labo-  
 rem vanissimi hominis epistolae, quam nemo queat in-  
 telligere, impenderunt, in aliis consumpsissent facilibus  
 ad intelligendum, quae ipsis tamen haudquaquam sunt in-  
 tellecta, saepe etiam mutata perperam. Ut cum hoc ipso  
 loco, καὶ τοῖς Κασσανδρέων δὲ ἄρχοις τοιαῦτά ποτ' ἐπέ-  
 σειλε, rescribit Dalecamp. Κασσάνδρα, et ἄρχοντας vertit  
 duces. Sane quam incogitanter. Certum est, epistolam  
 missam fuisse magistratibus Cassandrensiū. Cassandrea  
 oppidi Macedonici nomen omnibus notum. Sequuntur  
 Antiphaniis jocosī versus de discrimine, quod statuunt  
 philosophi inter εἶναι et γίνεσθαι. Multa Plato super ea  
 re in Protagora. Sed turbant nonnihil prima verba An-  
 tiph., quae propterea epitomae confector more suo prae-  
 termisit isto loco: Ἐν τῷ Λυσιῶ μετὰ σοφιστῶν, ἢ διαλέ-  
 πτων, ἀσίτων, συνήλων λέγουσ', ὅτι. Vocem διαλέπτων di-  
 vilius metri gratia, ut saepe in comicis, διάλεπτος, per-  
 tenuis, proba vox et Aristophanica. Dalec. emendabat



διαλεκτικῶν. *Invitus ab optimo viro toties dissentirem, ni me id invitet ut faciam fides.* Non enim possumus ullo modo ei assentiri, refragante lege metri. Sed illa disjunctiva ἢ ante διαλέπτων cedo quo pertineat. Sine dubio vera est conjectura nostra de isto versu, quem ita censemus emendandum: Ἐν τῷ Λυκείῳ μετὰ σοφιστῶν, νῆ Δία, Λεπτ. Corruptelae hujus causa et origo patet. Septimum a fine versum ita scribe: Οὐκ ἔστιν ὅτε περ γέγονεν, ὅτε μὴ γέγονέ πω. In excerptis posterius hemistichium istius versus et prius sequentis non leguntur. In extremo consule versui et scribe: εἰδ' ἂν ὦ πόλλων μάθοι.

## CAPUT VICESIMUM PRIMUM.

Ἄριστονικον κράτος. λυσανίας κακῶν. ὁ θυμὸς ἦν ἀμυνίας. ἀντήνωρ σποδός. ἔκτωρ *Jupiter*, et ἀρίσαρχος. ἔκτωρ χαίτης κεκρύφαλος. ἔκτοτορες, *anchorae*. ἄμφισ οἶνος. *Lens* δημόκριτος. *Jupiter* Ἀγαμέμνων *Spartae dedicatus*. Ἥγεσίλαος. *Aspis* ἰοχέαιρα. τροχοπέδη, *sufflamen*. ἰσχάδες, *anchorae*. *Samus* ἀπορρώξ *Atheniensium*. γυνὴ ἀκάθαρτος. κυνοφόντις ἐορτή. χορτάζουσαι. *Sophili* Φύλαρχος. κοιλιοδαίμων, κοιλιόδελος, ὀλβιογάτωρ. *Callimedon* ὁ Κάραβος. διεκπαίειν.

L. X. inter griphorum species ponitur haec: τὸ ῥήματα λέγειν ἀνθρώπων ὀνόμασιν ὁμοία. *Verbis uti, quae similia propriis sint virorum nominibus.* Exemplum ibi affertur: Λαβῶν ἀριστονικον ἐν μάχῃ κράτος. *Referens e pugna clarissimae victoriae praemium.* ἀριστονικον κράτος periphrasis est νίκης. Alibi proprium nomen hominis Aristonicus. Eadem ratio est illorum, quae isto loco ex Simonide, Aeschylo ac Nicandro affert Athenaeus. Similiter etiam in comici Nebulis Philippides dicitur Strepfiadi λυσανίας πατρῶων μεγάλων κακῶν. Ubi scribit eruditissimus scholiastes, sic de industria locutum poetam, ut Sophoclem irrideret, qui vocibus νικομάχας, παυσανίας et ἀτρείδας effret usus hoc modo. Sed et in Equitibus dixit idem comicus: ἀλλ' ὁ θυμὸς εὐθύς ἦν ἀμυνίας. *Statim fuit illi*



*animus ad defensionem sui paratus.* Cum proprium sit Amynias, non minus quam Lysanias. In Aeschyli Agamemnone ἀντήνωρ σποδός cinis ille dicitur, qui vivi hominis loco domum mittebatur e Troja. Sic ἔκτωρ apud Sapphonem Jovis est epithetum, ut in Simonide Ζεὺς ἀρίσαρχος. Aliis ἔκτωρ dictus est paxillus, qui temonem continet: nonnullis calanticae vel reticuli epithetum. Hesychius: ἔκτορες, πάσσαλοι ἐν ῥυμῶ. Σαπφῶ δὲ τὸν Δία. Λεωνίδης δὲ τὸν προκύφαντον. Postrema significatio facit ad versum hunc epigrammatici poetae: Πορφύρεον χαλτης ἔκτορα κερύφαλον. Lycophroni ἔκτορες sunt anchorae: Πεύκης ὀδόντας ἔκτορας πλημμυρίδος. Lucianus Lexiphanes hoc imitari in quotidianis sermonibus non erubescibat. Ait enim: ἔκτορας τινὰς ἀμφισόμους καὶ ἰσχυράς σιδηρᾶς ἀφείς. Videtur et ἀμφις οἶνος, cujus mentio facta l. I., is esse, quem ἀμφικλεῆ appellat alii: vinum dubium sive ancipitis existimationis. Est vero Amphis nomen κύριον. Simile est etiam l. II. in Lycophronis versu δημόκριτος Φακῆ, lens plebi grata. Si modo δημόκοινος scribendum non est, quod nos censemus, ut ibi diximus c. 14. Lacedaemone colebatur olim Ἀγαμέμνων Ζεὺς. Potest videri ita dictus Jupiter ἀγαμέμνων a Spartanis, ut a Sapphone appellatus est ἔκτωρ, a Simonide ἀρίσαρχος. Tamen aliter pii patres acceperunt, qui Agamemnonem mortalem Jovis cognomine pro deo habitum et cultum fuisse Sparta hoc argumento probant. Athenagoras in apolog. orat.: ὁ Ἰλιεύς θεὸν Ἐκτορα λέγει, ὃ δὲ Λακεδαιμόνιος Ἀγαμέμνονα Δία σέβει. Verum ad Cynulcum redeamus. Memini, inquit, Aeschylo dictum orcum ἀγησίλαον, hoc est, *ducem populorum*. Callimachus: Καὶ μόνος, εὔτε θάνη, πεπνυμένος ἐν νεύεσσι φοιτάσει, μεγάλῳ τίμιος Ἀγεσίλα. Ita accipiendum l. XV. in Nicandri versu, ubi tenebrae magnae interpretibus: Σαύρη δ', ἢ χθονίς πέφαται σέφος Ἠγεσίλας. Nicander, addit Cynulcus, aspidem vocavit ἰσχεάιραν, hoc est, *veneno gaudentem, vel fundentem venenum*. Id nomen Dianae quasi proprium est, ut: Οἷη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' ἔρεος ἰσχεάιρα. Sed tunc aliud significat: *fundens sagittas, vel sagittis gaudens*. Sequitur: Πλάτων ἐν τῷ Πολιτικῷ. Interpretes: Plato in libris de republica. Falsissimum hoc: nam locus sumptus est e singulari dialogo, cui nomen Politico. In eo libro scriptum: τῆς τῶν ἀγελαίων τροφῆς ἔσι μὲν ἔνυδρον, ἔσι δὲ καὶ ἔρηροβατικόν. Herodes Atticus, quem facit Athenaeus auctorem vocis τροχοπέδη, non





multo fuit illo grandior: vixit enim M. Antonino philo-  
 pho imperante, ipse clarissimus, ut narrat Philostratus  
 l. II. de vitis sophistarum. Primus ergo Herodes τροχο-  
 πέδην nominavit lignum, quo rotarum impetum in decli-  
 vibus locis aurigae cohibent. Alii ἐποχλέα vocarunt:  
 Latini *sufflumen*. Glossarii auctor in ejus vocis interpre-  
 tatione eleganter τροχῶν ἀγκύριον. Minus placet, quod  
 subjungit idem grammaticus: βοήθεια, κέφισμα ἀμάξης.  
 Non semel alibi observavi, laborare interdum Graecos in  
 Latinis dictionibus exprimendis. Ejusmodi haec est.  
 Nam verbo *sufflamino*, quo usus Augustus, cum dixit,  
*Haterius noster sufflaminandus est: ita videtur non currere,*  
*sed decurrere*, parem in tota Graecia non reperias. ἰσχυά-  
 δας pro anchoris etiam Lexiphanes Luciani posuit, cujus  
 verba paulo ante recitavimus. Demadis oratoris, (vel,  
 ut Aristoteli et Plutarcho placet, Periclis) dictum, Ae-  
 ginam esse λήμην τῆς Πειραιῶς, ad Strabonis l. IX. olim  
 exposuimus. Samum idem orator vocavit ἀπορρώγα τῆς  
 πόλεως. Nihil hic mutationis opus. Samum missa fue-  
 rat Atheniensium colonia. Hanc vocat ἀπορρώγα Atheni-  
 ensium, quasi avulsum a corpore suo partem. Redit tan-  
 dem Cynulcus ad Pompejanum. De illo enim videtur p.197  
 sentire, cum ait: ὁ δ' ὀνοματοθήρας ἔτος σοφισῆς ἀνά-  
 θαρτον ἔφη γυναῖκα, ἧς ἐπεσχημένα ἦν τὰ γυναικεῖα. Grae-  
 cis medicis καθάρσεις appellantur mulierum menses, quo-  
 rum suppressio ἀκαθάρσις dicitur Hippocrati non semel.  
 Inde igitur ἀκάθαρτος. Quod tamen usu probatum non  
 esse, declarat haec Athenaei censura. κυνοφόντιν ἑορτήν,  
 cujus meminit Ulpianus Cynulco respondens non sine sto-  
 macho, non memini alibi legere. Videntur Argivi fe-  
 stum Cynophontin, vel potius Κυνοφόντια (uti legi ma-  
 lim), instituisse pacandae Dianae, cum sacros illi canes  
 occiderent sub caniculae exortum: quo maxime tempore  
 id animal rabiosum metuit fieri. Versum Cratini sic lege:  
 Ἦσθε πανημέριος χορταζόμενος γάλα λευκόν. De voce  
 χορτάζεσθαι ita habe. Proprie jumentis hoc verbum con-  
 venit, quorum pabulum Graecis dicitur χόρτος, *fenum*.  
 Inde χορτάζειν βῆς apud Hesiodum. Deinde ad alia trans-  
 latum est animalia: ut apud Platonem χορτάζειν ὄων πό-  
 λιν. Tandem etiam de hominibus dici cepit. Praeter  
 exempla ab Athenaeo allata habes alia apud Polluc. l. VI.  
 c. 8. Et ita in Evangelio aliquot locis. Priscianus l. XVIII.:  
 Graeci dicunt χορτάζω σὲ ἄρτω, et χορτάζω σὲ ἄρτον. In  
 Sophocleo versu malim: Ὁν τοῖσι παγχόρτοισιν ἐξενίζῃ.



μβν. Sophili comoedia Φύλαρχος alibi inscribitur Φίλαρ-  
 χος, et ita etiam Suidas. Verba illius ita distinguimus:  
 — γασρισμός ἔσαι δαψιλῆς, τὰ προοίμι' ὡς ἐρῶ δὲ χορ-  
 τασθήσομαι. Hesiodi versus, qui mox indicatur, hic est:  
 Μηδ' ἀναβάλλεσθαι εἰς τ' αὔριον εἰς τ' ἔννηφι. Ulpiani  
 de voce κοιλιοδαίμων sunt verba: Εὐπολις τὰς κόλακας ἐν τῷ  
 ὁμωνύμῳ δράματι ἔτω κέκληκεν. Eupolidis drama Κόλακας  
 laudantur passim ab antiquis. In ea fabula eleganter  
 poëta appellavit parasitos κοιλιοδαίμονας: quorum nempe  
 deus venter est, et, ut loquitur Paulus Apostolus, ὡν ὁ  
 θεὸς ἡ κοιλία. Vetus scriptor anonymus historiae Roma-  
 nae: Ἰένιος ὄνομα, εἰς τὴν ἰππάδα τελῶν, καὶ φαγεῖν ζῶν,  
 (scribo καὶ πρὸς τὸ φαγεῖν ζῶν) συνήθησ ἦν τοῖς ὑπά-  
 τοις, κοιλιοδαίμων τε καὶ ταγηνομισσοθήρας. Simile est  
 κοιλιόδελος apud Palladium in vita Marci abbatis: et in  
 his libris alibi ὀλβιογάσων. Clemens Alex. de hoc genere  
 hominum: καὶ μοι δοκεῖ ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος ἔδεν ἄλλ' ἢ  
 γυάθος εἶναι. Idem scriptor eruditissimus Eupolidis hoc  
 verbum nove usurpavit pro daemone, ganeonum praefi-  
 de. Sic enim scribit in II. Paedag.: τῶν δὲ ἀμφὶ τὰς  
 φλεγμαινέσας, κυπταζόντων τραπέζας, τὰ σφέτερα τιθη-  
 ναιμένων πάθη, δαίμων καθηγεῖται λιχνότατος: ὃν ἔγωγε  
 ἐπὶ ἄν ἀσχυρταίην κοιλιοδαίμονα προσειπεῖν καὶ δαιμόνων  
 κάκισον. De Callimedonte Carabo plura Athenaeus et h.  
 I. et aliis quoque. Nam quoties idem ab illo repetitur?  
 Plutarchus in Phocione: σιωπῶντος δ' ἐκείνου καὶ διαμέλλον-  
 τος, ἀναπηδήσαντα Καλλιμέδοντα τὸν Κάραβον, ἄνδρα  
 δρασὺν καὶ μισόδημον, εἰπεῖν. Alexidis postremus versus,  
 mutilus in omnibus exemplaribus, simili modo expleri  
 p. 198. possit recte: Ὑπὲρ δὲ μήτρας Καλλιμέδων ὁ Κάραβος  
 Ἐφθῆς ἴσως προσιετ' ἂν ὁ τάλας ἀποθανεῖν. Pro patria,  
 inquit, omnes parati sunt mori: pro matrice sive vulva  
 cocta Callimedo Carabus etiam mortem oppetere fortasse sus-  
 tineat. Fabulam inscriptam Ἰσοριογράφος Dalecampius  
 Amphicli nescio cui tribuit, perturbatis Athenaei verbis,  
 quae non sunt obscura: et pro διεξέπαιον legit διεκπαί-  
 ζων, quod interpretatur διαπαίζων. Emendatio prava:  
 interpretatio falsa. Sic lego: — τὴν σοῦν Διεξέπαιεν Ἀμ-  
 Φικλῆς, μήτρας δύο Κρεαυμένας Δείξας, ἐκείνον πέμπε,  
 Φησὶν, ἐὰν ἴδης. Irrupit per porticum Amphicles, et osten-  
 sis sodali cuidam suo vulvis duabus, quas gestabat, illum,  
 quem nosti, ait, mitte ad me, si viderit. διεκπαίειν est vi  
 sibi viam facere per aliquem locum. Sic διεκπαίσασθαι  
 τὰς θύρας apud Dionysium Halic. Frequens verbum hi-



storicis, alibi nobis expositum. *Κρεμαμένας* pars versus est, cujus caetera verba, ut ad sententiam non necessaria, auctor suo more praetermisit. Simillimum est in Characteribus Theophrasti c. de rusticitate *κομίσασθαι ἀπὸ τῆ βραχίλιος τῆς ταρίχης*. Quae ibi scripsimus, vocem *κρεμαμένας* nobis hoc loco explicant.

## CAPUT VICESIMUM SECUNDUM.

*Antiphanis versus de variis rebus Cyrenensium. Cyrenenses aurigatores. Silphium Cyrenaicum. Coria Africana. Agri Cyrenaici βενοί. μασοί. Vulva ἐκβολαῖς et ἐκτομίς. δηξίδυμος ὀξάλμη. ἔδω pro ἔδω. πλακῆς ὑβριζῆς. Atticae placentae.*

Plurimus olim laserpitii usus fuit in paratura ciborum inter condimenta. Testimonio sunt innumeri veterum scriptorum loci, ubi *σιλφίς* mentio fit et *ὄπῃ*. Tanta enim plantae hujus aestimatio fuit, ut generalem vocem *ὄπος* propriam sibi fecerit ob singularem praestantiam. Ac licet multis Graeciae, Syriae Mediaeque locis silphium nasceretur, unde succus exprimebatur in usus meniarum, omnibus tamen praestabat longe succus ille, qui e regno Cyrenaico in Graeciam deferebatur. Hic igitur, ut omnium optimus et praestantissimus, *ὄπος* Graecis scriptoribus dictus. De eo scribit auctor: *τῆ δὲ ὄπῃ μέμνηται Ἀντιφάνης ἐν Δυσέρωσι, περὶ Κυρήνης τὸν λόγον ποιόμενος*. — *ἐκεῖσε δ' ἐκπλέω, "Ὄθεν διεσπασθήμεν ἐρῶσθαι λέγων, "Ἀπασιν ἵπποις, σιλφίω, συνωρίσι, Καυλῶ, κέλῃσι, μασοῖς, πυρετοῖς, ὀποῖς.* Antiphanis fabula, nisi fallor, *Δυσέρως* inscripta erat, non *Δυσέρωτες*. Prima comici verba ita distingui debent: — *ἐκεῖσε δ' ἐκπλέω, "Ὄθεν διεσπασθήμεν· ἐρῶσθαι λέγων "Ἀπασιν ἵπποις, etc.* Haec aliquis loquebatur, quem vis major Cyrenen detulerat, unde pedem referens et navigationem in patriam instituens, *Ego, ait, illuc navigio contendo hinc abiens, p.199. unde sumus divulsi: longum vale dicens omnibus equis, et caeteris rebus universis, quibus abundat regio Cyrenaica. In enumeratione mercium Cyrenaicarum res diversissimas poeta conjungit, conjunctissimas separat. Nam ἵπποι, συνωρίδες, κέλῃτες ejusdem generis, pertinentque ad rem*



equestrem ac curulem. Cyrenenses equitandi et aufi-  
 gandi peritia olim nobilitabat. Ideo Pindarus εὐίππου  
 Cyrenen vocat in oda ad Arcefilaum Cyrenaeum. Enar-  
 rator ibi: τὴν Κυρήνην εὐίππου εἶπεν, ἐν ἐκ τῶ παρατυ-  
 χόντος, ἀλλ' ὅτι Ποσειδῶν τὰς Λίβυας διδάξειε τὴν τῶν  
 ἀρμάτων κατὰ ζευξίν. Inde Barcaei currus Graecorum li-  
 teris celebrati, ut Sophoclis in Electra, et aliorum. τῆς  
 Κυρηναίων ἀρμακτηλασίας meminit et Xenophon VI. Paed.  
 et Lucianus in enc. Demosth. Quin adeo frequentatus  
 in illa gente curruum usus, ut etiam intra urbis pomoe-  
 ria curru veherentur, sicut Romani rheda aut carrucis.  
 Alexis: "Ἀνθρώπος εἶναι μοι Κυρηναῖος δοκεῖς· Κάκει γὰρ  
 ἂν τις ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἕνα καλῆ, Πάρεσιν ὀντωκαίδεα' ἄλ-  
 λοι, καὶ δένεα Ἄρματα, συναρίδες τε πεντεκαίδεκα. Si-  
 militer σίλφιον, καυλὸς et ὄποι cognita sunt. πυρετὸς in  
 hoc albo ponit jocosè, aërem ejus tractus insalubrem esse  
 significans, in quo plurimum homines febricitent. Aut  
 scribe, si lubet: μασοῖσιν, πυροῖς, ὄπ. Nam vim magnam  
 frumenti, ut et olei, Cyrenis exportari solitam, testi-  
 monio sit lex 61. Dig. Locatī conducti. Alioquin vocem  
 μασοῖς loco movendam suadet metrica lex, et scriben-  
 dum: πυρετοῖς, μασοῖς, ὄποῖς. Sed quid appellat μασές;  
 Ninis enim ridiculum, in laterculo nobilium mercium  
 mamas ponere. An μάσθλαις scribendum? ut coria in-  
 telligantur, quorum hodieque magna copia in Italiam at-  
 que Hispaniam importatur ab his mercatoribus, qui cum  
 Afris e regno Fez et Marochō rationem commerciorum  
 ineunt. Idem factitatum jam olim, docebat Hermippus  
 I. I.: Ἐκ μὲν Κυρήνης καυλὸν καὶ δέρμα βόειον. An po-  
 tius sine ulla vocum transpositione scribi debet μασπέτοις,  
 πυρετοῖς, ὄποῖς; Quid sit maspeton, declarant in historia  
 laserpitii Theophrastus, Dioscorides et Plinius. Minus  
 placet, quod probavimus aliquando, μασές esse, quos  
 vocabant Cyrenenses βενές. Ager illorum in tres partes  
 erat divisus, eam, quae ad mare, βενές, et montes,  
 βενές appellabant regionem mediam inter reliquas duas,  
 in qua plurimi erant colles, vel, ut loquitur Hirtius,  
 grumi natura excellentes. Herodotus: τετέων τε δὴ συγ-  
 κηκοισιμένων, τὰ ὑπὲρ τῶν θαλασσιδίων χώρων τὰ μέσα  
 ὄργῃ συγκοιζέσθαι, τὰ βενές καλέεσσι. Quos isti βενές,  
 Attici vocabant μασές. Hesychius: τὰ εἰς ὕψος ἀνέχοντα  
 τῆς χώρας κηλέσσι μασές. Sic debent haec scribi. Vide  
 et Pollucem. Josephus Scaliger scribebat: μασπέτοις, τυ-  
 ροῖς, ὄποῖς. Suspectum est, quod sequitur: τῆς δὲ δικ-




Φορᾶς τῆς περὶ τὴν ἐκτομίδα μνημονεύει Ἰππαρχος. Si  
 vera haec lectio, ἐμβολᾶς vulva et ἐκτομὶς idem sunt.  
 Quod equidem vix possum in animum inducere. Ejecti- p.250.  
 tiam vulvam porcariae longe anteponebat Plinius. Ex eo  
 divinabam huiusmodi lectionem: τῆς δὲ διαφορᾶς τῆς ἐκ-  
 βολᾶδος πρὸς τὴν ἐκτομίδα, vel παρὰ τὴν ἐκτομῆδος. Pro-  
 nuntiant eruditi τὴν ἀρέσκισσαν. Sopatri versus: Διεφθα,  
 λυκκνθεῖσα, τυρῆ τε δέμας. Scribo: τυρῆται δέμας, ca-  
 seo obtegitur tota. Sed vocem διεφθα non praestabo sa-  
 nam, ac fortasse verum est, quod Josephus Scaliger ex-  
 cogitavit: Δι' αἰθάλας κνυθεῖσα, τ. Thymo adjecto fieri  
 de oxalme thymoxalmen, ex Dioscoride scimus: sed non  
 concedemus, propterea recte fecisse interpretem, qui  
 Sopatri versum, Τὴν δηξίδυμον ἐντὸς ὀξάλην ἔχων, de  
 thymoxalme interpretatus est. Sine ulla controversia  
 δηξίδυμον ὀξάλην appellat δριμεῖαν, acrem. Archemstratus  
 in eadem re: καὶ μήτραν ἐφθῆν ὑδὸς ἐν τε κυμίνῳ, Ἐν τ'  
 ὄξει δριμεῖ. Eustathius Ὅδ. δ.: τοιαύτης δὲ σύνθεσις ἄλ-  
 μης καὶ παρὰ Σωπάτρῳ ἐν τῷ δηξίδυμος ἄλμη· ἐνθα τὸ  
 δηξίδυμος ταυτὸν ἐστὶ τῷ θανέδυμος. Legas apud eundem  
 paulo ante et πικρὰν ἄλμην. Quod sequitur de non solitis  
 olim in gustatione apponi vulvis, lactucis et caeteris id  
 genus, exposuimus jam ante l. super. De lactucis idem  
 Martialis: *Claudere quae coenas lactuca solebat avorum,*  
*Dic mihi, cur nostras inchoet illa dapes.* IX. versu Ar-  
 chestrati scribo ἂν ἂν ὑπάρχη Ὠρη, potius quam ὠς. In  
 XI. versuum Archemstrati scribe ἔδεν ἔδοντες, ut in epitoma  
 Hoeschelii, pro ἔδοντες. Nam et Eustathius sic legit, ubi  
 disputat de obsoleto verbo ἔθω. XIV. ita scribitur: Πτω-  
 χείας παράδειγμα καλῆς ἐφθῆς, ἐρέβινθοι. Scribo: Πτ.  
 π. καλῆς, ἐφθοί τ' ἐρέβινθοι. Dalecampius vero sic:  
 Φακῆ ἐφθῆ, ἐρ. Non sequor hunc ducem. πλακῆς  
 ὑβρισις ita dictus, ut χῆος δυνάσης, etiam apud Latinum  
 poëtam Lucilium. Quod ait de placentis Atticis, confir-  
 mat Plato l. III. de rep., suis civibus fugiendas praeci-  
 piens Ἀττικῶν πεμμάτων τὰς δοκίμας εἶναι εὐπαθείας. In-  
 terpretare ista sic: εἰ δὲ μὴ ἂν πρὸς Αὐτὸν ἔχης ἐτέρωθι,  
 μέλι ζήτησον ἀπελθὼν Ἀττικὸν, sicubi non sit tibi Atticae  
 placentiae copia, abi statim, et mel Atticum inquire: nam  
 hoc illud est, quod superbas facit placentas Atticas. Δα-  
 μoxeni Συντρέφας nominat ex hoc loco Suidas,



## CAPUT VICESIMUM TERTIUM.

*Damoxeni comici versus qua illustrantur, qua emendantur.*

Percurramus Damoxeni versus, quos nobis Athenaeus conservavit fere ad 70. Iis continetur sermo a coquo habitus cum nescio qua muliere: cui narrabat ille, artem suam edoctum se fuisse ab Epicuro. Cum exclamasset mulier similis non credenti, is cocus aegre ferens, Scelesta, inquit, nescis, naturam, cujus interpres Epicurus, omnium artium esse matrem, atque omnium disciplinarum principia in se continere? Versus poëtae, quibus haec dicuntur, corrupti sunt. V. ita habet: Ἰστο δὲ τί ἐσιν, εἰπέ μοι, κατήγησαι. Fortasse κατήγητα, o magister. ἡγήτης etiam dicitur, et pro κατήγητης κατήγητης, ut Μεσηγέτης. Deinde scribo: Μάγειρος ἦν κἀκείνος; ἐκ ἡδεις; Θεοί, Ποῖος μάγειρος! ἢ Φύσις πάσης τέχνης Ἀρχέγονός ἐσιν, ᾧ ἀλιτηρία σύγε. Illud ἐκ ἡδεις; a coquo pronuntiatur. Si scribas ἐκ ἡδεῖν, mulieris erunt verba: hoc ego nescivi hactenus. IX.: Οὐκ ἐσιν ἐδὲν τῶ ποιεῖν σοφώτερον. Scripti τῶ ποιεῖν, usu et praxi. In XIII. scribunt veteres: Μὴ Δημοκρίτον τε πάντα διανεγνωκότα. Hunc philosophum potissimum coquus nominat tanquam praecipuum naturalis philosophiae auctorem, et quem Epicurus in multis erat imitatus. Paulo post innuit poëta, de saporibus fuisse scriptum a Democrito: quod verum esse, sextus de causis plant. docet, itemque Galenus l. II. de elem. et alibi. XV.: Καὶ τὸν Ἐπικῆρα κανόνα μισθῶσω σαφές, Ὡς ἐκ διατριβῆς. Dalec. μισθῶσαι vel μισθῶσον. Sed versus desit opus est, si volumus eam esse, quam expressit Dalecampius. sententiam. σαφές in extremo versu mihi satis ἀσαφές. Illud ὡς ἐκ διατριβῆς interpretor ὡς ᾧν ἐκ δ. *Compara tibi canones Epicuri, tanquam unus aliquis ex alumnis ejus disciplinae.* In XIX. scripta lectio ἐπὶ δύσιν Πλειάδων. XXV. ita scribe: Τίς παρακολοῦθε ταῦτα; ταιγαροῦν σρόφοι καὶ πνευμ. *Quis coquorum ad ista attendit? Sed ταῦτα pro τοῖσδε non est ferendum.* XXXI. versus sphinx est, cui opus Odipo: Χυμός λέγεις. Δημοκρίτος ἐδὲν πράγμα τὰ. Legi potest: Χυμός λέγεις; Δημοκρίτος ἐδὲν. ταῦτα δὴ Γινόμενχ ποιεῖ τὸν Φυχόντ' ἀτρητικόν. Prima verba sunt illius, quam alloquebatur cocus. Admirata enim, quod vocabulo philosophorum ac medicorum χυμός in praecedente versu esset usus hic cocus, quid? ait, χυμός τυ



nosti, et de iis loqueris? Jam ergo Democritum phyfi-  
 cum nihil est cur miremur. Pergit deinde coquus: haec,  
 inquit, quando ita fiunt, acutum reddunt illum, qui cibis  
 ita paratis vescatur. ἀδρητικὸν vel ad aciem oculorum,  
 vel acumen ingenii pōtes referre. XXXVI. ita emenda-  
 mus, ut sit aliquis sensus: Οἱ ἔσιν. ἐδάδη· ὅταν ἴδῃς  
 ἐξ ἰχθύων Ὑπεναντίων αὐτοῖσι προῦντας μίαν. In se-  
 quente distingue: εἰς ταύτην, λαβῶν Ἔκ. Initio XL.:  
 Ὅς μοι κέχρηται. Sensus est: quoties videbis aliquem  
 coquum ex diversis et contrariae naturae piscibus unum  
 cibum parare, eumque sesamo respergere. oppedit ad il-  
 lorum unumquodque, hoc est, factum illius improbet  
 atque aspernetur, quicumque utetur me coquo, meque  
 audiet. Scribe XLIII.: καὶ συμπλεκουμένης ἐχὶ συμφώνως  
 ἀφάς. Translatio est a lucta συμπλέκεσθαι ἀφάς, pro  
 μίσησθαι μίσεις. In XLVII. σὺ δέ; vel σὺ δὲ τί; scribi  
 malim. Dixerat coquus, se in contemplatione occupa-  
 tum alios finire manum operi admovere. Quaerit toe-  
 mina: σὺ δὲ τί; tu interea quid facis? Respondet autem:  
 λέγω τὰς αἰτίας, Καὶ τὸ ἀποβαῖνον ὄξύ. Causis exprobo,  
 quarum eventus statim apparent. Versus L. principium  
 conclamatum est, nobis quidem. Ὁμαλιζέτω τοῖς ἐσχάροι. p.202.  
 Tentabamus tamen: Ὁμαλιζέτω τις ἐσχάραν. Nam hoc  
 vult iste imperator: curet aliquis, ut toto foco sit ignis  
 aequalis. Vel: plantum aliquis mihi faciat hunc focum. Se-  
 quentia scribe sic, adjuvante Hoescheliana epitoma: —  
 πρώτη λοιπὰς Ζεῖ ταῖς ἐφεξῆς ἐχὶ συμφώνως. νοεῖς Τὸν  
 τύπον. Ἀπολλων. καὶ τί φαίνεται τέχνη. Heus tu, ait,  
 prima olla non fervet aequaliter caeteris. Puta, segnius  
 aut vehementius. Jam tenes formam meorum imperiorum  
 et artis totius. Ἀπολλων est admirantis et assentantis.  
 Pronuntiatur a muliere. Sequentia sunt coqui. Mulier  
 haec, cum audisset, fieri mixtionem κατὰ συμφωνίαν in  
 paratu ciborum, quaerit versu LV.: Πῶς ἔσιν αὐτοῖς;  
 quae harmonia est in cibis? aut, quis concertus? Re-  
 spondet magister: quae habent inter se harmoniam διὰ τεσ-  
 σάρων, aut διὰ πέντε, aut διὰ πασῶν, ea compono invicem,  
 observatis paribus intervallis. καταπυκνοῦν τὴν ἡδονὴν, quod  
 Epicurus dicitur mox fecisse, valet praeceptis exstruere vo-  
 luptatem. Hoc est, artem parandarum voluptatum com-  
 ponere multorum eo pertinentium praeceptorum obser-  
 vatione. Est enim ars omnis plurium praeceptorum fi-  
 nem eundem habentium σύστημα et καταπύκνωσις. Sic ver-  
 su quarto τάλαντα κατεπύκνωσα τέτταρα. Graeci rhetores



inter ornamenta orationis ponunt, quam vocant, *κατα-  
πύκνωσις* sententiarum: qua figura unus omnium Thucy-  
dides plurimum utitur. Porphyrius in vita Plotini *κατα-  
πυκνῶσαι* posuit pro frequenter in scriptis usurpare: *καταπεπύκνωται δὲ καὶ ἡ μετὰ τὰ φυσικὰ τῶ Ἀριστοτέλους  
πραγματεία*. Postremum versum ita scribo: Ἀφῶμεν οὖν  
τὰ λοιπὰ. δῆλα δὲ πάλαι. Omittamus, inquit hic ma-  
gister, alia omnia studia, et philosophiae Epicuri nos de-  
damus. Respondet muliercula: ex iis, quae disputasti,  
sic faciendum esse dudum intelligo. Sed haec in Damo-  
xeni versus satis.

## CAPUT VICESIMUM QUARTUM.

*Caput glauci, et quaestionis caput. Antiphanis fabula  
Στρατιώτης ἢ Τύχων. Trierarchi. sumptibus ex-  
hausti. Carides urbs. Macars. Iafus, Cariae or-  
pidum. Eupolidis fabula Δῆμοι. πρόσωπον καρίδος  
μασθλητίνης. καρὶς et σκαρὶς. καρίδος et καρῖ-  
δος, et super ea re canon grammaticus.*

Damoxeni ῥῆσιν excipit locus ex ea Platonis fabula, cui  
nomen *Συνεξαπατῶντι*. Sed de fabulae hujus auctore  
l. ult. quaedam disputamus, ubi causam exponimus, cur  
*Βάπτων* scribendum esse suspicemur. Versus X. ita scri-  
bitur hic: ὦ Σωσία, πάντῃ τυχὸν δώσεις ἐμοί. Depra-  
vate quidem, l. tamen VII. depravatus multo: Εὖ, ὡς  
ἅπαντας, ἢ τυχὸν δώσεις ἐμοί. Scias, pridem factum,  
cum insedit vitium huic versui: nam eclogarius illum  
praetermisit, quod loci jam tum corrupti certum indicium  
est. Lego autem: ὦ Σωσία, πάντῃ τάχ' ἐνδώσεις ἐμοί.  
p.203. O Sossia! omnino futurum est, ut cito manus mihi des mu-  
tata sententia. Sic loquitur senex, nihil habiturum So-  
siam existimans, quod hisceret adversus argumentum,  
quo illius sententiam refellit. Dixerat servus ex sententia  
Epicuri, positam esse felicitatem in voluptatis perce-  
ptione. Refutat herus isto argumento: Si voluptas esset  
bonum, omnes eam sectarentur philosophi: atqui hoc  
falsum: nam omnes illam oderunt sapientes: ergo et  
prius illud falsum. Ait poeta: Καὶ τὴν κεφαλὴν ζήτῳσιν  
ὡς περὶ πράγματος. Sic petunt caput piscis, ut in tra-






ctandis quaestionibus et negotiis solet rei caput peti.  
 Hoc est, τὸ κεφάλαιον. Glauci piscis caput maxime so-  
 litum expeti, clarum est ex I. VII. et Polluce. In his se-  
 quentibus verbis, καὶ παρ' Ἀντιφάνη ὁ ἐν Στρατιώτῃ τυ-  
 χὲν παραινέσεις εἰσφέρειν, suspicionem mendae injecerat  
 vitium orationis. Postea didici ex I. IX. et XIV., scri-  
 bendum esse ἐν Στρατιώτῃ ἢ Τύχωνι. Pollux simpliciter  
 Μιμίτην appellat fabulam hanc I. IX. Deinceps scribe cum  
 epitoma: ὡς τις ἀνθρώπος φύς. Et mox: ἡ χορηγὸς αἰ-  
 ρετέλης. Quod ait, Ἡ τριηραρχῶν ἀπήγατο, ex eo intel-  
 ligimus, solitum aliquando fieri Athenis, ut trierarchatu  
 functi laqueo collum sibi frangerent: haud dubie propter  
 magnitudinem sumptuum, qui totum saepe patrimonium  
 funditus evertabant. Erat enim istud onus in rep. Athe-  
 nienfium onus omnium maximum. Mox erat usitatus:  
 εἰσαναλίσην τύχοι. Sed repugnant MSS. et epitom. In  
 III. versu Theogneti pro ἐρεῖς in MSS. est ἐρεῖ. Utrum-  
 que respuit lex metri. Deinde scribendum: ἀλλότριον  
 ἔσθ' ὁ πλεῖστος ἀνθρώπων, πάχνη. Non πάχνης. Sicut sta-  
 tim: Σοφία δ' ἴδιον κρύσαλλος. Sextus versus, Οἶω μ' ὁ  
 δαίμων Φιλοσόφῳ συνάκισε; parodia est Euripidei versus  
 ex Andromeda, ubi clamabat misella ceto alligata: Οἶω  
 μ' ὁ δαίμων Θηρίῳ συνάκισε! Similiter Ulysses in Cyclope  
 Philoxeni, in antrō illius inhumani coclitis conclusus,  
 Οἶω με, ait, ὁ δαίμων τέρατι συγκατεῖρε! Vide Graecos  
 paroemiographos. Aristophanes quoque videtur allusisse  
 illo versu: Οὕτω πολυφύρῳ συγκέραμαι δαίμοι. Octavo,  
 Ἄντέροφέν σε τὸν βλον τὰ βιβλία, simile est, quod in  
 Actis Apostolorum Festus ait ad divum Paulum: μαίνη,  
 Παῦλε, τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει. In  
 tertio versu Alexidis ἐν τοῖς ἰχθύσι verte in foro piscario.  
 Ad Theophrasti Charact. genus hoc loquendi exponeba-  
 mus. Paulo post in Epicharmi loco scribe κάραβοι δὲ τῶ-  
 νυμα. Ait: Ἀριστέλης ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων ἰσορίας.  
 Locus est I. V. Histor. c. VII. De vocis μορίων adjectione  
 ante diximus. In istis, ὀχεύονται δὲ τῆ ἕαροι ἀρχομένε  
 πρὸς τῆ γῆ, mutavit de industria ordinem verborum Ari-  
 stotelis, qui scripsit: ὀχεύεται δὲ ἀρχομένε πρὸς τῆ γῆ ἕα-  
 ρος. Amat enim philosophus verborum trajectiones, ut  
 alibi dicebamus. Sequentia, γίνονται δ' οἱ μὲν κάραβοι et  
 caetera, habentur Histor. I. V. c. 17. Debemus mox  
 Hoeschelianis excerptis horum emendationem: ἔτι καὶ  
 πόλις ἦν Καρίδες περὶ Χίον τὴν νῆσον. Nam editum erat  
 πόλλαι ἦν καρίδες. Non solum perperam, verum etiam p. 204.



ridicule, propter illa, quae subjiciuntur ex Ephoro: in  
 cujus verbis *μετὰ Μάκαρος* scripsimus ex membranis, *cum*  
*Macare*, vel potius *Macare duce*. Vulgo *μετὰ μάκαρας*,  
 quod interpretes fecit ineptire. Caeterum Caridas oppi-  
 dum illud tantum Stephanus agnoscit, quod in Phrygia  
 ait fuisse. Iasus Cariae urbs, de qua Arhestratus, *Ἦν*  
*δέ ποτ' εἰς Ἴασον Καρῶν πόλιν εἰσαφίηται*, ex libris de geo-  
 graphia non est incognita. In Anaxandridae loco scribe  
*ψητταδίους* per η. Nescio, quid sit in eo versu *καὶ σκιν-*  
*δαρίους μετὰ κωβιδίων*. Interpretes unde suam lectionem  
 exsculpsent, nescio: nullum enim illius vestigium ne-  
 que in edita scriptura, neque in manu exaratis. Nostri  
 conjectura propius accedebat ad vulgatam: *καὶ σκιφυ-*  
*δρίων*. De sciphydriis diximus c. 8. Vel etiam, si forte,  
*κοσκινοιδάριους*. Mox lego: *Οὐκ ἐπικευφῶς ὄρθος, ὦ βέλ-*  
*τις, ἔση*. Non *ἐπικευφῶς*. Et fortasse: *Ἐρυθρότερον*  
*καρίδος ὀπτῆς σ' ἀποφανῶ*. Et si ferri potest *ὀπτῶν*. Scri-  
 psimus *καὶ Ὀφελίων Καλλιόσχρω* ex librorum auctoritate,  
 a quibus testimonium dicit Suidas. *Demos* fabulam Eu-  
 polidis laudant et grammatici, ut Pollux l. VII. c. 27.  
 et 30. nec non l. IX., Harpocraton in *ὄξυθύμια*. Pri-  
 scianus l. VIII.: *Impetro illam rem dicimus, sicut et Attici.*  
*Eupolis ἐν Δήμοις*: *Λέγε, τῆ ἐπιθυμῆς, καὶ εἰδὲν ἀτυχήσεις*  
*ἐμῆ*. In Eupolidis versu, *Ἐχων τὸ πρόσωπον καρίδος*  
*μασθλητίνης*, auctor Etymologici *μασθλητίνης* interpre-  
 tatur *δερμυτίνης, coriaceae*. Sed assentior Dalecampio ad  
 colorem referenti: nam *μάσθλην* aiunt veteres etiam cal-  
 cei phoenicei genus. Sic autem paulo post Epicharmus  
*καρίδες Φοινίκια*, vel, ut in epit., *Φοινίκα*. Carides au-  
 tem nomen dicuntur invenisse *ἀπὸ τῆ κάρᾳ, a capite*. In  
 Etymologico sic: *παρὰ τὸ σκαίρω σκαρίς· ἢ παρὰ τὸ κάρᾳ*  
*καρίς*. Sed longe diversi generis sunt scarides sive scari  
 a caridibus. Deinceps auctor causam explicat, cur Attici  
 scriptores in voce *καρίδες* mediam corripuerint. Est au-  
 tem ratio, quam assert, quamque assecuti non sunt inter-  
 pretes, haec: apud Atticos quanta est dissyllaborum in *is*  
 desinentium prior, tanta est in illorum obliquis media  
 syllaba. Ut *βολίς, βολίδος, γραφίς, γραφίδος*. Contra  
*ψηφίς, ψηφίδος, κρηπίς, κρηπίδος*. In *καρίς* priorem  
 corripiebant Attici: unde quid sequatur, clarum est. At  
 illi poëtae, qui priorem in ea voce producebant, mediam  
 quoque in obliquis necessario longam statuebant. So-  
 phronis versum malim ita scribi: *Ἴδε καλᾶς καρίδης, Ἴδε*  
*καμμάρωσ, Ἴδε φίλα*. Dorica formatio in voce *καμμάρωσ*.



causa exstitit depravationis. κερίδαε interpretatur Athenaeus *carides*. Hesychius addit: ἢ τὰς μικρὰς ἐγχλῶρας, τὰς δὲ ἐρυθρὰς καμμαρὰς. In titulo fabulae Epicharmi Λόγος καὶ λογίαι etſi poſtremam vocem non intelligo, ſuſpicor tamen, non multo aliter poëtam ſcripſiſſe. Nimis enim manifeſta ejus ſcripturae veſtigia exitant omnibus aliis in locis, ubi fit ejus fabulae mentio, ut cum ſcribit noſter l. VIII.: τοιαῦτα δὲ καὶ Ἐπίχαρμος παίζει, ὡς περ ἐν Λόγῳ καὶ λόγον εἶναι. Hephaeſtion in Enchiridio: p.205. Ἄριſοξένε καὶ αὐτὸς Ἐπίχαρμος μνημονεύει ἐν Λόγῳ καὶ Λογγίνος. In quem locum exſtat hoc ſcholiolum neſcio cujus, parum, ut videtur, integre ſcriptum: ὁ Ἐπίχαρμος τὸ οἰκεῖον δρᾶμα ἔως ἐκάλεσε Λόγον καὶ Λογίαι.

## CAPUT VICESIMUM QUINTUM.

*Jecinorum varius apparatus.* ἐπικάμπτειν pro involvere. ἐκλογή. ſκευαſίαι et ſκευάſειſ. πνευμόνιον. *Alcaeus comicus.* πυγαργοὶ, λευκόπυγοὶ et μελάμπυγοὶ. *Adoleſcentes* τηγάνων σύντροφοὶ. Τριβαλλοποπανόθρεπτοὶ. ἄſσειν. τρισμακαρίτης.

Sequitur jam aliud cibi genus. Ait enim: Ἐξῆς εἰſενομίσθη ταγηνισὰ ἤπατα. Variis modis olim jecinora parabantur. Frixorum in ſartagine facit hic Athenaeus mentionem: toſtorum in cinere meminit aliquoties Hippocrates, ut in l. II. de morb. muliebr.: ἤπαρ τ' ἐν ſποδιῇ ὀπτὸν αἰγὸς ἢ βοός. Et de natura muliebri: ἦν τρίτρεσα ἐξανεωθῆ, ἤπαρ οἶος ἢ αἰγὸς ἐς τέφρην ἐγκρύψας. Nove dixit Epicharmus: τὸν ἄρ-ον ἐπικάμψας ἐπιπλώω, ranem omniſo involvens. ἐπικάμψας poſuit pro ἐντυλίξας. Sicut mox dicitur ἐπιπλώω ἐντυλιχθεῖς. Hunc insolentem vocis iſtius uſum obiter illuſtrare voluit Athenaeus, cum ſubjungit: καὶ ῥ' Χίος δὲ Ἴων ἐν ταῖς Ἐπιδημιαῖς ἔφη τὸ ἐπικάμψας. Quorum verborum ſententia eſt: vocem ἐπικάμψας ſimiliter, ut Epicharmus, uſurpavit Ion Chius in fabula Epidemiis. Obſervemus ſολοικοφανές, quod interpretibus fraudi fuit: πᾶσα δ' ἡ ἐκλογὴ χρηſίμη ἔſτα εἰς πολλὰ, ἐπεὶ τὰ νῦν διὰ μνήμης ἔ κρατεῖς, αὐτὸς ἐγὼ διεξελεύſουαι. *Integrum Alexidis locum utilem ad multa, quando tu illius nunc memoria non tenes, ipſe recitabo.* Erat planius: πᾶ-

Athen. P. III. T. I.

R



σαν δὲ τὴν ἐκλογὴν χρησίμην ἔσσαν εἰς πολλὰ, ἐπ. Sed ita multis locis et Athenaeum et Aelianum loqui, potest facile animadverti. Appellat ἐκλογὴν locum poëtae, et, ut locutus est supra, cum huc nos rejiceret, τὸ μαρτύριον. Neque aliud sunt ἐκλογαί, quam excerpti ex auctoribus loci, ut fieri solitum a se incredibili diligentia, scribit Athenaeus l. VIII. Sic alibi usurpat auctor, ut l. XV.: ἔχει δὲ ἔτω ἢ πᾶσα ἐκλογὴ ἔσσα ἐκ τῶν διεσκευασμένων δραματος. Caeterum habere τὸ κάμπτειν aliquando significationem τῶν ἐντυλίττειν, probant etiam, quae dicentur l. IV. c. 8. Alexidis VII. versus ita scribendus: Θάρρειν κελύσας ἔνεκ' ἐμῆ γ', ἄτ' ἐδὲ ἐν Φήσας ἀδικήσειν, ἐπρ. *Fussi bono animo esse pisciculos illos minutos, quippe illorum nulli me facturum injuriam affirmans.* In X. scribe: "Ὅτι δεῖ γυναικός. Mox scribendum: Αἰσχύνεται πελιδνὸν εἶναι χρώματι. Etiam ista corrupte scribuntur: ὥσε τῶν Δειπνῶντας εἰς τὰ λοιπὰ διεμβάλλειν ποῶ. Legendum enim: εἰς τὰ λοιπὰ δι' ἐμβάλλειν ποῶ. Confirmatur haec emendatio poëtae ejusdem testimonio, qui in alia fabula hunc versum et sequentem totidem paene literis usurpavit more Homericō. Sic enim ille in Aesclepioclide: — ὥσε τῶν Δειπνῶντας εἰς βατάνειά γ' ἐμβάλλειν ποῶ Ἐνίστε τῶν ἐδόντας ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Quod igitur ibi dixit εἰς βατάνεια, hic εἰς λοιπάδιαι. Versu XXIV., Τὰς σκευασίας, πάντων δὲ καὶ τὰς σκευάσεις, vel bis idem dicit, vel σκευασίας interpretandum *res necessarias ad cibos parandos, σκευάσεις ἰψίου parandi actionem.* πνευμόνιον, cum ait, ὡς ἐν τοῖς κεκαλυμμένοις ἡπατίοις αὐτῇ πνευμένιον ἔλαβε, non pulmonem integrum significat, sed frustum pulmonis, ut κρέα τρία, τρία frustra carniū. Sic explicandum et τὸ ἡπάτιαι. Versus a Metanira usurpatus ingeniosissime, Ἀπόλωλα, πέπλων μ' ὄλεσαν περιπτυχαι, pronuntiabatur apud poëtam, unde sumtus est, ab Agamemnone noto uxoris scelere moriente. Non multo aliter apud Aeschylum exclamavit idem: Οἱ μοι, πέπληγμαὶ καίριαν πληγὴν ἔσω. Historiolam de Metanira excipiunt haec verba: μήποτε δὲ καὶ Κρωβύλος ὁ κωμωδοποιὸς αἰσχυρόμενον εἶπε τὸ τοῖστο ἡπαρ, ὡσπερ καὶ Ἀλεξίς, ἐν Ψευδυποβολιμαίῳ, λέγων ἔτως. Videndum est, *nunc et Crobylus comicus ejusmodi jecur αἰσχυρόμενον, pudibundum, imitatus Alexidem, dixerit in Pseudypobolimaeso, cum ait.* Versus Alexidis, quem respicit, XVII. est in praecedente ecloga: Αἰσχύνεται πελιδνὸν εἶναι χρώματι. Pseudypobolimaesus Crobyli, non Alexidis, fuit drama. Vide l. VIII. sub fin. et l. IX. Ob-



Secro, quanta haec virorum eruditorum negligentia? Aristophanis *Tagenistas* nominat scholiastes comici ad Ranas. Alcaeus, cujus laudatur hic fabula *Palaestra*, non ille nobilis fuit lyricus, sed alius comicus. Utrumque saepe laudat noster, sed lyricum quidem sine ulla carminis inscriptione, aut simpliciter, Alcaeus in Odis: comicum semper cum indice fabulae, unde quidque ab eo sumitur. Decem comoedias eum docuisse, auctor Suidas. In his libris nominantur hae quinque: *Palaestra*, *Nuptiae sacrae*, *Sorores stuprum passae vel aduiterantes*, item *Ganymedes* et *Callisto*. Sextam, *Endymionem*, inuenio apud Pollucem l. IX. Septimam, *Pasiphaën*, in ejusdem l. X. Hac ipsa fabula cum Aristophane Plutum suam docente certasse Alcaeam in Attico theatro, veteres critici auctores sunt. Tertium Alcaeam nominat Suidas, antiquissimum tragicum. Hujus non meminit, opinor, Athenaeus. Harpocration fortasse, cum ait: Ἀλκαῖος ἐν τῇ κωμικοτραγωδίᾳ τὰς πότας λύχνας ἀδδὴφάγας εἶπε. Versus ex Eubuli Laconibus, Ἐγὼ δὲ γ' εἰμὶ τῶν μελαμπύγων ἔτι, non recte vulgo accipitur: falluntur enim, qui hepatos pisces dici putant μελαμπύγας. Sensus est: *Ego vero non solum bilem habeo, quod commune est omnibus hominibus, sed hoc amplius ex validissimis sum et robustissimis.* Translatitium est, molles homines Graecis fuisse dictos πυγαργές sive λευκοπούγας, strenuos ac vere viros μελαμπύγας. De quibus circumferebatur proverbium: μὴ τῷ μελαμπύγῳ περιτύχοις. Corruptissimus est secundus versuum Eubuli ex Orthana: Ἐρεῖος ἀπήδει, τηγάνων τε σύντροφα. L. VI. p. 207. ita scriptum; Ἐρῶσα Φοιτᾶ, τηγάνων τε σύντροφα. Totum locum ita censemus scribendum: — πᾶσα δ' εὐμορφος γυνὴ Ἐρῶσα Φοιτᾶ, τηγάνων τε σύντροφα Τριβαλλοποπανόθρεπτα μειρακύλλια. Videtur descripsisse sciennitatem aliquam, cui interfuerint formosissimae quaeque totius urbis foeminae, et quantum erat adolescentulorum mollium et effoeminatorum. Pro Φοιτᾶ potest legi etiam πηδᾶ, *exsultat et salit*, ut in VI. versu. Luxuriosi adolescententes dicuntur τηγάνων σύντροφοι, qui inter sartagine et alia culinariae instrumenta vitam degere ament. Priorem vocem III. versus syllaba una auctiorem fecimus: nam scriptum ubique Τριβαλλοπανόθρεπτα, quod interpretari non possumus. Nostra lectio idem est ferme, ac βωμολόχος. Duo exprobrantur hac voce, studium ganeae et illiberalis ac sordidus victus: nam Triballos et Illyrios vocabant illiberaliter educatos et sordide viventes. In X. recte in-



terpretes Δήμητρος κόρη. Scribe etiam cum litera subscripta ᾄσσει. Est enim pro αἴσσει, non pro ἄττι. Penultimum non satis assequor. Ulpianus cum ait de Myrtilo, convivarum uno, qui modo de sartagine et frixis in sartagine veterum loca recitavit, Ὡς εὖ νευκαύγηεν ἐπὶ τῷ τηγάμῳ Ὁ θεοῖσιν ἐχθρὸς Μυρτίλος, alludit elegantissime ad fabulam de Myrtilo. Oenomai auriga, qui Myrtoo mari nomen dedit. Eidem sordes exprobrat et victum domi illiberalem, cum negat, illum quicquam eorum comedisse a se emptum, de quibus tam multa disputaverat. Edisse quidem Myrtilum tales cibos, non negat Ulpianus, sed in eam rem sumtus unquam fecisse. Non debebant ista secus accipi. Lege mox cum interpretibus εἰς τὸν Μυρτίλον νέος ἔπεσε, non νέον. Placet mox edita lectio: Ὁ τρισμακρίτης εἰσφέρειν. Non τρισμακρίσιος, vel τρισμακρίτος, ut in MSS. Jocus est in voce μακρίτης, quae homini vivo non magis convenit, quam Latinorum divus. Sic aliquanto post: μακρίσις εἰν αὐτῆς, μᾶλλον δὲ μακρίτας εἶναί φημι.

## CAPUT VICESIMUM SEXTUM.

*Artus rex Messapiorum. Collatio panis escharitae Rhodiorum cum forensi Atheniensium. ὀβελία veterum et nostri hodie. συναυλία. ἀνανήθειν. Tabarites panis et Achaïnas. Aristophanis fabula Γῆρας. Panis ἐγκρυφίας. Laganum et apanthracis. Alia quaedam.*


Thucydidis de Arto rege locus exstat historia tertia: sed *Artam*, non *Artum*, nominant ejus codices. καὶ τῷ Ἄρτῳ ἀνανεωσάμενοι τινὰ παλαιὸν Φιλίον. Athenaeus legit Ἄρτῳ. Apud Suidam in voce Μεσσαπίων mendas multas emendabit, qui non gravabitur cum Athenaeo conferre. Distinguendum paulo post: — τοῖς ἄρτοις ὅσας Ἰσᾶσι παγίδας οἱ ταλκίπαροι βροτοί. Lyncei Samii locus, quo panes escharitae Rhodiorum contenduntur cum agoraeis Atheniensium, et corrupte scriptus est, et partim inconcinne, partim contra auctoris mentem versus est. Totum igitur subjicere visum ex emendatione nostra, et Lyncei mente. *Fam cum apud Athenienses in pretio sint panes,*



*qui vocantur ἀγοραῖοι, his nihilo deteriores prima mediaque coena Rhodii mensis apponunt: fessis vero et satiatis conviuis, suavissimam oblectationem novam inferunt, panem illum optimum dictum ἐσχαρίτην, qui dulcibus et mollitie sic temperatus est, eamque habet, dum infringitur ac veluti friatur, cum passo convenientiam excitandi orexin, ut plane mira res sit: atque ut saepe jam ebrium cernas tanquam sobrium et recentem pocula repetere: sic prae voluptate, qui eschariten panem comedit, famem renovat. Panis ἀγοραῖος est, qui vaenum in foro exponitur. Hunc fuisse Athenis eximium, Archestratus indicat his verbis: — τὸν δ' εἰς ἀγορὰν ποιεύμενον ἄρτον Αἰ κλειναὶ παρέχῃσι βροτοῖς κάλλισον Ἀθήναι. At ἐσχαρίτης Rhodius, (alius enim est vulgaris ἐσχαρίτης, de quo loquitur Philistion infra) non simplex panis fuit, sed μεθόριος ἄρτε καὶ πλακῆντος, ut eleganter Pollux scribit. Erat enim conditus μειλίγμασι, hoc est, melle aliisque rebus dulcibus. Nomen invenit ex eo, quod in foco nudo torreretur, non, ut ἐγκρυφίας, cineribus tectus, vel, ut doctis quibusdam visum, quod craticulae coquendus imponeretur. Hunc Lynceus vocat δίαχρησον insolenti voce, id est, omnino bonum. Solebat autem hic panis ita comedi, ut hodie estur, qui in Galia vocatur oblies a Graeca voce ὀβελίας. Sub finem coenae panem hunc mensis calentem adhuc inferebant, et ex passo edebant, ut apparet ex versibus Antidoti, quos iuvat hic apponere, ut intelligatur convenientia panis huius cum nostro, quem diximus. Sic ille: Λαβόντα θερμὰς ἐσχαρίτας, πῶς γὰρ εἶ; Τέτρε ἀνειλίττοντα βάπτειν ἐς γλυκύν. Quod ait, eschariten calidum apponi solitum, et in vinum dulce intingi, et quidem evolutum expansumque, omnia obeliis nostris sic conveniunt, nihil ut queat magis, maxime quidem de evolutione quod scribit. Nam quia tenuis est hic panis, vi caloris gyrat sese atque in orbem volvit: Graecus quidem, dum in foco torretur; at noster, qui alio modo fit, dum igni admovetur mensae imponendus. Etiam vox ἐνθρυπτόμενος, quam usus Lynceus hoc loco, ab obeliis aliena non est. Comminuuntur enim facile, ac quasi friantur, dum poculo induntur: magis, si prius, quam intingantur, ori admoveas. Mendas autem, quibus obsidetur iste locus, ita tollendas censemus: καὶ τοιαύτην ἐνθρυπτόμενος ἔχει πρὸς τὸν γλυκύν συναυλίαν, ὁμῶς προσβιαζόμενος, ὡς Ἰχυμαζόν τι συντελεῖ· καὶ καθάπερ ἄναν. Absurde scriptum est in vulgatis συναυλιασμόν, unde fecimus συναυλίαν, ἁμῶς.*



Praecedens vox *τοιαύτην* satis probat, scribendum esse *συναυλίαν*. Id verbi proprie tibicinum simul tibiae infantium concentum significat: deinde ad alia venuste transfertur, p. 209. ut hoc loco, et saepe apud scriptores. Post vocem *προσβιαζόμενος* inferimus *ώς*, et *καὶ* ante *καθάπερ*. Quarum mendarum eadem origo est, de qua saepe diximus. *ἀνανήθειν* et *ἀναπεινῆν* pluribus exprimere coacti sumus, tum propter penuriam Latinae linguae, tum ut lucem afferremus huic loco interpretibus nimis tenebricoso. L. IV. *ἐνήθειν* eodem sermo sensu usurpatur: *παρειμένοι καὶ κρηβαρῆντες ὑπὸ τῆς μέθης, ὅποτε τι τῶν ἀγομένων θεασαίμεθα, πάντες ἐξενήθομεν. Οἷνες ἐκπεργίσεbamur, et sobriis hominibus similes fiebamus*. Ubi iterum errant interpretes. Epitome, quam his scriptis inspeximus, non minus; quam vulgati codices, corrupta, vocem tamen *συναυλίαν* integram retinuit. In eadem *καθάπερ γάρ. Ταβάριτες* panis in ecloge dicitur *Ταβυρίτης*. Errant, qui a Tabis, oppido Ciliciae vel Lydiae, ut placet Stephano, pani huic nomen volunt inditum: nam *Ταβίτης* vel *Ταβαίτης* fuisset dicendum. Parvum fuisse et qui ore capi posset, declarat versus Sopatri: *Ταβχρίτης δ' ἄρτος ἦν πλησίοναδος*. Eclogarius tamen, quasi interpretans vocem *πλησίοναδος*, de suo adjecerat: *ἔσι δὲ μέγας ἄρτος*. Sed fallitur. *Achaïnas* panis a loco nomen habuit: oppido nempe illo, nisi fallor, unde Achainos cervos poëtae appellarunt. Acclamatio usitata in Megalartiorum festo: *Ἀχαίην σέατος ἔμπλεον τράγον*. Haud dubie corruptam doctis sanandam relinquimus. Nam medicina, quam facit huic loco Dalecampius, *τρώγισσα* solum emendans pro *τράγον*, pristinam illi, si quid judico, sanitatem non assert. Fortasse rectum sit, *Ἀχαίην σέατος ἔμπλεον ἄρτον*, favente nonnihil, quod scribit ex hoc loco Eustathius, solitum *ἄρτον ἐπιλέγεσθαι*. Aristophanis fabula *Γῆρας*, *Senium*, diversa est ab alia ejusdem, passim nominata in his libris, *Ἰηρυτάδης*. Quo nomine etiam Antiphanes fabulam docuerat, nisi fallunt nos Athenaei codices. *Senii* argumentum declarant, quae supersunt, fragmenta. De senectutis incommodis egisse comicum, constat ex petitis inde versibus, qui apud Pollucem l. IV. c. 15. Postea inducebantur senes quidam recocti ac priori aetati restituti, qui fortuna sua abutentes ferebant cuncta passim atque agebant. Indicio sunt verba Athenaei hoc loco: *ποιεῖ δὲ λέγασαν ἀρτόπωλι, διηρπασμένων αὐτῆς τῶν ἄρτων ὑπὸ τῶν τὸ γῆρας ἀποβαλόντων*. Postrema vox mi-





rifice exposita ab interpretibus. Sed γῆρας ἀποβάλλειν est *senectutem exuere*. Hujus dramatis saepe meminit Julius Pollux. At l. X. c. 20. ita scribe hunc ex eo versum: Ἐφ' ὕδριαν δανείζειν πεντάχην ἢ μείζονα. Idem alibi: Ἀριστοφάνης Γῆρα. Σὺ δ' ἐχ' ἡγῆ μ' ἐν δὲ ὀλίγας ἡμέρας. Corrige: Σὺ δ' ἐχ' ἡγῆ μὲ καὶ ὀλίγας ἡμέρας; Panis subcineritii sive *encryphiae* etiam Hippocrates facit mentionem popular. morb. l. VII.: ἄρτος ὡς ἡμιχοίνικος ἐγκρυφίης. De *dipyro* sive *nautico* pane afferuntur testimonia Eubuli e Ganymede et Alcaei, item e Ganymede. Sed aut intercidit penitus Eubuli locus, aut illius sunt ista solum: Διπύρης τε Ἰσχυρός. Sequentia, οἱ δίπυροι δ' εἰσὶ τίνες; Ἄρτοι τρυφῶντες, velint nolint docti viri, Alcaeo p. 210. afferimus nos. Pollux l. VII. c. 10.: Ἀλκαῖος ἐν Γανυμήδει διπύρης ἄρτος εἶπεν. Οἱ δὲ δίπυροι ἄρτοι τινές εἰσι τρυφῶντες. De Alcaei comici fabulis super. c. diximus. Eubulum quoque Ganymedem docuisse, testis Athenaeus l. VI. *Laganum* et *apanthracis* inter placentas vulgo censentur: neque video caussam, cur hic inter panum species eorum fiat mentio. ἀνθρακίδα Graeci vocarunt, ait enarrator Aristophanis, omnes cibos super pruna tostos,

## CAPUT VICESIMUM SEPTIMUM.

*Explicatur, quaeenam fabulae dicantur aliarum disσκευαὶ et ἐπιδισκευασμένα δράματα. Item, quae priores et posteriores. διασκευάζειν, interpolare librum.*

Athenaei verba sunt: Ἐπίχαρμος ἐν Ἡβας γάμῳ καὶ Μεσαις, τὸτο δὲ τὸ δράμα διασκευῆ ἐστὶ τῆ προκειμένη. Quid hic sit *διασκευῆ*, intererat fidei interpretum quaerere diligentius, vel eo saltem nomine, quod non pauci in hoc auctore similes sunt loci, quos eadem opera omnes exposueris. Putarunt docti viri, *διασκευῆν* appellari fabulam, quae alteri velut praeluderet, essetque posterioris *apparatus et dispositio*, ut illi vertunt. Nos contra l. l. c. 23. *διασκευάς* et *δισκευασμένα* vel *ἐπιδισκευασμένα* δράματα solita appellari dicebamus fabulas semel jam scriptas editasque, sed, quia non steterant, nova lima et impensiore diligentia correctas et interpolatas. Morem hunc



fuisse veteribus comicis, ut idem argumentum saepius tractarent. et emendatas fabulas pro novis in scenam deferrent, testis comici scholiastes ad Nebulas, scribens: Δοκίμοι καὶ οἱ ἄλλοι κωμικοὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν λημμάτων τὰ αὐτὰ εἰσάγειν δράματα. Has fabulas proprie appellarunt *δισκευασμένα δράματα*, ut loquitur Athenaeus l. XV. vel *ἐπιδισκευασμένα*. Galenus docet clare in Hippocr. de salubri diaeta. *ἐπιδισκευασθαι*, ait, λέγεται βιβλίον ἐπὶ τῷ προτέρῳ γεγραμμένῳ τὸ δεύτερον γραφέν, ὅταν τὴν ὑπόθεσιν ἔχον τὴν αὐτὴν καὶ τὰς πλείστας τῶν ῥήσεων τὰς αὐτάς. τινὰ μὲν ἀφηρημένα ἐκ τῆ προτέρῃ γραμματος ἔχει, τινὰ δὲ προσκειμένα, τινὰ δὲ ὑπηλλαγμένα. παράδειγμα δ' εἰ βέλει τέττα σαφηνείας ἕνεκα. τὸν δεύτερον Αὐτόλυκον. Εὐτόλιδος ἔχεις ἐκ τῆ προτέρῃ δισκευασμένον. Critici veteres in argumento Nebularum Aristophanis: Ἀριστοφάνης ἀπ' ἰλιφείας παραλόγως, ᾤθη δεῖν ἀναδιδάξας τὰς δευτέρας κατακεύθεσθαι τὸ θέατρον. ἀτυχῶν δὲ πολὺ μᾶλλον καὶ ἐν τοῖς ἔπειτα, ἐκέτι τὴν διασκευὴν εἰσήγαγεν. αἱ δὲ δευτέραι Νεφέλαι ἐπὶ Ἀμεινίᾳ ἀρχοῖτος (ἐδιδάχθησαν). τῆτο δὲ ταῦτό ἐστι τῷ προτέρῳ· δισκεύασι δὲ ἐπὶ μέρους. Paulo post: καθόλα μὲν ἔν σχεδὸν παρ' ἅπαν μέρους γεγενημένη διάρθασις· τὰ μὲν γὰρ περιήρηται, τὰ δὲ πέπληνται, καὶ ἐν τῇ τάξει καὶ ἐν τῇ τῶν προσώπων διαλλαγῇ μετεσχημάτισαι. Perspicuum ex his est, quid Athenaeus p.211. intelligat, quoties aliquam fabulam alterius appellat *δισκευήν*. Quod verbum diverso sensu usurpant interdum critici: ut. cum scribunt, discrimen fuisse inter veterem et novam comoediam et ratione ὕλης, *materiae*, et ratione *δισκευῆς*, *formae et texturae*. ἐν μὲν γὰρ τῇ τῆς νέας διασκευῇ, inquirunt, χορῆ ἐκ ἔδει ἐν ἐκείνῃ δ' ἔδει. Sed aliud est, *διασκευὴν* attribuere fabulae, aliud, ipsam fabulam appellare *δισκευήν* alterius. Athenaeus l. IX. μετασκευάζειν verbo appositissimo usus, de istiusmodi fabularum emendatione loquens. Anaxandrides, inquit, ὅτε μὴ νικῶν, λαμβάνων ἔδωκε εἰς τὸν λιβανωτὸν κατατέμεῖν, καὶ ἔμστεσκεύαζεν, ὥσπερ οἱ πολλοί. Quoties victoriam non referebat, fabulam in manus sumtum tradebat disperendam ad thuris cucullos, neque, ut plerique solent, eam corrigebat. Porro ista recentata dramata interdum nomen diversum habuerunt a priore, cuius rei exemplum est isto loco. Nam prior Epicharmi fabula nomen habuit *Hebes nuptiae*, posterior *Musae*. Sic l. IX. Βυτάλιον Ἀντιφάνης dicitur fuisse *διασκευὴ τῶν Ἀγροίκων ἐνός*, *interpretatio unius agrestium*: quae verba ibi expendemus. L. XI.



Diphili *Miles* appellatur διασκευῆ τῆ Αἰρησιτελῆς, fabulae prius ab eo editae. Interdum commune fuit utrique fabulae idem nomen, sed prioris et posterioris cognomine invicem distinguebantur. Sic προτέρας et δευτέρας Θεσμιοφορίας interpretabamur l. I. Sic ejusdem comici πρώτας et δευτέρας Ναφέλας, et priorem ac posteriorem Pacem, nec non Plutum priorem et alterum laudatum invenias. Eupolidis Autolycum πρώτον καὶ δεύτερον Galenus, Pollux aliique citant. Archippi priorem et posteriorem Amphitryonem. Neque solum comici hac diligentia usi, verum et tragici quoque nonnunquam. Exemplum esto in Euripidis Hippolyto, de qua tragoedia scribunt veteres: ἔσι δὲ ἔτος ὁ Ἰππόλυτος δεύτερος καὶ ἐστὶ Φαίνας προσαγορευόμενος· ἐμφαίνεται δὲ ὑπερον γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον ἐν τέτῳ διαρῶνται τῷ δράματι. Phrixum etiam poetae ejusdem priorem et posteriorem laudat Aristophanis scholiastes. Non semper autem utraque fabula producta est, sed tantum altera: qua de re plura erunt dicenda l. VI. c. 6. Ab hac notione verbi διασκευάζειν manavit affinis alia, cum pro librum corrumpere accipitur. Galenus de dogm. Hippocr. et Plat. l. VI.: τὰ δ' ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταφέρεσθαι λεγόμενα τέτταρα ζεύγη φλεβῶν ἐμβεβλήσθαι τέ μοι δοκεῖ τοῖς ἐπιγραφομένοις Ἰπποκράτης συγγράμμασι, καὶ διασκευάζθαι φανερώς. Videntur mihi inserta esse libris iis, qui sub Hippocratis nomine exstant, et manifesto adjecta esse verbis auctoris. l. VIII.: γεγραμμένον δὲ τῷ Ἰπποκράτη βιβλίον περὶ φύσεως ἀνθρώπου, προστεθέντος δ' αὐτῷ καὶ τῆ περι διαίτης μικρῆ βιβλιδίον, καὶ τινος παρεντεθείσης ἀνατομῆς φλεβῶν, ἣν ὁ διασκευάσας δοκεῖ μοι προσθεῖναι τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου καὶ τῷ περὶ διαίτης. Diogenes Laërt. in Democrito: τὰ δ' ἄλλα, ὅσα τινὲς ἀναφέρουσιν εἰς αὐτὸν, τὰ μὲν ἐκ τῶν αὐτῶ διασκευάζονται, τὰ δ' ὁμολογημένως εἰσὶν ἀλλότρια. Aliquando etiam pro libri depravatione διασκευῆ ponitur. Aristaeas, scriptor antiquissimus: ἐπεὶ καλῶς καὶ ὁσίως δαιμονεύεται, καὶ κατὰ πᾶν ἠκριβωμένως καλῶς ἔχον ἐσὶν, ἵνα διακρίνη ταῦτα ἕτως ἔχοντα, καὶ μὴ γένηται μηδεμίαν διασκευῆ. Mox: ἐκέλευσε διαράσασθαι, εἴ τις διασκευάσει, προστιθεῖς ἢ μεταφέρων τι τὸ σύνολον τῶν γεγραμμένων, ἢ ποιόμενος ἀφαιρέσιν. Ex his intelligimus, quam late pateat vox διασκευῆ apud criticos. Galenus paulo aliter l. II. de Hippocr. scit. et Plat.: τῆς τῆς ὑμένας ἐτόλμητάν τινες ἐκ εἶναι λέγειν, ἀλλ' ὑπ' Ἐπιστάταις διασκευάζθαι δόγματος ἕνεκεν κατασκευῆς. Scri-



be: ἀλλ' ὑπ' Ἐρασιστράτου διεσκευάσθαι δόγματος ἕνεκεν κατασκευῆς. *Ausi sunt quidam dicere, nullas esse huiusmodi membranas, sed ab Erasistrato esse falso adjectas studio defendendi sui dogmatis.* Apud eundem magnum scriptorem saepius legas νόσον καὶ διεσκευασμένον, tanquam ἐκ παραλλήλων posita vocabula, in Hippocraticis commentariis. Porro autem, quas vocabant dramatici ποιῆται διασκευάς, alii auctores νέας vel δευτέρας ἐκδόσεις. Saepe enim accidit, ut scriptores accurati editos a se libros sub incudem revocarent, serio castigatos denuo ederent, et, ut de se ait Tertullianus, properatum opus pleniore scriptione rescinderent. Unde eveniebat aliquando, ut in doctorum manibus scripti ejusdem duae diversissimae editiones versarentur. Quo ex fonte errores multos manasse non dubitamus, observatos saepe nobis etiam in antiquissimis veterum auctorum manuscriptis. Ejusmodi est, quod de Eunapio scribit Photius, cujus verba non gravabimur adscribere: Δύο πραγματείας τὴν αὐτὴν περιεχέσας ἰσορίαν συνεγράψατο, πρώτην καὶ δευτέραν. καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πολλὴν κατὰ τῆς καθαρᾶς ἡμῶν τῶν χριστιανῶν πίσεως κατασπεύρει βλασφημίαν, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν ἀποσεμνύει δεισιδαιμονίαν, πολλὰ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων καθαρτόμενος· ἐν δὲ τῇ δευτέρῃ, ἣν καὶ νέαν ἐκδοσιν ἐπιγράφει, τὴν μὲν πολλὴν ὕβριν καὶ ἀσέλγειαν, ἣν κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐσκέδαζεν, ὑποτέμνεται. Lege, quae sequuntur. Similiter et Zosimus, alter Christiani nominis hostis, historiae prius publicatae νέαν ἐκδοσιν postea edidit, auctore eodem Photio.

## CAPUT VICESIMUM OCTAVUM.

*Panis ὄμορος, σαιτίτης, ἡμιάρτιος. Platonis Nox longa. Panes Cicilii et collabi. Eustathii error. Phrynichi fabula Poastriæ. Mulieres ποάστριαι ὀρνίδης ἄρτος. Philyllii fabula Αὐγή. πυροὶ τρίμηνοι. μακωνίδες. Papaver et sesamum. ἐνθαλάμια. Chryfocolla. Semen lini inter esculenta, itemque cannabinum. Olen. ἐτνίτας ἄρτος, λεκιθίτας, et πανός. Blaesus scriptor. ναζός.*

**E**picharmus in ea fabula, de qua proximo capite diximus, panum haec enumerat genera: κριβανίτην, ὄμορον, σαιτί-



την, ἐγκρίδα, ἀλειφατίτην, ἡμιάρτιον. Quid appellat panem ὄμορον; Auctore Hefychio, ὄμῆρα vel ὄμορα dixerunt similaginem cum melle et sesamo coctam. Inde et p. 213. panes quosdam ὄμορίτας appellarunt. quorum meminit idem Hefychius. Non dubito, de his sentire Epichar- mum, et mox quoque Sophronem. *σαιτίτης* in excerptis et quibusdam MSS. *σαιτίτης* dicitur. Et Hefychius, nisi est mendum: *σαιτίας, ἄρτε εἶδος*. Eustathius legit, ut nos, *σαιτίτης*. In glossis Hefychii *σαιτίτης* placenta cognomen. *ἡμιάρτιος* panis a figura dimidiati circuli nomen invenit. Hefych.: *ἡμιάρτιον, εἶδος ἄρτε ἡμικυκλῶδες*. In fine verborum Sophronis lacunam explebam, et scribebam: *καὶ ἡμιάρτιον καὶ σαιτίταν*. Nam eorundem fecisse illum mentionem, ait Athenaeus, quorum modo Epichar- mus meminit. Sed reperi postea in Huraldino codice eam vocem, cujus in libris aliis tenues solum exstant reliquiae. Ita igitur scribe: *καὶ ἡμιάρτιον ἐκτίθεται*. Sequitur ex eodem poeta: *Εἰς νύκτα μ' αἰτίχ' σὺν ἄρτω πλακίτη*. Lego *ἐσιχ' σὺν ἄ. π.* Et statim *τοῖς παιδίοισι νεαλῆ, recen- tem*, ut tollatur lacuna. Platonis comici fabula, cujus index erat *Nox longη*, laudatur et Polluci l. VI. c. 33. Videtur non dissimilis fuisse argumento Amphitruoni Plau- ti. Nox enim longa fuit illa, qua fatus Hercules. In ea fabula Plato *τὰς μεγάλας ἄρτεσ καὶ ῥυπαρὰς Κιλικίεσ ὀνο- μάζει*, inquit Athenaeus. Operae pretium sit, Eustathii verba adscribere de collabis et Ciliciis panibus disputan- tis: *Ἐν τοῖς τῷ δειπνοσοφιστῷ φέρεται, ὅτι δοκῶσιν οἱ Κιλι- κες, ἴσως μὲν οἱ Ὀμηρικοὶ, ἴσως δὲ ἕτεροι, ἐν ἀγαθοῖς ἄρ- τοῖς χρῆσθαι· διὸ καὶ οἱ Κιλικιοὶ ἄρτοι ἐν ἔπαινον εἶχον, οὗ αὐτοὶ τοῖς κολλάβοις ὄντες*. Et mox superiora Athenaei verba respiciens, *ὄρα τὸ μεγάλας*, inquit, *ὃ κωλύει ψωμι- σιας τὰς κολλάβεσ νοεῖν*. Sed errat Eustathius, cum panes Cilicios et collabos eosdem putat. Imposuit illi suus codex Athenaei, in quo sequentia aliquanto post Athenaei verba, *τῶν κολλικίων δ' ἄρτων, οἱ αὐτοὶ δ' εἰσὶ τοῖς κολλά- βοις*, ita invenit scripta: *τῶν Κιλικίων δ' ἄρτων*. Magno errore. Sequitur non longe: *Φρύνιχος δ' ἐν Ποαστρίαις*. Hanc ipsam fabulam et l. X. puto intelligi, scriboque etiam ibi *Ποαστρίαις*, non *Παιστρίαις*. Nam Phrynichi Poastrias nominant Pollux l. VII. c. 10. l. X. c. 36. et Harpocra- tion in *ἐξέλης*. Reperio, et Aristophanem eodem titulo fabulam docuisse: nam auctor commentariorum in Aves *Ποαστρίαις* Aristophaneas laudat. *Ποάστριαι* sunt mulieres sarritrices, quae herbas nocivas de hortis tollunt vel fege-



tibus. Archippus comicus: Σκαφεῦσι, κηπωροῖσι, τοῖς τ' ὀνηλάταις, Καὶ ταῖς γυναῖξιν προσέτι ταῖς ποασρίαις. Hesy-chius scribit, omnes in univēsum mulieres, quae opus ruri faciant mercede conductae, sic fuisse vocitatas. Et Pollux docet, ποάσριον veteres appellasse sarculum aut aliud farritionis instrumentum, quod ejus aetate vocabatur χορτοκόπιον. Pergit auctor: ὀρνίδας δ' ἄρτα μέμνηται Σοφοκλῆς. Scribendum ὀρνίδας, auctoribus Hesychio et Polluce. Locum Aristophanis e Tagenistis emendavimus jam ante c. 16. Philyllium in Αὐγῇ laudat iterum l. IX. P.214. et tertium l. XI. magno librorum consensu. In Suidae collectaneis legas: Ἀνάλφιτον, Φιλύλλιος Αἰγεῖ. Scribo Αὐγῇ. Probat, fieri collabos e recente tritico, quia dixit Philyllius: Αὐτὸς Φέρων πάρειμι πυρῶν ἐκγόνους τριμήνων, ἰγαλακτοχρῶτας κολλάβας τερμῆς. Cave, confundas πυρῆς τριμήνης, id est, triticum ante menses tres collectum, cum trimestri tritico, de quo Plinius l. XVIII. c. 7. μακωνίδες panes papavere sparios fuisse, ipsum nomen arguit. Ideo Virgilius dixit *Cereale papaver*, quia, inquit Servius, panis ipso adspargatur. Inter condimentarias herbas papaver et sesamum non postremum locum tenebant. Multa de vario esu papaveris Galenus l. VII. de facult. simpl. medic. Ideo cum aliquid studiose politum significare vellent, σησαμοειδῆς et papavere ac sesamo sparsum dicebant. Petronius: *audiunt mellitos verborum globulos, et omnia dicta factaque quasi papavere et sesamo sparsa*. Maconidibus Alcmanis non erant dissimiles, quae alii Gracci ἐνθαλάμια vocabant, et ipsa papavere ac sesamo condita. Hesychius: ἐνθαλάμια, πλάσματα ἐκ μήκωνος καὶ σησάμης. In testimonio Alcmanis scripsimus, ἐπισεφεῖς σελίνῳ τε, σησάμῳ τε, ex MSS. et epitoma. Vulgo ἐπισέφοισαι λίνῳ. Mendose. Etsi linum potest locum hic habere, ut statim: χρυσοκόλλα ἐστὶ βρωμάτιον διὰ μέλιτος καὶ λίνου. Hesychius chrysocollam ait parari ἐκ λίνου σπέρματος καὶ μέλιτος. Sic semper λίνον de lini femine interpretandum, quando inter illa censetur, quibus vescimur. Indebant cibis semen lini, ut acrimoniam illis conciliarent. Ideo Artemidorus l. I. c. 70. inter acria nominat junctim ceu cognata sesamum, lini semen et finapi. Galenus l. V. de facult. simpl. pharm. lini semen inter illa habet, quae et alimenti et pharmaci usum praestent. L. autem VII. docet idem, solitum semen lini et frictum et non frictum mensis praeparari. Plutarchus in l. de Iside inter lini laudes ponit, quod καρπὸν ἐδώδιμον ἀναδίδωσι.



Idem erat et cannabini feminis usus inter tragemata, ut scribit Galenus l. II. de facult. aliment. In versu Aristophanis, *Κολλύραν μεγάλην, καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῇ*, nescio, quid moverit interpretes, ut *κόνδυλον* legerent. Scimus, quid *candylus* fuerit olim, et quale cibi genus: sed errare foede, qui eam vocem huc inferciunt, hoc quoque scimus. Omnes manu exarati Athenaei codices *κόνδυλον* habent: ita etiam legit Eustathius. Ita in Aristophane scribitur hodieque. Postremo antiquus comici enarrator de ea lectione ne dubitare quidem nos finit. In ecloga ex Epilesmone Pherecratis scriberem: *Ὠλεν, ὀβελίαν σποδιῇ, ἄρτα δὲ μὴ προτιμᾶν*. Olen proprium viri nomen. Hunc monet, ut obelias quidem torreat et paret, sed ne pani anteponat: hoc est, ut obeliis utatur, non ut *ἐδέσμασι*, sed ut *ἡδέσμασι*. Subjicitur: *ἐνίτας ἄρτος ὁ προσαγορευόμενος λεκιθίτας*. Paulo post, ubi plura de hoc pane, scribitur *ἐνίτας*. Vera lectio est *ἐνίτας*. Hefychius: *ἐνίτας, ἄρτος ἕτος ὁ λεκιθίτας*. Convenienter Athenaeo. *Lecithitae* mentio fit l. VIII. in *χελιδονίζοντων* cantico. *χελιδῶν καὶ λεκιθίταν ἐν ἀπωθεῖται*. Sed panem hunc in placentarum censum alii referunt. Eustathius *λεκιθίταν* interpretatur *πλακῆντα*, ᾧ *παρκεμικται* καὶ ᾧ *λέκιθος*, placentam, cui admixtum ovi luteum. Quo illis mens, qui *lecithitam* dictum tradunt ob effusum oleum, qui *λέκυθος* sit *trulla olearia*? Quot verba in his, tot portenta. Non capio fatis, quod sequitur: *πανὸς ἄρτος*. *Μεσάπιοι καὶ τὴν πλησμονὴν πανίαν, καὶ πάνια τὰ πλήσματα*. Vellem, planius animi sui mentem exposuisset: nam haec aenigmatis similia. An hoc vult, *πανὸν* apud quosdam Graecorum panem dictum fuisse? Eclogarius ita excerpfit: *πανὸς δὲ τις ἄρτος ἔτω καλεῖται, ὅτι Μεσάπιοι τὴν πλησμονὴν πανίαν, καὶ πάνια τὰ πλήσματά φασι*. Etiam MSS. meliores Athenaei *πλήσμια* scribunt, non *πλήσματα*. Blaesus, qui deinceps laudatur, illaudatus est auctor, nedum ut ejus fabula *Mefotriba* nobis aliunde sit cognita. L. XI. nominatur ejus drama *Σατῆρνος*, *Saturnius*. Ex quo suspicamur, sub imperio Romano vixisse illum et scripsisse. Hefychius unus praeterea, quod sciam, e veteribus Blaesum nominat duobus locis: quorum alter est in litera M, alter in Φ, uterque medicinae egens. De nasto pane et de voce *νασός*, cujus gratia tam acerbe Galenus exagitat Asclepiadem, dicemus alibi *ἀκριβῶς*. Ad manum sunt, quae de eo pane sive placenta scripsere Pollux, Hefychius atque Etymologici magni auctor.



Pro eo, quod hic ζυμίτης appellatur iste panis, in Hefy-  
chio reperies ἀζυμίτης.

CAPUT VICESIMUM NONUM.

Κνηστός, panis rasilis. Θρόνος, Βάκχυλος, σποδίτης,  
ἄρτων κεκρύφαλος. Eresi περικύμων μαζός. Pa-  
nis Tegeaticus σεμιδάλεως υἱός. Γοναῖς δεικνύειν.  
Theario, Μιθαεῦς, Σαραμβός. κριβαίων ἐδώ-  
λια. Collices Thessalici. Chrysiptus Tyaneus.  
Materia. Cappadocii panes. λαχμαὶν Syrorum.  
Boletinus.

Κνηστός ἄρτος ποῖός παρὰ Ἴωσιν, inquit auctor ex Arte-  
midoro Ephesio. Non explicant haec, quale genus panis  
ita fuerit Ionibus appellatum. Minus multo id scias ex  
Hefychio, cujus haec: κνηστός ἄρτος, Ἀρτεμίδαρος.  
Causam nominis suspicatur fuisse Eustathius διὰ τὸ  
κνᾶσθαι, ὡς εἰκός, καὶ ἔτω διχιδόσθαι, quod rasilis distri-  
bueretur. Hodie panis imponendi mensis procerum cru-  
sta inciditur, ac fere tota adimitur. An hic est κνηστός,  
id est, rasilis panis? An κνηστόν eum potius appellarunt,  
quem idiotismus noster *rain graté*? Id enim est κνῆν.  
Homerus: αἰγείον κνῆ τυρόν Κνήσει χαλκείῃ. Inde caseus  
κνηστός. Similiter igitur dictus panis κνηστός. L. XII. in  
descriptione candauli, qui fuit Lydorum cibus: γίνεται  
ἐξ ἐφθῆ κρέως, καὶ κνηστῆ ἄρτε, καὶ Φρυγία τυρῆ. Ut  
probetur, Θρόνον panem quendam esse dictum, proferun-  
tur Neanthis verba: Ὁ δὲ Κόδρος τόμον ἄρτε τὸν καλῆ-  
p.216. μενον Θρόνον λαμβάνει. Probatio erit clarior longe, si  
scribas τῆ καλεμένῃ Θρόνε. Planior item oratio, si νέμει  
scribas in fine pro νέμεισι. De pane *bacchylō* hoc tantum  
Athenaeus, eum esse, qui dicatur Eleis σποδίτης. Ex-  
spectabam post ista testimonium aliquod veterum scripto-  
rum, qui *bacchylum* nominassent. Nullum affertur: sed  
Diphili, qui *sproditae* meminit. Hefychius: Βάκχυλον,  
σποδίτην ἄρτον Ἠλεῖοι. Vulgo edunt σπονδίτης. In versu  
Diphili, Ἄρτεσ σποδίτας χρυσειρήτας περιφέρει, tertiam  
dictionem non dubito vitium continere. De eo, qui  
ἀποपुरίας dicebatur et ζυμίτης, consule, si libet, in





illis vocabulis Hefychium. Cratini verba inquinatissima sunt: Πρώτον ἀποπυρίαν ἔχω ζυμιταμιάδε πλέεσ κνέφαλον. Lego: ἀποπυρίαν ἔχω ζυμίταν, μὲν Δι', εἰ πλέων κερύφαλον. Habeo panis cineritii fermentati non plenum reticulum. κερύφαλον appellat, quem γύργαθον alii Graeci, Latini *reticulum panis*, ut dicebamus ad Theophrastum. Potest etiam ita: ἔμπλεων γναφάλων, ut de aceroso pane intelligamus. γνάφαλον, *to mentum*, pro acere tritici non inuenisse usurpaverit. Strabo auctor est, Eresum, Lesbii oppidum, sitam fuisse in colle, pertinuisseque ad mare. Hoc voluit Archesstratus isto versu: Ἐν Λέσβῳ, κλεινῆς Ἐρέσθι περικύμωνι μασῶ. Ubi scribi malim: Ἐν Λέσβῳ κλεινῆ, ἢ Ἐρ. Vox περικύμων improprie loco tribuit, quem non ex omni parte pulsat fluctus. Melius idem alibi: Πίνειν ἐν Λέσβῳ περικύμωνος ἐκγεγαῶτα. Corrige sequente versu operarum errorem, ac scribe: Λευκότερ' αἰθέριος χιόνος. Legit dein Dalecampius Θεοὶ ἤνπερ ἔδασι. Noli sequi. Nam verum et rectum est: Θεοὶ εἴπερ ἔδασι Ἄλφει, ἐπειθεὶν ἰὼν Ἐρμῆς αὐτοῖς ἀγοράζει. Si dii vescuntur panibus bordeaceis, illuc itat Mercurius, ut inde panem ipsis comparat. Simile est l. I. Varronis de Plauto: *Musas Plautino sermone locuturus fuisse, si Latine loqui vellent.* Panem Tegeaticum σεμιδάλσος υἶον vocat Archesstratus, sicut paulo ante Phillyllius collabos πυρῶν ἐκγόνας. Antiphanis super Atticis panibus allata ecloga sic definit: Μίμημα χειρὸς Ἀττικῆς, εἰς δὴ γοναῖς Θεαρίων ἔδειξε. Postrema verba difficultate non carent, γοναῖς interpretantur docti *posteris*, id est, ἐκγόνοις. Quaerant, cui probent. Nos sic: *quos panes Thearion Panathenaeis edidit*, ceu artis suae specimen. Mos veterum omne genus artificum, solennibus festorum diebus de palma invicem contendere. Non enim soli poëtae suas fabulas committebant, verum etiam omnes alii, quicumque artis alicujus fiduciam habebant. Hae sunt, quas Graeci δαίξεις, Latini *commissiones* passim vocant: de quibus non repetam, quae nota sunt omnibus. Dicam tantum, verbum ἔδειξεν hic aliter accipiendum non fuisse. γοναῖς interpretor *Minervae festum natalitium*. Panathenaeorum et Quinquatriorum id fuit argumentum. Sequitur Platonis locus, et in eo haec verba: Θεαρίων, ὁ ἀρτοκόπος, καὶ Μίθαικος, ὁ τὴν ὀψοποιίαν συγκαταγεγραφώς τὴν Σινελικὴν, καὶ Σάραμβος ὁ Κάραβος, ὁ κἀπηλος. Hodie apud Platonem scribitur ἀρτοποιός, non ἀρτοκόπος, ex nupera viri docti emendatione, imo, ut



vides, corruptione. Etiam Xenophon usus eo vocabulo, ut observat Pollux. Thearion, Mithaecus et Sarambus a Platone nobilitati etiam in aliorum scriptis leguntur. Themistius orat. I.: *Μίθαικός τις ὢν ἔνδοθεν ἢ Θεαρίων.* Scribe apud eundem orat. IV.: *κάπηλος ἔτος ἢ αὐτοπώλης κραιψότερος μικρῷ Σαράμβε καὶ Θεαρίωνος.* Illa, ὁ Κάραβος, non sunt apud Platonem, imo vero, ut censeo, non sunt Platonis, sed Athenaei variam scripturam codicum Platonis obiter indicantis. Lego audenter ἢ Σάραβος, ὁ κάτ. Sic quidam istum nominant, non Sarambum. Vide apud Tzetzem in X. chil. Pollux neque hoc neque illud, sed Sarabonem, si modo ita scripsit l. VII.: *Σαραβωνα ὁ Πλάτων κάπηλον ὠνόμασεν, ἐπαινῶν αὐτὸν ἐπ' οἰνεργίᾳ.* Plerique tamen *Sarambum* indigetant: in his etiam Dicaearchus in geographicis fragmentis. Apud Plautum celebris vinarii nomen est *Exaerambus* in Asinaria: *Sed vina heri quae vendidi vinario Exaerambo.* Ego non memini eam viri appellationem usquam apud Graecos legere. Ac fortasse *Sarambo* scripserant et Plautus et Graecus ille comicus, quem poeta Latinus sequitur auctorem, et Aristides rhetor in Themistocle. Subjicit Athenaeus ex Aristophane: *Ἦκω Θεαρίων ὡς ἀρτοπώλιον λιπῶν, Ἴν' ἔσι κριβάνων ἐδώλιχ.* Postremum verbum, quia Graecum non arbitror, muto, ac scribo ἐδώλιχ. Sic appellat haes, quibus insunt cribani. Illas dico aeneas mensas sub testa poni solitas, quarum meminit Athenaeus l. VIII.: *ἐνέθηκα κριβάνω, ὑποθεῖς τράπεζαν χαλκίην, ἐσάθεισά τε τῷ πυρί.* In fornace calcaria solum lapide sternebant, qui dicitur Catoni *fortax* c. 38., ut conjiciebat magnus Turnebus. Ergo ita exponamus: *Adjuu Thearion, relicto meo artopolio, ubi sunt cribani.* κριβάνων ἐδώλιχ periphrasis pro *cribani*. Furnis lateres erant subjecti, ut paulo post dicitur. Non multo post ex Ephippo: *Παρ' Ἀλεξάνδρου δ' ἐκ Θεσσαλίας κόλλινα φαγῶν κριβανος ἄρτων.* Prima verba ita verte: *cum edisset collicem ab Alexandro e Thessalia missum.* Alexander, opinor, est Pheraeorum tyrannus. Pherae enim Thessaliae oppidum. Collices Thessalici omnium optimi. Arcestratus: *Κόλλιξ Θεσσαλικός σοι ὑπαρχέτω.* Extrema sunt corrupta. Fortasse κριβάνιον, vel ἐν κριβάνε ἄρτων. In iis, quae mox loquitur Arrianus, agnosce reliquia veteris poetae, cum ait: *ἡμεῖς γὰρ ἔτε ἀλφίτοισι χαίρομεν, (πλήρης γὰρ ἄρτων ἢ πόλις).* Si unam adjicias dipodiam, integri fuerint senarii duo. Ait Arrianus: *ἐπὶ καὶ ἄλλω Χρυσίππε*



τῶ Τυανέως συγγράμματι ἐνέτυχον, *incidi in alium Chryssippi Tyanei librum*. Cur ait alium? Nihil enim praecessit, quo istud referas. Scribe ἐπεὶ καὶ γὰρ X. Et statim ἔρχομαι λέγων non recte positum pro ἔρχομαι λέξων. Herodot.: ἔρχομαι ἔρέων vel Φράσων. Athen. non multo post: ἔρχομαι καὶ γὰρ λέξων τι περὶ αὐτῶν τὰ τῆς τέχνης. Chryssippum Tyaneum. ex quo tam multa recitat hic Arrianus, recentem Athenaei temporibus scriptorem fuisse, indicio sunt Romana vo- p.218. cabula, quibus utitur. Ut: δεῖ δὲ τὴν ματερίαν ἀνεπιμένην ποιεῖν. *Materia* Latinis est, quam vernaculus sermo noster *pastam* appellat. Plinius: *Durat sua Piceno in panis inventione gratius ex alicae materia*. Panis Cappadociae etiam l. IV. fit mentio in Carani nuptiis: προσεδόθη καὶ ἀργυρῶν ἄρτοφόρον ἄρτων Καππαδοκίων. Addit: τὸν δὲ τοῖστον ἄρτον οἱ Σύροι λαχμὰν προσαγορεύουσι. *Syris dicitur lachman iste panis*. Hebraeis dicitur panis מַחְלֵ, *lechem*, Syris et Chaldaeis נַחְמָל, *lachma*. Proprius ad vocem *lachman* accedit Chaldaica dictio in glossis Aruk מַחְמַלֵ, *lachmanijoth*: quam interpretantur de ultimis mensae ferculis. Sed monuit me ex aliorum Rabbiorum commentariis Petrus Chevalerius, vir linguae sanctae, dum viveret, peritissimus, mihi que ob singularem pietatem et morum probitatem charissimus, מַחְמַלֵ Syris fuisse appellatas, quas nos Francoceltae vocamus *oblias*: de quo satis diximus in praecedentibus. *Boletinus* et *bolites* videntur esse, quem alii *βωλίαν*. Hesychius tamen *mazam*, non panem, nominat. *βωλία*, ait, βωλις· μάζης εἶδος τι ἐν ταῖς Ἰουδαίαις. Vox Romana est *tracta*, ubi scribitur: εἰς δὲ τὰ καπυρίδια καλέμενα τράκτα μίξεις, ὡς περ καὶ εἰς ἄρτον. Quid essent *tracta* vel *tractae* in panificio, exposuit pridem Josephus Scaliger ad Tibullum. Inde reperiet studiosus lector. Frequens vox Catoni in placentiarum confectione.



## CAPUT TRICESIMUM.

*Explicatur Diogenis dictum, placentam appellantis panem probe confectum. Placentae praecipuae veterum delitiae. σαμίτης panis, Διαγόνες, δάρατος, ἐτνίτης καὶ ἐρεικίτης, Ξηροπερίτης, κυλλάσις Aegyptius. ὀξίζων panis. βλήθα. βλωμός, bucceā, quadra. βρωμίτης. Φύση, μᾶζα τετριμμένη καὶ ἀτριπτος. καρδαμύλη. τολύπη. Mos veterum, sumendi aliquid de re sacra, quod ὑγίεια vocabant. Sanitas Romae praemii loco data. Danaides Aristophanis. Dalnis Apollonophanis.*

**V**etus dictum est, non oportere τοῖς ἡδύσμασι uti ceu ἐδέσμασι. Haec sunt alimenta, quibus necessario vescimur, ut exhaustas corporis vires resciamus: illa sunt scitamenta, quibus appetitum irritamus. Perditissimi cattillonis sit, non alimentis velle ali, sed gulae irritamentis. Hoc discrimen sublatum ivit Diogenes Cynicus, cum aviditate magna placentam vorans, (Gregorius Nazianzenus *σησαμῆντα* ait fuisse, scribens in priore Julianeā, non sine allusione ad hanc historiam, Diogenem prae cupediarum amore postposuisse τὰς εὐτελεῖς ἀρτας τοῖς σησαμῆσι) interrogatus, quid ederet, *panem*, inquit, *probe confectum*. Cujus responsionis obscurae multis vis paret ex his, quae ante diximus. Significavit enim canis impurus, sibi esse ἐδέσματα, quae sint aliis ἡδύσματα, neque ullum se inter illa discrimen facere. Frugi hominibus placentae ad oblectationem, panis ad nutritionem estur. Porro in hoc maxime genere cupediarum gulae dediti homines olim deprehensi. L. VII. Epicureus quidam icadista pro mortuo dicitur elatus placenta fervente devorata. Horatius: — *Porcius infra Ridiculus totas simul absorbere placentas*. Propterea dicebat Bion, *μη δυνατὸν εἶναι τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, εἰ μὴ πλακῆντα γενόμενον ἢ Θάσιον non posse aliquem vulgo omnibus placere, nisi placenta fieret aut vinum Thasium*. Hieronymus ad Marcellam: *Non sunt suaves epulae, quae non placentam redolent*. Et de eo, quem cibus non juvat, paroemiace dici solet: hic ne placentam quidem libenter edit. Chrysostomus hom.

p.219.



II. ad populum Antiochenum: ὁ μὴ τὴν χρεῖαν ἀναμένων, καὶ πλανῆντας εὖρη κειμένους, ἐκ αἰσθήσεται τῆς ἡδονῆς, τῆς ὀρέξεως αὐτῆ μὴ διεγυγερμένης. Hinc illud proverbiale dictum de re gratissima: *melle et placenta frui*. Seneca ep. LIII.: *amicos incolumnes cogitare, melle et placenta frui est: eorum, qui fuerunt, retractatio non sine acerbitate quadam juvat*. Probo, μοχ λοπαδόγγυχι scribi, ut emendant docti, non λοπαδόγγυχοι. Similes sunt voces in hoc scriptore λοπαδοφουσηται et λοπαδαρπαγίδαι. De pane thargelo habes apud grammaticos. De thalyso etiam apud Theocriti interpretes in ejus poëtae Thalysia. σαμίτην panem invenio nusquam: itaque lego καὶ τὸν σησαμίτην. Sed placet omnino lectio, quam subjecit nobis epitoma Hoescheliana, in qua verba haec, καὶ τὸν σαμίτην, isto loco non habentur, sed paulo mox hoc modo: ἔστι δὲ καὶ ὁ σησαμίτης καὶ ὁ πυραμῆς διὰ σησάμων πεττόμενος, καὶ τάχα ὁ αὐτὸς τῷ σησαμίνῳ ὄν. In excerptis quidem σαμίτης scriptum est, sed quis non videt, σησαμίτης esse scribendum necessario, hac admitta verborum textura? Scribendum: ὃς ταῖς ἀθήνησφοις γίνεται. De arrhephoriis festo et virginibus arrhephoris Harpocration, Suidas, alii. Διχγόνας explicat Hesychius, οἱ παρετίθεντο τοῖς θεοῖς. Pro ἔτως καὶ δηλῶνται malim εἰσὶ τε καὶ δηλῶνται. Praeterea suspecta sunt καλέμενον δ' ἄρτον ὑπὸ Θεσσαλῶν. Panis δαράτῃ supra facta mentio ex Nicandri glossis. Scribe etiam ἐτυλίταν et ἐρεμίταν. Non est diversa ratio nominis, nam etiam ἔτνος est ἐρεγμός sive πυρὸς ἐρηρειγμένος. Χερουριτάμ alibi non memini legere: memini ψερορυριτάμ adnotare apud Hesychium, ubi suspicio mendae non habet locum. Ejus verba sic eduntur: ψηροπυρίτας, ἀπόπυρος ἄρτος. οἱ δὲ, πυριεφθής. οἱ δὲ, κακός. Dubitare non possumus de eodem pane utrumque loqui, imo ejusdem glossographi verba utrumque describere. Hesychium, si quid judico, sui codices in errorem induxerunt: longe enim Athenaei lectionem antepono. Aegyptii, inquit, τὸν ὑποξίζοντα ἄρτον κυλλάσι καλέσι. Eruditissimus Dalecampius ὑποξίζοντα ἄρτον interpretatur *subacidum panem*. Sic *acidus* vel *acidulas aquas* vocant Latini, quae Graeci ὀξίζοντα ὕδατα. Alio tamen nos rapit auctoritas Julii Pollucis, qui pro ὑποξίζοντας dixit τὰς εἰς ὄξυ ἀνηνεγμένους, *fastigiatos* vel *turbinatos* ad instar sorborum. Hesychii locum foede corruptum non praeter rem hic correxero: κυλλάσις ἄρτος τις ἐν Αἰγύπτῳ ὑπὸ ριζῶν ἐξ ὀλύρας. Cedo istas radices, ex quibus confit cyllastis. At



enim si fit ex radicibus, quomodo ex olyris? De radicibus olyrae sentit fortasse glossographus. Minime; nam et repugnant verba huic interpretationi, et Herodotus, a quo et Hecataeo sumpserunt omnes. ἀρτοφαγέσι δὲ, inquit, ἐκ τῶν ὀλυρέων ποιεῦντες ἄρτες, τὰς ἐκεῖνοι κολήσις ὀνομάζουσι. Quid plura? Scribendum aio ex Athenaeo: ἄρτος τις ἐν Αἰγύπτῳ, ὑποξίζων, ἐξ ὀλύρ. Scalliger vero scribebat: ἄρτις τις ἐν Αἰγ. ἀπ' ὀρυζῶν, ἐξ ὀλ. De cyllaste infra iterum l. X. Quam varie autem nomen hoc scriptum reperiatur, ante nos aliis observatum est. *Danaidum* Aristophanis Pollux l. X. c. 4. meminit et aliis multis locis: item comici scholiastes ad Plutum, suorumque in eam fabulam commentariorum. In ecloga Alexidis posteriores versus ita distingue: Ἐκκαίδεα ὄσω δεῦρο, Λευκὰς μὲν ὀκτῶ, τῶν δὲ Φαιῶν τὰς ἴσας. Penultimi versus omissa pars est, quae ad institutum nihil faciebat: quae de re plura diximus alio loco. Scribo cum Hesych. βλῆσα, non βλῆμα. Eundem consule de voce πυρνός: nam varie exponitur. βλωμός est *bucca tenuis sive parva*. Hesych.: βλωμός, ἰσχνός ψωμός. Inde βλωμίλοι κροῖται, qui incisiones habent et divisi sunt in parvas buccas. Imo vero in quadras: nam ideo subdit, Latinis *quadratos* dici hos panes. βλωμός igitur *quadra* est, non *bucca*. Quod Hesiodi declarat versus de alimento operarum rusticarum: Ἄρτον δειπνήσας τετράγλυφον ὀκτὰ βλωμον. Ineptum est arbitrari, rustici hominis famem octo buccellis posse expleri. At quadrae majores erant, pares in formando pane solitae notari. Virg. in Moreto: — *jamque subactum Forvise opus, palmisque suum dilatat in orbem, Et notat impressi aequo discrimine quadris*. Quod sequitur, βρωτίμην τε καλεῖσθαι τὸν πιτυρίτην ἄρτον, suspectum est de mendo. Falluntur, qui ex hoc loco vocem βρωτίμη referunt in censum panum: nam omnia panum nomina vel cognomina ejusdem sunt generis cum ἄρτος. Igitur rectum esset βρωτίμης. Ne id quidem placet: est enim contra analogiam. Scribe βρωτίτης. Videntur βρωμίον non solum pro graveolentia usurpasse, verum etiam pro insuavitate et ἀντι ἀηθίης. Ex eo panis furfuraceus appellatus βρωτίτης. Auctore Athenaeo Φύσην vocarunt Athenienses mazam τὴν μὴ ἄγκυ τετριμμένην, non multum subactam. Hesych. ait τὴν ἀτριπτον. Et magnus Hippocrates ἀτριπτα μάζης saepius meminit, opponens ei τὴν τριπτήν. Reperio etiam panes ἀτριπτας apud Aristotelem probl. sect. 21. Mazae nomen in editis li-



bris est καρδαμάλη, itemque in Hesychianis. Literula tamen mutata καρδαμύλην scribendum, arguunt eclogae auctor et Eustath. Βήραξ magnae mazaes nomen: sed de nomine βάραξ five Βήραξ diximus l. IV. c. 7. Τολυπae mazaes a figura sic dictae. Lanam purgatam et carminatam in globos componebant, qui postea colo aptabantur. Id vocatur τολύπη. Inde igitur tolypae placentae vel libae potius a similitudine formae nominantur. Et l. XIII. Clementi Alex. inter orgiorum τὰ ἄγια numerantur σησαμαῖ πυραμίδες, τολύπαι, καὶ πόπανα πολυμοφαλα. De hordeo Achilleo consule Theophrastum. Galenum in Lex. Hipp., et cum de hoc, tum de Achillea maza Eustathium. *Dalnidem*, Apollophanis fabulam, nusquam, si satis memini, invenies. Legebam Δαυνίδι, ut alibi in his libris: vel certe Δαυλις, nam Suidae nominatur inter hujus poëtae dramata Δαλις. Item aliud *Iphigeron*, cuius meminit Harpocraton in ἀδελφίζειν. Alcmanis verba sic scribe: Θριδακίσκα τε καὶ κριβανωτὸς, ut in epit. Moris fuit apud veteres. ut, qui deorum templa adirent, domum inde aliquid referrent bonae scaevae gratia: puta vel libi frustulum, vel unguenti aliquid, vel denique frondem virentem. Zeno Veronensis in sermone de continentia loquens de uxore infidelis fideli: *et si quod forte acceptum relatumve fuerit a fanatico solemne mysterium, ipsa suscipis, ipsa reponis, ipsa custodis.* Valetudini conducere illud, quidquid esset, quod e loco sacro abstulissent, publicus fuit populorum Graeciae error: propterea decerni illi fecerunt nomen ὑγίεια, *sanitas.* Hesychius: Ὑγίεια, ἄλφιστα ὄνω καὶ ἐλαίω πεφυραμένα· καὶ τῶν τὸ ἐν θεῷ φερόμενον, εἴτε μύρον, εἴτε θάλλος. De hac hygiea Athenaeus hic loquitur: *Sanitas appellatur maza, quae in sacrificiis datur, ut degustetur.* Non dicit, morem hunc fuisse, ut libum istud domum referrent, qui deos venerati erant. Videtur fuisse liberum, vel ibi statim absumere, vel diutius servare apud se. Etiam in sacris populi Romani *sanitas* aliquando dabatur praemii loco: sed is ritus diversus est. Adi ad Plinium l. XXVII.



## CAPUT TRICESIMUM PRIMUM.

*Percurruntur Pseudohesiodi versus. Bosphorus τὰρι-  
 χόπλεως. εἰ πιθόγαστροι. Cybia quadrangula.  
 ἀδαλές. ἀλιτροχεῖς, piscatores. Salsamenta  
 ἀμφαλλάξ τεθέντα. τὰ θύννια. Βίκοι, orcae  
 salsament. Samii Crateris. Alexidis drama Ἀπε-  
 γλαυκωμένος.*

Absoluto eo sermone, quem de panibus convivae habue-  
 runt, transit auctor ad salsamenta. Initio proferuntur  
 versus 13. quos Euthydemus pro Hesiodicis in libro de  
 salsamentis protulerat. Sed nae fuit hic homo aut impe-  
 ritus vehementer, aut impudens insigniter, qui putave-  
 rit, reperiri posse tam fatuos lectores, quibus id proba-  
 ret. Stultitiam hominis sive fraudem docte hic Athe-  
 naeus coarguit, validissimisque rationibus confutavit.  
 Versus sunt neque docti, neque elegantes, neque πῖνον  
 illum vetustatis ullo modo redolentes. Haec fuere illo-  
 rum vitia jam olim: nunc isthoc amplius, etiam mendis  
 deformibus sunt inquinati. Quibus otii plus est, quam  
 nobis, et major rei coquinariae peritia, iis nos emenda-  
 tionem hujus μαγειρικῆς ἐρήσεως non invidemus. Inter-  
 pretes quid praestiterint, quid nos praestare valeamus,  
 ex istis lector cognoscat. Versus primus et secundus  
 ab eclogario pro deploratis habiti, nobis non sunt emen-  
 dabiles. Vir doctus, quem nullae salebrae toto opere  
 cogere potuerunt, ut subsisteret, emendabat: πρῶτον  
 μὲν φακὰς καὶ κριθὴν, τὴν ἐπὶ θύννην. Quanto erat tu-  
 tius tacere, quam adeo absurda loqui? Nos verba aucto-  
 ris praestare non possumus, mentem possumus et locum  
 totius sententiam. Loquitur enim de confectione salsame-  
 ntorum, pendetque hic versus a voce τμήσσοντας in  
 initio quarti. Illo igitur continebantur necessario piscium  
 et cetorum partes, ex quibus salsamenta constabant: pu-  
 ta, caput, κλειδες, ἤτρον vel ἤτρον, ὑπογάστριον et omnia  
 intestina. Fuere etiam partes, quas vocarunt τραχήλια  
 et ὄμους, etsi proprie neque collum, neque armos habent  
 pisces. Ita interpretor, quae sola supersunt recte scripta  
 verba ἀμφακὰς σῶμα de ore scombri aut thunni utrinque  
 acuto: caetera non possum emendare. Ex iis, quae dixi-  
 mus, facile, qui erunt acutiores, emendabunt. Id  
 vice cotis fuerimus functi. In II. ὠδάξαντο pro ἠνδάξαν.






placebat scribi: sed hoc quam universae sententiae conveniat, non video. In III. legendum: Οἷς ὁ ταριχόπλευς ἄδε Βόσπορος. Piscatores et cetarios Ponticos intelligit. Pleraque falsamenta e Ponto afferebantur in Graeciam. Ideo Bosporum vocat ταριχόπλεων, plenum falsamentorum. Res clara: nec opus testimoniis, quae in his libris multa. Scribe etiam οἱ πιθόγαεροι, quibus venter instar dolii est. Non πυθόγαεροι. Gulae deditos vocabant γάερωνας, πιθες, ἀσιδες et θυλάκας, ut ad Theophrastum dicebamus. Sic et Dalec. scribit, sed aliter interpretatur: quod non probo. IV. ita habet: Τμήσσοντες, τετράγωνα τὰ χητρία τεκταίνονται. Ingeniose Dalec.: τὰ κύβια τεκταίνονται. Nam cybia fuisse dicta quaedam falsamenta, certum. Illis vero optime quadrat τὸ τετράγωνα. Sic enim multa propter quadratam figuram a cubo sunt denominata. Sed abit longe haec emendatio ab edita scriptura: etiam eo nomine suspecta, quod τὸ υ in ea voce semper auctores corripunt. Scribo τετράγωνα ταριχη τεκταίνονται. Vel τὰ ἥτρια. Quanquam hoc non placet. V. versus: Ναὶ μὴν ἐν ἀδαλῆς θνητοῖς γένος ὀξυορύγχος. Putarunt, ἀδαλῆς esse idem, atque ἀηδῆς, insuave. Verte: Certe quidem mortalibus non est innocuum genus oxyrynchi. Hefychius: ἀδαλῆς, ὑγιές. Quippe δηλεῖν est laedere: unde δηλητήρια, venena. In VI. scribo ἀλιτροχεῖς, piscatores: ἀλι τροχόμενοι. VII. versum, Καὶ σκόμβρων βυθίων τε, καὶ εὐχορτος λιβιβάττω, qui concinnarem, multa veniebant in mentem: quod probarem, nihil succurrebat. Plus animi fuit Dalec., qui de raja hic agi divinavit: eam, puto, intelligens, quae Graecis λειόβατος. Sed rajae isti quis locus inter falsamenta? aut quomodo εὐχορτος dicitur λειόβατος; In VIII. scribe κολιών cum interprete. κολίας enim, non κόλιος, dicitur. Reliquos versus ita scribe et distingue: Ἴόνιον δ' ἀνὰ κῦμα Φυγῶν Γαδείρας· Τεν ἄξει Βρέττιος, ἢ Καμπανός, ἢ ἐξ ἀγαθοῦ Τάραντος, Ὀρκύνιοι τρίγωνα, τὰ τ' ἐν εἰμνοῖσι τεθέντα Ἀμφαλλάξ . . . . . δειπνοῖσιν ὀπηδεῖ. In lacuna deest μακάρων ἀνδρῶν, aut alicujus falsamenti nomen, vel aliud quid simile. Sensus est, falsamenta ex orcynis et vetulis thunnis e Gadibus et freto Herculeo deferri in Graeciam ab Italis mercatoribus, Bruttiis, Campanis, aut Tarentinis. Salsamenta multa nomen a figura habebant: ut melandrya, cybia, tetragona et trigona, quae hic nominantur. Pro ἀμφαλλάξ nescio quid legerit Dalec., qui vertit bilares: quasi esset ab ἀλαλάζω. Non est dubium, τε-



Ἰέντα ἀμφολλᾶξ dici frustra falsamentorum in orcis collo-  
 cata aliud super aliud. ἀμφολλᾶξ valet ἐναλλᾶξ. Recte  
 mox legit Dalec. ὑμῶν ἐσι κρίνειν. Nam criticus fuit Leo-  
 nides, quem alloquebatur Dionysiocles professione me-  
 dicus, quemadmodum c. 18. dictum est. Illud, quod  
 statim sequitur, τῶν δὲ πίωνων τὰ θύννια, Dalecamp.: ex  
 pinguibus vero τὰ αὐχένια, id est, cervici, faucibus, clavi-  
 culis propinqua. Musarum fidem! unde haec inaudita lectio,  
 ad cuius interpretationem tot verba necessaria? Omnes li-  
 bri, etiam eclogarii, etiam Natalis, habent θύννια, vel θύννεια,  
 aut θυνναῖα. Cur mutavit? eadem verba iterum recitan-  
 tur pag. 120., ubi constat sibi Dalecamp., neglecto librorum  
 omnium consensu. Quod eo magis mirum, quia illo in  
 loco post ista verba statim subjicit auctor explicationem  
 vocis θύννια. Sequuntur versus Archestrati, quorum  
 primus non est integer. In II. βίκοι appellantur orcae  
 fictiles magnae, in quibus falsamenta habebantur. Au-  
 ctor excerptorum scribit: ὁ τ' ἐν κύβοισι ταριχεύεσθαι  
 ἔμελλεν. Sed βίκοισι confirmat Eustathius. Βίκοι, inquit,  
 κείνται καὶ ἐπὶ μειζόνων ὀσρακίνων σκευῶν, ὡς ἐμφαίνε-  
 ται ἐν τῷ, Σικελῷ θύννη τέμαχος Τμηθῆν, ὁ τ' ἐν βί-  
 κοισι ταριχεύεσθαι ἔμελλεν. Mox addit Eustathius, vas  
 istud βίτιναν a vulgo appellari τῶν κοινολεκτέων. Cra-  
 tetis comoediam *Samios* laudant paroemiographi in pro-  
 verbio, Ἴππῳ γηράσκουσι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε, et  
 Pollux I. VII. c. 14. Quae de *elephantino falsamento* inde  
 afferuntur, griphi habent speciem. ἐλεφάντινον τάριχος  
 interpretari licet durum instar corii elephantini, cuius  
 durities vel ex joco Plauti nota: *Herus meus elephantii co-  
 rio circumtectus est.* Aut ficcum exsuccumque falsamen-  
 tum intellexit, *eburnum* vocans, quia splenderet, ut cor-  
 nua laternarum. Favet huic interpretationi vox λαμπρὸν  
 in subjecto Aristophanis loco. Potest etiam ita esse di-  
 ctum ceti frustum maximum salitum ultra usitatum mo-  
 dum. Antiphanes: καταβεβρωκῶς σιτία ἴσως ἐλεφάν-  
 των τεττάρων, id est, plurima. σκυτίνη χύτρα est olla  
 coriacea. ἤψε est ab ἔψω, vertendumque *coquebat.* Pro  
 p. 224. πικνίνοισι κύμασι suspicor scribendum πικνινοῖσι κ. Cae-  
 tera non assequimur: imo fortasse assequi ἀδύνατον, amissa  
 Cratetis fabula. In versu II. Aristophan. Ἡ Κράτητι  
 scribo, non Ἡν Κρ. Et ἐνόμιζεν, opinor, melius, quam  
 ἐνόμιζεν. Drama Alexidis non semel ab Athenaeo cita-  
 tum sub nomine Ἀπευγλαυκαμένε in cuiusdam contume-  
 liam editum videtur, quem poeta fingeat mutatum in



γλαῦκον, id est, *riscem glaucum*, vel *marinum deum*, ut erat Glaucus, aut in γλαῦκα, *noctum*. Hoc Graeci dicunt una voce ἀπογλαυκῆσαι. Titulum igitur fabulae hujus scribe cum Dalecampio ubique Ἀπεγλαυκωμένος, ut ἀπεγλυμμένος et similia, de quibus l. II. c. 15. Sic legit et interpretatur Galenus apud Hippocratem ἐγλευκισμένος, pro quo est hodie scriptum in VII. Epid. ἐκγελευκισμένος. Locus e fabula Πονήρα, *Aerumposa*, vel Πονήρα, *Improba*, descriptus sic definit in omnibus libris: εἶδ' ἔψων ποτὲ Μυελόν, ἀφεῖλον ἐπιγανώσας σιλφίω. Vidit acute eruditiss. Dalec., nullum hic esse locum vocis μυελόν. Scripsit igitur Μαλακόν ἀφ. Quae mutatio si cui alienior videatur, statuat ille de nostra: ἔψων ποτ' ἐς Πύελον ἀφεῖλον. Coctum exactumque in patinam conjeci. πύελον grammatici interpretantur λεκανίδα. Patinam grandiusculam intelligo. Sed ut ne dissimulem, parum mihi hic liquet.


## CAPUT TRICESIMUM SECUNDUM.

*Differentia inter συμβολαῖς et σύμβολα. κοινωνία ἀπὸ συμβόλων. Pollucis duplex error notatur. Proverbium: Ne symbolum quidem habet. Alia nonnulla.*

Sequuntur versus plusculi ex Apeglaucomeno Alexidis descripti: quorum mentem ut facillius caperemus, utiliter admonet nos Athen., quis illos apud poëtam pronunciarit. Ait igitur: ἐν τῷ Ἀπεγλαυκωμένῳ σύμβολά τις ἀπαιτῆμενός φησι. Hic vero Dalecamp. εἰδὲν ὑγιές: quem multi loci arguunt nullum inter συμβολήν et σύμβολον discrimen statuisse. Atqui συμβολή est collatio eranistae ad convivium: quisque enim, quod ad manum erat, conferebant. Eae partes dictae συμβολαί, et convivium hujusmodi ἔρανος vel δεῖπνον ἀπὸ συμβολῶν. Mutato vero genere σύμβολον vocabant anulum vel quidvis aliud arrae loco solitum dari ei sodalium, qui jubebatur coenam parare. Terentius: *Heri aliquot adolescentuli coimus in Piraeo, In hunc diem ut de symbolis essemus. Chaeream ei rei Praefecimus: dati anulī: locus, tempus constitutum est.* Apud Lucianum mater objurgans filiam, quod amasium suum



nimis amaret, nimisque ei fideret, διὰ τῆτο, ait, πρῶην  
 ἐν ἔχοντι αὐτῷ καταγεῖναι συμβολήν τὸν δακτύλιον δέδω-  
 κας ἀγνοήσης ἐμῆ, ὁ δὲ ἀποδόμενος κατέπιε. De hoc anuli  
 usu loquitur Plinius l. XXXII.: *Celebratior anuli usus cum  
 foenore cepisse debet: argumento est consuetudo vulgi ad spon-  
 siones etiamnum anulo exiliente, tracta ab eo tempore, quo  
 nondum erat arva velocior.* Plinii opinionem firmant  
 vetustiores scriptores. Theophrastus in fragmento quo-  
 dam, ubi disputat de forma et jure contractuum: τὰττε-  
 σι δὲ τινες καὶ τὸν ἀναβῶνα, πόσον δεῖ δίδοναι, πρὸς τὸ  
 πλήθος τῆς τιμῆς μερίζοντες. ἄτοπον γὰρ, εἰν δακτύλιον  
 δῶ τῶν δέκα ταλάων. Non solum autem anuli continen-  
 tur appellatione συμβόλα, sed generaliter, quicquid ar-  
 rae loco datur. Lyfias in oratione de Aristophanis pecu-  
 niis: λέγων, ὅτι ἔλαβε σύμβολον παρὰ βασιλέως τῆ με-  
 γάλῃ Φιάλης χρυσῆς, ὡς Ἄριστοφάνην λαβεῖν ἐκκαίδεκα  
 μνᾶς ἐπ' αὐτῇ. Quin et tesserae illae, quarum olim in  
 contractibus usus loco praesentis pecuniae, σύμβολα di-  
 cebantur. Sic apud Theophrastum in Characteribus ab  
 eo, qui lucar pendere debuit, pro pecunia exhibetur  
 σύμβολον. De his symbolis accipiendum, quod scribit  
 Isidorus l. V.: *Veteres, quando aliquid sibi promittebant,  
 stipulam tenentes frangebant: quam iterum jungentes spon-  
 siones suas agnoscebant.* Describit Isidorus tesseram li-  
 gneam, qualis olim fuit interdum, qua utebantur, quī  
 jus hospitalitatis inter se colebant, ut ex Euripidis scholia-  
 ste aliisque discimus. Plautus imaginem cerae impres-  
 sam et ad similem usum relictam vocat *symbolum*, sed ge-  
 nere masculino: *Ea causa miles hic reliquit symbolum, Ex-  
 pressam in cera ex anulo suam imaginem: Ut, qui huc  
 afferret ejus similem symbolum, Cum eo simul me mitteret.*  
 Idem poeta Bacchidibus: *Eo praesente homine, ostendit  
 symbolum, Quem tute dederas, ad eum ut ferret filio.*  
 Postea symbola dicta sunt pacta inter diversos populos,  
 quibus totum jus commercii inter ipsos continebatur.  
 Hac notione usurpat illam vocem auctor orationis περὶ  
 Ἀλονήσε, ubi multa de iis. Inde dicta ἢ ἀπὸ συμβόλων  
 κοινωνία, cujus meminit Aristoteles init. III. Politic. et  
 alibi. Caeterum quia olim in frequentissimo usu positum,  
 ut anulum darent pro symbolo, veteres grammatici ἀπλῶς  
 σύμβολον exposuerunt *anulum*. Quibus accedit Plinius  
 libro jam dicto. *De nomine, ait, anuli ambigi video:  
 Graeci a digitis appellavere: apud nos prisci unguinum voca-  
 bant: postea et Graeci et nostri symbolum.* Haec quia vul-



go parum cognita esse animadvertimus, visum explicare paulo diligentius. Sed nostris hominibus facile ignosco, cum videam, harum rerum inobservantia doctissimum Pollucem errasse errorem crassissimum. Scribit ille l. IX.: *ἔργῃ δ' ἂν καὶ σύμβολον βραχὺ νομισμάτιον, ἢ ἡμίτομόν τι νομίσματος.* Putat symbolum pecuniae certae nomen esse, eamque fuisse *ἡμίτομον* et semicirculo similem suspicatur: affert deinde suae utriusque sententiae argumenta. Prius elicit ex his Hermippi verbis in Phormophoris (ita enim emendari debet vulgata lectio ἐν Ὀρμοφόροις): *Παρὰ τῶν καπῆλων λήψουμαι τὸ σύμβολον.* Posterius ex iis ejusdem: *Οἶμοι, τί δράσω σύμβολον κεκαρμένος;* Vide vero, quam facile sit in hoc genere litterarum errare ac decipi. Nam falsam esse Pollucis opinionem, ex iis, quae jam diximus, p.226. patet. Priorem Hermippi versum pronunciabat aliquis a caupone anulum simul repetiturus et pecuniam daturus: ita enim fieri solitum. Et ita interpretanda isto loco Athenaei verba: *σύμβολά τις ἀπαιτέμενός φησι.* Quae ineptissime ab interpretibus versa sic exponi debent: *quidam, a quo symbola repetebantur, sic ait.* Ex verbis poëtae apparet, cauponem illum fuisse, qui pro anulo rationes afferebat suas, ex quibus probabat, amplius se in convivium impendisse, quam quanti erat datum symbolum: atque ita rationes quidem parent, sed anulus οἴχεται. Jure enim suo utitur, qui datum arrabonem vendit, non soluta pecunia ἐν τῷ ἄρισμένῳ χρόνῳ, ut ait Theophrastus. Neque dubium est, caupones, genus hominum scelestissimum et fraudulentissimum, incautos adolescentes hac fraude solitos saepe afficere. Quare alterum Hermippi locum, cujus adeo mirabilem interpretationem commentus est Pollux, horsum traho, et verto: *Hei mihi, quid faciam symbolo emunctus?* *κεκάρθαι* sive *καρῆναι*, unde Latinum *carere*, eleganti translatione dicitur, qui aliqua re spoliatus est et emunctus. Notum illud: *Ἡμετέρας βελαῖς Σπάρτα μὲν ἐκίρατο δόξαν.* Quod vertit Tullius: *Consiliis nostris laus est attonsa Lacomum.* Neque tamen nego, loco symboli vel tesserae fuisse aliquando usurpatos dimidiatos nummos et, ut appellat Pollux, *ἡμιτόμους, segmenta dimidiatorum nummorum.* Scio enim, illustre ejus rei exemplum exstare in nostris etiam historiis, quum res gestas explicant Childerici, Francorum regis. Sed nihil hoc ad versum Hermippi. Quoniam autem symbolum non dabatur, nisi ab iis, qui praesente pecunia deficiebantur, ex eo natum proverbium de homine paupere:



*Ne symbolum quidem habet.* Archippus in fabula Ἡρακλῆς γαμῶν· Ἄνδρῶν ἄριστος καὶ μάλις ἔμοι ξένος, Ἄτάρ παρ' ἔμοι γ' ὧν εἶχευ εἰδὲ σύμβολον. Laudat hunc quoque locum Pollux et cum aliis male interpretatur. Ex his clarum, quid sibi velit Heraclitus in eximia illa ad Hermodorum epistola, cum ait: Γελάσω τὰς ἐν ξυνδείπνοις γενομένους διὰ δακτύλων πλειονας; Sensus est, non risurum se, verum fleturum potius stultitiam eorum, qui, in tenui re cum sint, atque etiam fortasse egestate, nedum paupertate, convivium tamen assidue datis anulis celebrant.

## CAPUT TRICESIMUM TERTIUM.

*Mus piscis. Cichorea inter edulia. Delcanus piscis.* Delco fluvius: Delcus lacus. λεπτινός καὶ λεβιανός. γνωτιδία sive ἀγνωτιδία. Οὔδρος grammaticus. τίλτον μέγιστον. Soratri Paphii fabula Μυσακῆ Θητίον. Tyriorum cottana et lepidium. Platonis fabula Ζεὺς πακόμενος. Aristophanis Δαιταλεῖς. τάριχος, homo nihili. πλύνειν. maledicere. Cratetis drama Ferae. Hermippi Artopolides. τάριχος πίωνα. Chionidae comici Mendici et Heroës.

p.227. Nunc Alexidis verba percurramus: quae quidem, uti diximus, ab eo proferebantur, qui accepto symbolo pignoris loco convivii sumptus fecerat, sive ille caupo fuit, sive unus sodalium. Is igitur symbolum repetenti his verbis respondet: Παρ' ἔμῃ δ', εἰάν μὴ καθ' ἐν ἑκάσῳ πάντα δῶς, Χαλκῆ μέρος δωδέκατον ἐν ἅν ἀπολάβοις. Fal-  
leris, inquit, si speras, te recipere a me vel tantillum posse ejus, quod pro symbolo mihi tradidisti, nisi omnia prius sigillatim solveris, quae in epulas a te imperatas insumpsi. Ait χαλκῆ μέρος δωδέκατον, chalcis duodecimam partem, pro eo, quod est, ullam vel minimam partem, χαλκῆς aereus fuit nummus pretii memini. Videtur iste pro symbolo accepisse aureum aliquem vel argenteum nummum magni pretii. In III. versu scriptum ἀβάκιον ψῆφον λέγε. Cor-  
rigo ἀβανίη ψῆφον λαβέ. Versu IV.: "Ἐς ὠμοτάριχος πέντε χαλκῶν. Dalecamp. δέκα χαλ. Sine auctore, quod



sciam: et versus respuit. V.: Μῦς ἐπὶ χαλκῶν. *Mus se-  
rem chalcis.* Dalec.: *Marina testudo.* Quid audio? An  
ignorabat, piscem esse, qui *mus* appelletur? At quoties  
ejus mentio in hoc auctore? VI. distingue: Λέγε. τῶν  
ἐχίνων ὀβολός. ἀγνεύεις ἔτι. In VII. et VIII. parum mi-  
hi satisfacio. IX. ita editur: Ὡνεῖν κεχειράν γε ἐκ ἐπρά-  
ξαι' ἐδὲ ἔν. Mendosissime. Scribebam: Τῶν γὰρ κίχο-  
ρείων ἐκ ἐπραξά σ' ἐδὲ ἔν. Qui de caritate caeterorum  
quereris, ea saltem, quae levia sunt, ut cichorea, gra-  
tis habuisti. Quae subjiciuntur de olerum caritate, favent  
huic sententiae. κίχρηια ciborum in censu ponit Julius  
Pollux. Horatius: *Me pascent olivae, Me cichorea leves-  
que palvae.* Quo autem modo pararentur a coquis, ha-  
bes apud Galenum ex Erasistrato in lib. de sect. ven. ap.  
Erasistr. Antepenultimus est: Ὡσπερ πυρετός ἀνήκεν,  
εἶτ' ἐν ἐπιτέλει. Scribo: ἔτεινέν τ' ἐπὶ τέλει. *Delcanus*  
piscis, auctore Euthydemo, a Delcone fluvio nomen in-  
venit: vel, quod ego probem magis, a Delco lacu, cu-  
jus reperio mentionem apud Hesych., qui etiam ἰχθυο-  
φόρον, *piscosum*, vocat. Sequitur: τὸν λεπτινὸν λεβιανὸν  
ὀνομάζων. Postremae vocis primas literas temere repe-  
tita censeo, errore translatio. Nam *λεβιαν* ὀνομάζων  
scripserat auctor, ut puto. *Lebinae* piscis alibi mentio,  
*lebiani* nusquam. *Lebiam* dictum fuisse et *leptinum*, scri-  
ptum alibi non est. *Hepatum* et *lebam* ejusdem piscis di-  
versa nomina inveniri, sciunt eruditi: quos velim de hoc  
loco statuere. Μοχ: μεθ' ἔς περι Σινώπην. Scribe: μεθ'  
ἔς τὴν περι Σ. Et statim: ὑπὸ μὲν τινῶν καλεῖσθαι γνωτί-  
δια. Non longe scriptum invenies *ἀγνωτίδια*. Atque eam  
probo scripturam, fretus auctoritate epitomae. Gramma-  
ticus ille, qui in libris editis vocatur insolenti nomine  
*Uder*, Οὔδρος, in quibusdam manu exaratis claro no-  
mine Οὔαρος, *Varus*. Ita literulae unius mutatione labore  
insanum magno liberamur quaerendi, cujas hic *Uder* fue-  
rit: qua de re suo loco dictum est. In hoc versu ex An-  
tyllo dramate, Τίλτον μέγισον ἄξιον δραχμῆς, fustulimus p.228.  
ridiculam lectionem *Τίλιτον*. Nam quae comminiscuntur  
interpretes ad illius interpretationem, lectu sunt indigna.  
*τίλτον μέγισον* est frustum maximum salsamenti, quod *τίλ-*  
*τον* vocabant. Hesychio et Polluce testibus, *τίλτον* ap-  
pellarunt εἶδος ταριχίς λεπιδωτόν· quod interpretor *specieus*  
*salsamenti facti e squammosis piscibus*. Nam *τίλκι* vel *ἀπο-*  
*τίλκι* est *desquamare*. Aristophanes: τὸν σαπέροδην ἀπο-  
τίλκι χρῆ καὶ καταπλύναι. Est autem saperda sive cora-



cinus de genere squammosorum. Plato comicus: καὶ περιῶν ἅμα Τίλτον τάριχος ἐπριάμην τοῖς οἰκέταις. Sequentes versus neque distinguuntur recte, neque sine mendis scribuntur. Eos ita abstergis mendis concipimus: — δυοῖν Τ' ὀβολοῖν, ὃ γ' ἐκ αὐτῶν καταφάγοιμεν ἡμερῶν Τριῶν, ἀεὶ κατεσθίουτες. ἔ δὲ δυῶ-δεκά γε. ὑπερμέγεθες γὰρ ἐσι. Scribe paulo post: τί διαφέρει τῆ προκατελεγμένης ἡμιταρίχης, ἢ ὁ καλὸς ὑμῶν Ἀρχέστρατος μέμνηται. In editis omīssa vocula ἔ, quia geminare eam diphthongura improbus γραφεὺς noluit, totam sententiam obsecravit, quae nunc clarissima est. Archestrati locus supra recitatus est, ubi haec verba: ἀμφορέως ἐντός νέον ἡμιτάριχον. Sopater Paphius, qui deinceps laudatur, is est, qui alibi Φλοιακογράφος appellatur, ut dictum est c. 9.; neque alium puto esse ab illo, qui parodus passim nominatur, quiq̄ue I. IV. Φάμιος πικρῶδες. Huius poetae fabula hic laudatur Μεσσηνῆ Θητίον. Qui meminissem horum verborum sub fin. I. IV., Σώπικτρος ὁ πικρῶδες ἐν τῷ ἐπιγραφουμένῳ Μύσει, suspicabar, hic quoque eandem fabulam intelligi, et scribebam ἐν Μύσαις ἢ Θύτῃ. Sed in eod. I. IV. leges haec verba: καὶ ἐν Μεσσηνῆ δὲ Θητίῳ φησὶν. Itaque nihil hic audendum. Cum ait Plutarchus, convivarum unus, ταῦτα δὲ τὰ βρώματα ὅτι πολλῶν ἡδίω ἐσι τῶν πικρῶ σοι περισπασάσιον ποτάνων καὶ λεπιδίων, οἱ πειραθέντες ἴσασιν, Ulpianum intelligit, hominem Tyrium, et cibos Tyriis familiares, cottana et lepidium. Hoc ita esse, ipse Ulpianus docet nos, de quo Athenaeus I. IX.: ὄξυλίπαρον δὲ τί ἐσι; πλὴν εἰ μὴ καὶ κόττανά ὑμεῖς καὶ λεπίδιον, τὰ πάτριά μιν νόμιμα βρώματα, ὀνομάζειν μέλλετε. Cum sit nullum ovum ovo similius, quam hi duo loci: Dalecamp. tamen cottana diverse interpretatur hic et I. IX. Sed quaecunque ab illo scripta sunt ad hunc locum, sunt per me indicta: nimis enim dat se ridicule. Cottana propriae Syris ficus, Plinii etiam testimonio I. XIII. c. 5.: *Syria praeter hanc peculiare habet arbores: in ficorum genere caricas, et minores ejus generis, quae cottana vocant.* De lepidio consulendi sunt rei herbariae auctores. Sed hoc discamus ex istis duobus Athenaei locis, peculiarem fuisse Tyriis aut certe Syris herbae istius inter ea, quibus vescimur, usum. Ait: Κρατῖνος ἐν Διονυσιαλέξανδρῳ. Videtur scripta fabula in tyrannum Alexandrum, qui pro Baccho voluit coli. Meminit Pollux multis locis, I. VII. p. 229. et I. X. Laudo mox hanc scripturam, Πλάτων Διὶ κικκμένῳ, non, ut alibi invenias, καλεμένῳ, et in his libris,





et apud Pollucem l. VII. c. 29. Hinc igitur emendabis. At Δαιταλῆς Aristophanis, quorum proxime fit mentio, non recte vertunt *Epulones*. Nam quod docuit me unus Galenus, ei fabulae nomen ab Atticae populo, qui sic appellabatur. Adscribam verba Galeni, quia plurimum faciunt ad cognoscendum ejus comoediae argumentum. Sic igitur ille in praefatione Lexici Hippocratei, de γλωττα voce disputans: νομίζω δὴ σοι τὰ ὑπ' Ἀριστοφάνους ἀρκεσειν, τὰ ἐν τῶν Δαιταλέων ὡδὲ πως ἔχοντα. Πρὸς ταυτά σοι λέξω, "Ὀμηρε, γλωττη τίνι καλῶσι κόρυκα. προβάλλει μὲν γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ δράματι ὃ ἐν τῷ δήμῳ τῶν Δαιταλέων πρεσβύτης τῷ ἀπολάσῳ νίει, πρῶτον μὲν, τὰ κόρυκα τί ποτ' ἔσιν, ἐξηγήσασθαι. μετὰ δὲ τῆτο, τί καλῶσιν ἀμεινῆσά κάρηνα. κάρηνος μέντοι ἀντιπροβάλλει τῶν ἐν τοῖς Σόλωνος ἄξιοι γλωττῶν τὰς εἰς δίκας διαφέρουσας. Sequentia ibi legant studiosi: multa enim ex eo dramate describuntur. Scholiastes illius poëtae scribit ad Nebulas, Daetaleis fabulam omnium primam ab Aristophane fuisse commissam. In qua, ait, σῶφρον μεράκιον εἰσάγει καὶ ἕτερον ἄχρησον. εὐτοκίμησε δὲ σφόδρα ἐν τῆτῳ τῷ δράματι. Ex ista fabula recitat deipnosophista versus hos: Οὐκ αἰσχυνῆμαι τὸν τάριχον τετονὶ Πλύνων ἅπασιν, ὅσα σύνοισ' αὐτῷ κακὰ. Quorum major est elegantia, quam existimaverint viri eruditi. Nam τάριχος hic virum nequam aut scelestum significat, non, quod ea vox proprie sonat. Observabamus ad Theophrastum, falsamenta inter vilissimos cibos esse habita: unde proverbium manarit, τάριχος ἀξιώτερος, apud Aristophanem. Ex eo τάριχος appellarunt sordidos homines et improbos. Ita accipitur in paroemia, quae paulo post recitatur ab Athenaeo: Οὐκ ἂν πάθοι τάριχος, ὡνπερ ἄξιος. Et si potest iste versiculus etiam simpliciter accipi de falsamentis, quae plagis contunduntur, ut duritiem remittant: quo in genere principatum obtinet Germanorum *stockfisch* et salpa: qui piscis, ait Plinius, nusquam percoqui potest, nisi ferula verberatus. Apud b. Chrysostomum leges τარიχεύεσθαι ὑπὸ κακῶν. Cynulcus l. sequ. dictionem τάριχον per circumlocutionem expressit, de Magno hunc versum pronuntians: Εἶδες τὴν Θασίαν ἄλμην, οἱ ἅττα βαύζει. Nam Θασία ἄλμη idem valet ac τάριχος. Sic autem eum locum emendamus ex scripta lectione, ut ibi dicemus. Etiam in voce πλύνειν venusta est ἀμφιβολία. Nam in propria significatione id verbi convenit falsamentis, ut cum ait idem



poëta: τὸν σαπέροδην ἀποτίλαι χρῆ, καὶ καταπλύναι, καὶ κατεκπλύναι, καὶ διαπλύναι. Et Athenaeus ipse h. l.: πίν-  
 τας δεῖ τὰς τάριχας πλύνειν. At in hominem τάριχον alia  
 notione competit, pro maledicere et probris onerare.  
 Aristophanes: ψευδῆ κατεγλώττισε μὲ, κἀκυκλοβόρει, κᾶ-  
 πλυνεν. Et Demosthenes non semel. Crates comicus  
 suorum dramatum uni fecerat nomen Θηρία, *Ferae*. Su-  
 spicor, fuisse scriptum in gulofos et helluones, quos  
 p.230. Θηρία vocavit. Itaque pleraque omnia genera ciborum  
 hac fabula nominabantur, ut ex superstitionibus reliquiis li-  
 cet intelligere. Quidam etiam aliis omnibus indicti et in-  
 nominati praeter Cratetem: ut τάνωνες, de quibus Pollux  
 l. VI. c. 9. Ejus fabulae meminit Athenaeus hoc loco  
 et l. VI., ubi multi ex illa versus. Hermippi Ἀρτοπωλι-  
 δων etiam Pollux facit mentionem l. VII., imo ipse Ari-  
 stophanes, cum ait in Nebulis: Εἶθ' Ἑρμιππος αὐτίς πε-  
 ποίηκεν εἰς Ὑπέρβολον. Nam de Artopolidibus Hermippi  
 sentire Aristophanem, docent scholia. Sed observemus  
 verba Athenaei: ἰδίως δ' ἐσχημάτισαι παρ' Ἑρμιππῶ ἐν  
 Ἀρτοπόλισι. Καὶ τάριχος πίονα. Jubemur a doctis scri-  
 bere τάριχον πίονα. Non repugnabo, si docuerint me,  
 quid sit, hac lectione admiffa, illud ἴδιον et Hermippi pe-  
 culiare, quod in illis verbis admonemur ab Athenaeo ob-  
 servare: nam τάριχον dici masculino genere, quot jam  
 exemplis probatum est? In vulgata lectione inest elegans  
 generis metalepsis, in ista quidem voce Hermippo pecu-  
 liaris, in aliis vero familiaris multis poëtis. Nam τάρι-  
 χος πίονα simile est illis Nicandri, ψολόεις ἐχίδνη, et κα-  
 ταψυχθέντος ἀκάνθης, item νιφόεντι δειφῆ, et μορόεντος  
 ἐλαίης. Sic apud summum vatem ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον,  
 de quo etiam Hermolaus Byzantius, et Θῆλος ἐέρση, Θῆ-  
 λος αὐτμή. Itemque πάλυν ἐφ' ὕγρην. Sophoclis versum,  
 qui sequitur statim, Νεκρὸς τάριχος, εἰσορᾷν Αἰγύπτιος,  
 non aliter omnes codices scriptum exhibent. Neque lau-  
 do emendantes Νεκρὸς τάρ. Puto namque, allusum ad  
 veterum Aegyptiorum ταριχεύσεις et cadaverum conditu-  
 ras, de quibus Herodotus l. II. De Cephisodori comici  
 Sue vide l. VIII. In testimonio Pherecratis e Fugitivis  
 pro λέκλιτον, vitellum οὐί, legit Dalecampius λήκλιτον, et  
 pro ὄρφανὸν τάριχιον, ὄρφνιον. Quae emendationes plu-  
 rimum habent probabilitatis. Nisi est comicae licentiae  
 dictum. ὄρφανὸν falsamentum pro solum et ab omnibus  
 aliis rebus destitutum. Chionidae comici nomen Χιονίδης



scribendum per  $\sigma$  parvum, ut semper apud Suidam, non per  $\omega$ , ut hic. *Mendicos* ejus poëtae fabulam laudat hic Athenaeus. Sed apparet ex l. IV., dubitatum esse ab antiquis criticis de ea fabula:  $\delta$  τὰς εἰς Χιονίδην ἀναφερομένους Πτωχὰς ποιήσας. Obscurus plane poëta et lucifuga, cujus tamen *Heruas* invenio laudatos a Polluce l. X. c. 8. et Suida in ἄγνος.

CAPUT TRICESIMUM QUARTUM.

*Menandri Epitrepontes. αἱ εἰδισμέναι προπαρατίθεσθαι περιφοραί. Mos circumferendi cibos. Epicharmi Ἀγρωτῖνος. τάριχος τέλειος. Βρωμώδης et Βρωμώδης. Coenae principium ex quibus cibis melius. σικιλώδη quae dicantur. Strabonis locus. Sexitana falsamenta. ποτιφόριμον τέμαχος. Salsamenta ὠραῖα. σφυφνός. παρασάγγαι καὶ ἄγγαροι voces barbarae.*

**N**on fero aequo animo, haec ita scribi. Μένανδρος Τρέ- p.231.  
προν. Imbutus enim sum persuasione, legi debere Ἐπι-  
τρέπρον. Equidem poëtae hujus fabulam novi nullam,  
cujus esset index Τρέποντες, atque adeo fuisse nullam  
censeo. Ἐπιτρέποντες vero Menandri laudatur l. XIV. et  
apud Stobaeum serm. XXX., nec non apud Harpócratonem  
in ματρυλεῖον et ἐχῖνον. Suntque de ea comoedia  
haec illius verba: Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀφόβη πρώτῳ  
ἔτως ἤρξατο· Εἰ μὲν ἐβέλετο Ἀφοβος, ὃ ἄνδρες δικασταί,  
δίκαια ποιεῖν, περὶ ὧν διαφερόμεθα, τοῖς τε οἰκείοις ἐπι-  
τρέπειν, ἀντὶ τῆ δικαιοσύνης αὐτὰς αἰρεῖσθαι. ὅθεν καὶ Με-  
νάνδρος δράμα Ἐπιτρέποντες. Priscianus l. XVIII. citat  
Menandrum ἐν Ἐπιτρίτοις. Legendum suspicor Ἐπιτρέ-  
πουσι vel Ἐπιτρόποις. Sidonius Apollinaris l. IV. ep. 12.:  
*Nuper ego filiusque communis Terentianae Hecyrae sales ru-  
minabamus: studentī assistebam, naturae meminens et pro-  
fessionis oblitus. Quoque absolutius rhythmos comicos incitata  
docilitate sequeretur, ipse etiam fabulam similis argumenti,  
id est, Epitrepontes Menandri in manibus habebam. Ver-  
sus Alexidis de duobus Chaerephili falsamentarii filiis,  
Ἰδὼν ἐπὶ τῶν ἵππων, δύο σκόμβους ἔφη Ἐν τοῖς Σατύροις.*

Athen. P. III. T. I.

T



εἶναι, intelligo de equitum transvectione. Huic intererant duo isti adolescentes, equis, sicut alii, vehentes, cum dixit Timocles, duos scombros inter Satyros versari. Cur equites appellet Satyros, quaestionis est. At filios Chaerephili scombros fuisse dictos, ex l. VIII. certum. Antiphanis e Curide locus tertium versum habet uno pede claudum. Scribe: — κἄν ἔπω τύχη Παρῶν Εὐθύνοσ ἀπολογίζων αὐτόθι, Χρ. Trochaeus in secunda sede jambi loco ex licentia comica: quanquam id apud Graecos rarissimum. Quae alibi toties appellavit propomata, pluribus verbis circumloquitur, cum ait ex Heraclida Tarentino: ληπτέον σύμμετρον τροφήν πρὸ τῆ πίνευ, καὶ μάλιστὰ τὰς εἰθισμέναισ προπαρατίθεσθαι περιφοράσ. *Mediocribis cibis, prius quam bibas, sumi debet: ii maxime, qui solent ante alia appositi circumferri.* Gustationem, inquam, intelligit: quae, ut l. super. dicebamus, nihil est aliud, nisi αἱ εἰθισμέναισ προπαρατίθεσθαι περιφοραί. Gustationum ὕλην duobus ferme libris Athenaeo descriptam duobus verbis complectitur Heraclides, addens: λέγω δὴ λαχάνων καὶ τρυγίχων γένη. Olera enim et res salitae praecipua fuerunt anteaenii materia. Plutarchus docte genus utrumque est complexus, λεπτὰ καὶ τομὰ nominans. Solebant autem in veterum conviviiis appositae lances circumferri, ut singulis convivarum carpendi fieret potestas. Epictetus in enchiridio: Μέμνησο, ὅτι ὡς ἐν συμποσίῳ δεῖ σε ἀνασρέθεσθαι. περιφερόμενον γέγονέ τι κατὰ σε; ἐκτείνουσ τὴν χεῖρα κοσμίως μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κάτεχε. ἔπω ἤκει; μὴ ἐπίβαλλε πόρρω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενε, μέχρισ ἂν γένηται κατὰ σε. Praeclare ista explicant circumferendi consuetudinem. Infra l. IV.: ἄλλα δ' ἐσθίειν περιφέρετο πολλά. Et statim: σύαγροσ κατὰ πινάκων περιφέρετο ἐκάτω. Quanquam isto loco περιφέρεσθαι rotius significat *in circuitu cuique apponere*. Paulo post obsecuratam prava distinctione locum illustra et scribe: *p.232.* ἐν οἷσ ἐσὶ καὶ τὸ σίσαρον καλέμενον, (ἔ μνημονεύει Ἐπιχαρμοσ ἐν Ἀγρωσίνω, κἄν Γῆ καὶ Θαλάσση, καὶ Διοκλῆσ ἐν πρώτῳ Ὑγιεινῶν) ἀσπάραγοσ, τεῦτλον τὸ λευκόν. Erat enim continuandus catalogus ab auctore institutus rerum, quae simul laxant et stomachum juvant. Dioclis auctoritas pertinet ad fiser, non ad sequentia. Eundem locum Dioclis habuit ante oculos Plinius, scribens l. XX. c. 5.: *Sifer erraticum sativo simile est et effectus: stomachum excitat, fastidium absterget. Ex aceto laserpitiato sumtum, aut ex pipere et mulsio, vel ex garo urinam ciet, ut Ophion credit,*




*et Venerem. In eadem sententia est et Diocles. De sativo*  
*fisere vide eund. l. XIX. c. 5. Epicharmi Agrostinum lau-*  
*dat Hesychius in Κόλαφος. Syracusanae dialecti est vo-*  
*cabulum ἀγρωσίνος pro ἀγροῖνος, rusticus. Ἀγροῖνον autem*  
*multi comici docuerunt, ut Antiphanes, Philemon, Ana-*  
*xandrides, alii. Scribe cum antiquis κἀθεκτικόν ἐστιν ἐκ-*  
*κρίσεων. Eodem numero paulo ante τῶν τὰς ἐκκρίσεις*  
*ποιούντων. Quid appellatur τάριχος τέλειος καὶ μὴ βρωμώ-*  
*δης; Salsamenta perfecta interpretor probe macerata, in-*  
*durata et ficcata. Talia evadunt, quae rite salita sunt.*  
*Contra, quae non satis diu in muria servaveris, virosa*  
*sunt, et facile corrumpuntur. βρωμώδης scriptum in mem-*  
*branis pro βρωμώδης. Sic alibi ἄβρωμος pro ἄβρωμος. Quam*  
*scripturam etiam in libris Dioscoridis invenias saepe. Φυλ-*  
*λίδα quid mox appellet, diximus l. super. c. 25. Corrupta*  
*sunt, quae subjiuntur: ἔτι δὲ τάριχος, εἰς τὰς ὀρμάς εἰς*  
*ταῦτα μὴ ὁμοίως τῶν πολυτρόφων ἀπολαύειν. Nullam ex*  
*his sententiam ullis fidiculis elicias: sine dubio deest ali-*  
*quid. Attende diligenter auctoris menti: videbis, non*  
*aliud eum velle, quam hoc: utile esse, si coenae prin-*  
*cipium ducatur a parum nutrientibus, qualia sunt, quae*  
*modo enumeravit, ut, primo edendi impetu per ista se-*  
*dato, caeterorum, quae multum alunt, tanto minus co-*  
*medatur. Lego: ἔτι δὲ τάριχος, εἰς τὸ τὰς ὀρμάς εἰς*  
*ταῦτα ἀποκύνειν, καὶ μὴ ὁμοίως τῶν πολυτρόφων ἀπολαύειν.*  
*Affinitas vocum ἀποπαύειν et ἀποκύνειν fraudi fuit loco*  
*istī, ut aliis μυρίοις ἔσοις. Negotium facessunt nobis, et*  
*quae istis adhaerent: τὰς δὲ ἀθρόας ἐν ἀρχῇ πόσεις ἐκκλι-*  
*πέον· δύσκλητον γὰρ εἰς πλείονα τῶν ὑγρῶν προσφορᾶν.*  
*Quid enim est δύσκλητον; Enim plane hic aqua haeret.*  
*Assentiebar doctis legentibus δύσσχρησον γὰρ τὴν πλείονα τ.*  
*Sed excerpta assensum meum sufflaminant, in quibus scri-*  
*ptum: δύσκλητοι γὰρ (nempe αἱ πόσεις) εἰς τὴν πλείονα*  
*τῶν ὑγρῶν προσφορᾶν. Cogitemus amplius. At mox scri-*  
*be ex iisdem ὁ δὲ σκόμβρος κῆφος potius, quam κέφος.*  
*Sed majoris momenti est, quod sequitur: ὁ κολίας δὲ κολ-*  
*λοσκιλλωδέσερος. Nam scribendum ex epitoma et mem-*  
*branis σκιλλωδέσερος, ut ex conjectura olim emendabat*  
*doctissimus Conr. Gesnerus. Antiqui medici Graeci ap-*  
*pellare solent σκιλλώδη, quae volunt intelligi palato esse*  
*āngrata aut stomacho parum conducibilia. Sic dicebat*  
*Hicetius, quosdam esse μύας σκιλλώδεις et κακοχύλας καὶ*  
*πρὸς τὴν γεῦσιν ἀπειθεῖς. Scilla non omnis est edulis, ut*  
*sait Theophrastus: et illius, quae editur, acrimonia pa-*

p.232.



rum grata, saepe etiam noxia. Lucumonis illius acumen, qui negat, Strabonis subjectum deinceps locum extare hodie in Strabonis codicibus, pridem retudimus. Nam si totidem literis eadem non scribuntur in nostris libris, mirum non est. Quoties diximus, hunc esse morem veterum criticorum et grammaticorum, ut in laudandis priorum scriptis parum sint religiosi? Non enim verba ut plurimum, sed sensum spectant solum. Exempla ejus rei in Athenaeo quamplurima: in Eustathio et id genus aliis prope infinita. Porro *Sevitana* falsamenta, vel, quod est idem, *Ἐξίτανα*, illa ipsa videntur esse, quae apud Galeñ. in III. de facult. alim. *Σαξάτινα*, apud Martialem *saxitana* nominantur. Epicharmi *Fugitivum Ulysseni* adducit in testimonium et Pollux l. IX. In ejus verbis malim *Ποτιφόριμον τὸ τέμαχος ἦν*. Id est, *esui artium*. Nam *ποτιφέρεσθαι* *Dores*, quod alii *προσφέρεσθαι*, *cibum sumere*. Alioquin Hesy chius *φόριμον* exponit *λυσιτελές, utile*. Pro quo dicunt *Dores ποτίφορος*, ut in Nemeonice Pindari: *ποτίφορος δ' ἀγαθοῖσι μισθὸς ἔτος*. Scio, fuisse viros doctissimos, qui scriberent non longe infra τὰ τῶν ἰχθύων καὶ τῶν ταρίχων ὥραϊα πάντα. Sed placet nimis edita scriptura ὡς πάντα, quam et epitoma tuetur, et omnes MSS. Horaea piscium nusquam legi: sed ὥραϊα solum ταρίχη. Ubi de saporibus recitantur Mnesitheii Atheniensis placita, lego cum viris doctis οἱ δὲ σφυφὸν τὰς ἐκκρίσεις ἴσχυσι. Acerbos succos adstringere, adeo verum est, ut *σφυφὸν* quasi *συφὸν* constet appellatum a verbo *σύφω*. In verbis Xenophontis legunt veteres ἡ κακῆς καὶ ἀσθεν. Sane quidem τὸ μὴ asuerit melius. Paulo post epitome: *πέπτειν ὑμῶν τοιάτης λόγος ἔδυνάμενος*. Elegantius, quam, ut editum est, *φέρειν τοιάτ*. Pro exemplo vocum alienigenarum, quibus olim usi Graeciae scriptores, affert *τὰς παρασάγγας, καὶ τὰς ἀσάρας*. Scribendum vero *τὰς ἀγγάρας*, vel *τὰς ἀσάνδας*: quod tamen probo minus. Utraque vox Persica: utraque optimis auctoribus Graecis usurpata. Multa Eustathius ad *Ὀδ. τ. de barbaris* hisce vocabulis.

Ja  
nos  
nit.  
fimi  
cor  
prie  
ave:  
este  
eand  
mus  
Theo  
vitz  
abed  
tarcho  
ira cor  
ze:  
roria,  
ira m:  
ves, r  
quiden  
stinetu  
ēgr. 6  
ex Pl. d.  
Ulpianc  
quandoc  
pno tibi  
in quo d  
accipitar  
talas tem



## CAPUT TRICESIMUM QUINTUM.

*Archilochi dictum: πάντα ἄνδρα ἀποσκολύπτειν. ἀντιπροπίνειν. Decocta veterum Graecorum. ταύρειον ὕδωρ. Sophoclis fabula Αἰγέως. Ὑγείης fons. An calidam veteres Graeci biberint. σπλάγχνοισι συγγίνεσθαι. Anuli physici. περιβόητον ποιεῖν. Βάψαι ἀρύταιναν. Servorum vetus jusjurandum: μηδέποτε πίοιμι ὕδωρ ἐλευθέριον. Comico- rum ferme omnium scena Athenis. Vinum ἐλευθέριον apud Xenarchum comicum. Auctor fabulae Aliptria.*

**J**ure merito Cephisodorus, Isocratis discipulus, ut ait nos- ter, inter veterum dicta improba Archilochi istud po- nit: πάντα ἄνδρα ἀποσκολύπτειν. Est enim illi Neronis p.234. simile, quod refert Suetonius. Ex nonnullis, inquit, comperi, persuasissimum habuisse eum, neminem hominem pudicum aut ulla corporis parte purum esse. σκολύπτειν et ἀποσκολύπτειν obscenissimae impuritatis genus signifi- care, ex Harpocrate et Polluce liquet. Aliis verbis eandem ἀσχημοσύνην, ut voce utar divi Pauli, nequissi- mus poëtarum expressit inquit. Equitum. Quod autem ex Theodoro, nescio quo, affertur, πλέον μὲν ἔχειν, ἐπαινεῖν δὲ τὸ ἴσον, ante illum dixerat Hesiodus: Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλη δ' ἐνὶ φορτία θεσθαι. Qui versiculus a Plu- tarcho exponitur in lib. de aud. poët. Theodori verba ita concipiebat Scaliger: πλεῖον μὲν ἔχειν, τὸ δὲ ἴσον ἐπαινεῖν. Sed utrum hic auctor prorsus oratione scripserit, an vorfa, nescimus. Prima verba ex Antiphanis Alcestide ita malim scribi: — ἐπὶ τὸ καινεργεῖν φέρη; Οὕτως ἐκεί- νος, τῷτο γ. Tibi nova inventa placent? Etiam illi: qui quidem est persuasus etc. Restitue postmodum prava di- stinctione depravatam locum, ac scribe: ἀλλὰ προπίνω σοι, ἔφη, φιλοτησίαν, (διψᾷς γὰρ λόγων) παρ' Ἀλέξειδος λαβῶν ἐν Πυθαγοριζέσει. De se dixit Cynulcus λαβῶν, non de Ulpiano, ut male arbitratur Dalecampius. Sensus est: quandoquidem tenet te non vini, sed verborum sitis, pro- pino tibi in testimonium amicitiae locum hunc Alexidis, in quo decoctae sit mentio: quod tu avebas scire. Ita accipitur verbum ἀντιπροπίνειν in. l. IV. Decoctam ve- tustis temporibus fuisse cognitam, probat deipnosophista



testimonio Alexidis, ubi sunt haec: ὕδατος ἀπέφθη κύα-  
 ρος, aquae decoctae cyathus. Recte hoc quidem Athe-  
 naeus: caeterum decoctam Neronianam, cujus erat illis  
 temporibus promiscuus usus, antiquioribus Graecis fuisse  
 incognitam non dubitamus. Vulgaris decoctae meminit  
 Hippocrates popular. l. VI.: ὕδωρ ἀφελήθην τὸ μὲν, ὡς  
 δέχεται τὸν ἥερα· τὸ δὲ μὴ ἔμπλεον εἶναι καὶ ἐπίδημα  
 ἔχειν. Ad propositam quaestionem, ubi exstaret in scri-  
 ptis veterum ταυρεῖα ὕδατος, mentio, respondet Cynulcus:  
 τὸ δὲ ταυρεῖον ὕδωρ ἀνόμασεν, ὃ φίλε, Σοφοκλῆς ἐν γαί...  
 ἀπὸ τῆς περὶ Τροϊζῆνα ποταμῆς Ταύρα. παρ' ᾧ καὶ κρήνη τις  
 Ὑόεσσα καλεῖται. Tolle laceri codicis indicium, et scribe  
 ἐν Αἰγεῖ. Ejus fabulae argumentum divinare licet ex Plu-  
 tarchi Theseo. Conjecturam autem fecimus ex verbis  
 Hesychii, cujus locum turpissime deformatum adscribam,  
 ut emendem. Vulgo editum: Ταυρεῖον πόμα, ἀπὸ Αἰ-  
 γειτδόρα ποταμῆς Σοφοκλῆς τροϊζῆνα τήρα καὶ κτήνη ὕοεσσα.  
 Lego: Ταυρεῖον πόμα, Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ, ἀπὸ Ταύρα  
 ποταμῆς περὶ Τροϊζῆνα, παρ' ᾧ καὶ κρήνη Ὑόεσσα. Abs-  
 que dubio ex eodem fonte suos rivos derivarunt Athen.  
 et Hesych. Itaque eadem ambiguitas sententiae apud  
 utrumque. παρ' ᾧ enim vel ad Sophoclem potest referri,  
 in cujus fabulis etiam Hyocis fons nominatur: vel ad Tau-  
 rum fluvium, prope quem fons etiam est Hyocis sive Hyoῖσα.  
 p. 235. Totidem literis haec leges apud Eustrathium Ἰλ. λ. An-  
 calidam et veteres biberint in conviviis, (de quo hic ali-  
 quid Athenaeus) disputat multis Julius Poll. l. IX. Eu-  
 polidis versus ita digere et scribe: — τὸ χαλκίον Θέρ-  
 μαις δ' ἡμῖν, καὶ θύη πέπτειν τινὰ Κέλευ', ἵνα σπλάγγνοις  
 συγγενώμεθα. Calefacito nobis miliarium, et victimas cura  
 coquendas, ut ex visceribus una simus et epulemur. Mos  
 erat veterum, invitare amicos ad sacrificiorum epulas  
 Lynceus Samius: Μάγειρ' ὁ θύων ἐσθλὴν, ὁ δειπνίζων τ' ἐμέ.  
 Accipe σπλάγγνα, ut in Suetonio viscus, de victimae  
 parte, quae non adolebatur, sed convivis apponebatur  
 Sic ille de Vitellio: Ne in sacrificio quidem aut itinere ulla  
 temperavit, quin inter altaria ibidem statim viscus et farrae  
 praene rapta e foco manderet. Proprie intestina sic voca-  
 bant: sed et carnes, et generaliter quicquid de victimis  
 edebatur, viscus dixerunt, ut notat Servius. Unde est  
 visceratio pro κρεανομία: neque enim solis intestinis vesce-  
 bantur in sacrorum epulis. Ita autem dictum σπλάγγνοις  
 συγγίνεσθαι, ut apud Aristophanem σπλάγγνοις παραγι-  
 νεσθαι, interesse convivio sacro. Cleon in Equit. ait





Ἡ μήποτ' ἀγοραῖς Διὸς σπλάγγνοισι παραγνοίμην. Nico-  
 machus vetus poëta: Ὅμῃ δὲ ταῖς σπανδαῖσι διαλογίζεται,  
 Τοῖς συμπλέσιν ὀπόταν ἐπιβάλλαι μέρος. Τιθεῖς τὰ θ' αὐ-  
 τῆ σπλάγγν' ἕκαστος ἐσθίει. Συγγίνεσθαι σπλάγγνοις dixit  
 pro ἐπι σπλάγγνοις, ex visceribus epulari. Paulo aliter  
 I. II. explicabamus συγγίνεσθαι ἀρυπέπεσιν pro comedere.  
 Hic συγγίνεσθαι id potius est, quod Latinis *una esse*. Ju-  
 venalis: *Tertia ne vacua cessaret culcita lecto, Una simus,*  
*ait.* De istis, τὸ χαλκίον θερμαίνε τε, praetermittenda  
 non sunt, quae scribit Pollux: Ἐγὼ δὲ τὸ ταῖς Θεσμοφο-  
 ριαζέσαις Ἀρισοφάνης εἰρημένον, τὸ χαλκίον θερμαίνεται,  
 ἔτω πως ἦκεον, ὡς εἰς ποτὸν εὐτρεπιζομένων τῶν γυναι-  
 κῶν· ταῦτόν δὲ τῆτο καὶ ἐν τοῖς Εὐπόλιδος Δήμοις ἐστὶν  
 εἰρημένον. Vide, quae sequuntur. Errant, qui Anti-  
 phanis hunc versum, Παρὰ Φερτάτα δακτύλιός ἐστί μοι δρα-  
 χμῆς, putant emendationis egere. Anulum intelligit de  
 genere eorum, quos physicos vocabant. His putabant  
 inesse vim sanandi aut potius avertendi morbi. Aristoph.:  
 — Φορῶ γὰρ πριάμενος τὸν δακτύλιον τοῦδ' ἐπὶ παρ' Εὐδάμῃ  
 δραχμῆς. Nota sunt, quae de hujusmodi anulis docti  
 pridem adnotarunt. Multa Marcellus Empiricus de iis:  
 apud quem c. 9. ad ileon vel colum praescribitur *anulus*  
*de auro, texta tunica exusta, qui habeat in ambitu rotundi-*  
*tatis utriusque, id est, exterius et interius, Graecis literis*  
*scriptum: Θεὸς κελύει μὴ κέσιν κόλον πόνες.* In iis tro-  
 chaïcis, qui afferuntur ex Alexidis *Aleiptria* sive *Unctrice*,  
 interpretes nihil viderunt. Sensus est: Si officinam no-  
 stram infamaveritis, hauriens ferventem aquam de medio  
 lebete maximam trullarum in vos effundam. Distinctio-  
 nes aliquot alienis locis positas ita restituas: Ἐὰν δὲ τέρ-  
 γασήριον ποιῆτε περιβόητον, κατασκευῶ, μὴ τὴν Φίλην Δῆ-  
 μητρα, τὴν μεγίστην ἀρύταιναν ὑμῶν, ἐκ μέσῃ βάψασα τῆ  
 λέβητος ὕδατος. In malam partem debet accipi τὸ περι-  
 βόητον ποιεῖν. Haec dicebat ancilla alyptae, adolescen-  
 tium, qui comessabundi fores pulsabant, petulantiam ca-  
 stigans, propriae infamiae metu. βάψαι ἀρύταιναν quid  
 sit, ad Theophrastum satis exposuimus. Junge ὑμῶν cum  
 κατασκευῶ. Deinde scribe: εἰ δὲ μὴ, μηδέποθ' ὕδωρ πλοῖμ'  
 ἐλευθέριον. Id est, nisi id fecero, ne fiam unquam liber-  
 tatis compos. Etsi verum est, quod dixit Plautus: hoc  
 poëtae faciunt in comoediis, Omnes res gestas esse Athenis  
 autumant: interdum tamen aliter se habet, et fingitur ἢ  
 σικνητῆ τῆ δράματος esse non Athenis Atticis, sed in alia  
 urbe Graeciae. Videtur id factum ab eo poëta, cujus



haec sunt. Alludit enim istis verbis ad morem Argis servatum, ut manumissi haustum biberent aquae e fonte Cynadra. Eustathius: ἐν Ἀργεὶ Κυνάδρα κρήνη, ἐξ ἧς ἐπινοῦσι οἱ ἐλευθερέμενοι. ὅθεν τὸ Κυνάδρα ἐλευθέριον ὕδωρ παροϊμιακῶς ἐπὶ τῆς κατ' ἐλευθερίαν ζωῆς. Liberae aquae meminit et Pausanias in Corinth. Sed fuisse videntur inter servos et servas usitata olim genera loquendi, εἶθε πίοιμι τὸ ἐλευθέριον ὕδωρ, et contra, μηδέποτε πίοιμι ὕδωρ ἐλευθέριον, nisi hoc aut illud fecero. Alludebat horum mulier illa, quam Xenarchus poeta faciebat jurare τὸν Φρικτότατον ὄρκον, ut narrat auctor l. X.: — ἐμοὶ γένοιτο σὲ ζωῆς, τέκνον, Ἐλευθερον πιῶσαν οἶνον ἀποθανεῖν. Serva erat, quae loquebatur. Voluit dicere: utinam, priusquam moriar, libertatem possim consequi. Sed prae amore vini temulenta anus vinum ἐλευθέριον dixit, cum aquam deberet. Caeterum de fabulae istius, cui index Ἀλείπτρια, auctore ne veteribus quidem constabat. Athenaeus vel Antiphanem ait esse, vel Alexidem. Julius Poll. Amphidi attribuit. Sic ille scribit l. VII. c. 3.: Τῆ δ' ἀλείπτρα ἐν ὄντος ἐν χρήσει, ἀλείπτριαν εἰρήκασιν οἱ μέσοι κωμικοὶ, καὶ Λυσίας ἐν τῷ Διοφάντῃ περὶ χωρίσ· Ἀμφιδος δὲ καὶ δράμα ἔστιν Ἀλείπτρια. Sic scribendus hic Pollucis locus.

## CAPUT TRICESIMUM SEXTUM.

*Ratio frigefaciendae aquae.* ὕδωρ ψυχρότερον ἀραρότος. *Homο Φυτέν.* *Color* δευσοποιός. *ἀβυρτακη* et *ἀβύρτακος.* ἐκβακχεύειν ἐπὶ ταῖς ἀβυρτάκαις. *Euthycles comicus.* Δειξὲν ἄλλας ἐπινοίας. *Apollodori* Ἀπολιπῆσα. *Alexidis* Γυναικοσρατεία. *κνισολοιχὸς* et *κνισοκόλαξ.* γῆν ἐπιέσσασθαι. *Multa emendantur et illustrantur.*

Vel Athenaei error est memorialis, vel librariorum, qui ista scripserunt: Πλάτων δ' ἐν πρώτῃ Πολιτείας. Nam locus est l. IV. Non semel observavimus, α et δ sedes invicem permutasse in manu exaratis libris. Abundat vox una in istis: Φησὶ ψυχεῖα (ita melius membranae) κατσκευάσθαι θέρως ὀρυκτὰ, ἔνθα χλιερῆ (sic passim MSS. et



epitome pro χλιαρῆ) ὕδατος πλήρη κεράμια καταθέντες ὕδα- p.237.  
 τος, κομίζονται χιόνος ἐδὲν διάφορα. Posterius enim ὕδα-  
 τος induci debet, atque ita volebam edi. κομίζονται est  
*referunt domum, non hauriunt.* Observandum est, quod  
 ait, aquam injici in haec frigidaria, quae sit tepens. Po-  
 test intelligi, quae propter anni tempus intepuerit: po-  
 test etiam accipi de quaesito tempore adnota ad ignem  
 aqua. Nam ut quam frigidissima fiat aqua, calefacienda  
 prius est, quam in specum demittatur aut puteum. Caus-  
 sam explicat Alexander eo problemate, cujus initium:  
 Διὰ τί τὸ θερμαινόμενον καὶ εἰς φρέαρ χαλῶμενον ψυχρό-  
 τατον ποιεῖται. Similis ratio frigefaciendae aquae est,  
 quam ex Protagorida mox describit auctor: sole enim  
 prius calefaciebant. Nae male de nobis meriti sunt, qui  
 istud Alexidis e Parasito testimonium primi sic scripserunt:  
 Καὶ γὰρ βέλομαι ὕδατος σε γεῦσαι. πρᾶγμα δ' ἔσι μοι με-  
 τὰ φρέατος ἔνδον ψυχρότερον ἀραρότος. Quid significant  
 postrema verba? Aut quid est φρέαρ ἀραρός; Lege ψυ-  
 χροτέρη Ἀραρότος. *Volio, ait, aquam tibi propinare. Mibi  
 autem res est cum puteo, id est, puteum habeo, frigidio-  
 rem Ararote.* Araros poeta comicus non inter primos,  
 ac ne secundos quidem. Inde occasio venustissimi joci.  
 Simillime Gnathaena Diphilum poëtam risit, cum coe-  
 nanti apud se et frigidam laudanti, *non mirum, inquit:  
 ego enim aquam frigefacio injectis in lacum tuarum comoe-  
 diarum prologis.* Vide l. XIII. De Ararote dictum nobis  
 c. 9. Hominum genus vocat Φυτόν poëta Alexis, cum  
 ait: Εἶτ' ἔ περιεργόν ἐσιν ἄνθρωπος Φυτόν. Platonis vox  
 est ἄνθρωπος Φυτόν ἐράνιον, ἐκ ἔγγειον. VI. versus ita  
 scribitur: Ἀκτῆς τροφῆς δὲ τῆς καθ' ἡμέραν. Mendose.  
 Neque ad rem facit, quod ἀκτῆ apud Homerum de farina  
 dicitur. Scribe: Καὶ τῆς τροφῆς δὲ τῆς καθ' ἡμέραν. Vel:  
 Καὶ τῆ τροφῆ δὲ τῆ καθ' ἡμ. VIII.: Ζωμὸν δὲ ταύτη μέ-  
 λανα μηχανώμεθα. ταύτη, nempe μαζαε, non, ut Dalec.,  
*eodem die.* Mazam candidam in jus nigrum intingebant,  
 cujus etiam M. Tullius meminit. Sed mirum, juri nigro  
 aliud potius opponi, quam jus album. Nam de maza item  
 sequens versiculus est exponendus, nisi referre volumus  
 ad oculorum ὑπογραφάς: nigro enim inficiebant sibi eam  
 partem, quae formosae volebant videri. Notabis, δευσο-  
 ποιὸν χρώμα nigrum dici hoc versu, Τὸ καλὸν δὲ χρώμα  
 τῷ δευσοποιῷ χρώζομεν, cum proprie omnis suavis color,  
 ut Latini loquuntur, δευσοποιός appelletur. XI. scripsi-  
 mus, ut erat in membranis: Τὸ δ' ὄψον εἰάν μὴ θέρμον ἦ,



διασύρομεν. *Olysonium nisi calidum arponatur, vituperamus.*  
 Sic etiam in epitome. Vulgo Το δ' ἄλον. Unde fecit  
 Dalec. Τὸν δ᾽ ἄλον. Non inepta quidem conjectura, sed  
 quae veritati non debeat facere praejudicium. Quanto-  
 pere ferventes cibos expetierint veteres, admonuimus I. I.  
 c. 6. Si ὄψον velis piscem interpretari, non pugnabo.  
 XIII.: Ἐπὶ ταῖς ἀβυρτάκαισι δ' ἐμβακχεύομεν. Abyrtaca  
 Perfici inventi cibus erat, quem acrimonia commendabat.  
 Theopompus: Ἡξει δὲ Μήδων γαῖαν, ἐνθα καρδάμων Πλει-  
 σων ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκη. Huic affinis fuit alius  
 p. 238. cibus, quem νεοδαρτην vocabant. Hesychius scribit, esse  
 ἕδεσμά τι ἀβυρτακῶδες. Nec ἀβυρτάκη solum legas, sed  
 etiam ἀβύρτακος, ut apud Polyaenum I. IV. ἐμβακχεύειν  
 ἐπὶ ταῖς ἀβυρτάκαισι dixit comicus pro ἐπιμαίνεσθαι ταῖς  
 ἀβ., quod usitatius est. *Perdite amare et cum furore ex-  
 petere.* Contrarium est in superiore versu ἐπιπιζόμεν,  
 quod mutant male in ἔπιπιζόμεν. ἐπιπιζόμεν est lente  
 et cum fastidio bibimus quasi pitissantes, vel degustare  
 experiundi gratia vix sustinemus. Hoc enim est *pitissare*,  
 ut notum ex Terentio. Sequitur: Εὐθυκλῆς δ' ἐν Ἀσώτῳ  
 ἢ Ἐπισολῇ. Ita scribi recte, probat Suidas, qui loci hu-  
 jus meminit. Paucissimas ediderat fabulas: unicam in-  
 venio praeter istam. Laudatur enim in *Atlanta* a paro-  
 miographis in proverbio βῆς ἔβδαμος. Apud Pollucem  
 I. VI. c. 37. fortasse scribendum: καὶ ἡμίκακον δὲ Εὐθυ-  
 κλῆς λέγει καὶ Σοφοκλῆς. Nam quis ille Euclides, quem  
 nominat vulgata ejus loci lectio? *Asotum* vel *Asotos* plu-  
 res Graeci comici docuerant: etiam e Latinis Ennius at-  
 que Caecilius. Cujus poëtae itemque Afranii *Epistolam*  
 quoque laudant Festus, Priscianus, Nonius. ἔψυχον  
 mox scribi jusseram, non ἔψυχρον. Operarum error est  
 et quod sequitur: — Λύσιππος ἐν Βάνχοις, pro Βάνχαις.  
 Lyssippi Bacchas ex Athenaei I. III. et VIII. nominat Sui-  
 das. Pollux quoque meminit I. VII. c. 17. C. autem  
 II. ejusd. I. scribe sic istum Lyssippi versum: Ἐπιγνάψας  
 καὶ θειώσας τὰς ἀλλοτρίας ἐπινοίας. Non, ut editum est,  
 θειάσας. Nam Pollux hoc testimonio probare voluit, sul-  
 phuris aliquem fuisse usum in officinis fullonum. A θειῶν  
 vero, quod sulphur significat, non dicitur θειάζειν, sed  
 θειοῦν. Elegantissime autem Lyssippus eum, qui aliena  
 inventa interpolet ceu vestem obsoletam, fulloni com-  
 parat. Corrupti sunt et Hesychii codices in mentione  
 hujus poëtae, quo loco vocem βῆδιος explicat. παρὰ  
 Λυσίππῳ, ait, τὸ ὄμμα. Scribe τὸ ὄνομα. Poëtae ver-



fus: Κύων δέ τις ἐβόα δεδεμένος, ὥσπερ βόδιος. Id est, *tanquam fatuus*. Ait deipnosophista: λάκκω meminit Apollodorus ἐν Ἀπολιπέσῃ. Fortasse scribendum est ἐν Ἀπολιπέσι. Reperio namque, laudari hunc poëtam in Καρυσίοις ἀπολιπέσι. Exemplum habes apud Suidam in ἐγκομβώσασθαι. Suspectum est etiam, quod sequitur statim: Ἀλεξίς δ' ἐν Γυναικοςρατείᾳ. *Alexis in expeditione mulierum*. In Pollucis codicibus l. IX. scriptum Γυναικοςρατεία, *Imperio muliebri*. Scribe: κνισολοιχὸς γάρ τις εἶ, καὶ κατὰ τὸν Σάμιον ποιητὴν Ἄσιον, τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον, κνισοκόλαξ. Edita lectio facit auctorem vocis κνισολοιχὸς Asiūm poëtam, de quo Strabo et Pausanias: falso, ut ex subjectis illius verbis liquet. Nesciebant Graece, qui κνισολεῖχος emendabant: repugnat enim analogia, et quantum est veterum grammaticorum. In editis libris praeter accentum nihil mutandum. Simonidis elegantissimum est epigramma, quo nivem injici suo poculo a convivatore vel pincerna postulat. In primo versu scribo τῆ, non τήν. Sed ipsos poëtae versus recitabo: sunt enim elegantissimi, et obscuritatis habent nonnihil. Τῆ ῥά ποτ' Οὐλύμποιο περὶ πλευρᾶς ἐκάλυψεν Ὠκὺς ἀπὸ Θρήκης ὀρνύμενος Βορέης, Ἀνδρῶν δ' ἀχλαίνων ἔδακε Φρένας, αὐτὰρ ἐκάμφθη Ζωὴ Πιερίην γῆν ἐπισσαμένη, Ἐν τις ἐμοὶ γ' αὐτῆς χεέτω μέρος. εἰ γὰρ ἔοικε, Θερμὴν βασάζειν ἀνδρὶ φίλῳ πρόποσιν. Quae ita vertebamus ὁδὲ πάρεργον et omnino aliud agentes: *Pierii costas qua circumtextit Olympi E regno Thracum flans vehemens boreas, Quaeque inopes laevae afflixit, verum esse molesta Desiit in tumulo viva reposita diu, Hujus partem aliquis dato mi. Ferventia amico Turpe nimis fuerit pocula porrigere.* γῆν ἐπίσασθαι dicuntur mortui, quando sunt sepulti ac terra ceu veste amicti: id enim est ἐπίσασθαι. At hoc loco festivissime dicitur de nive in terram defossa, ut servaretur, ea ratione, quam ante descripsit auctor, aut simili. Ideo ait nivem terra obrutam fuisse vivam: imo ut viva servaretur, nec periret. Dalecampius τὸ ἐπισσαμένη deduxit a πιέζω. Parum abest, quin exclamem: Δάματερ τῆς σοφίας! Olympi montes dicti olim quam plurimi: de Pierio, qui in Pieria Macedoniae, poëtam loqui, certissimum est ex IV. versu. Elegans est antithesis in verbis ἔδακε Φρένας, *mordebat* sive urebat, hyemis videlicet tempore, et ἐκάμφθη, *mollita est*. Nam aestate nix est gratissima. Dalec. tamen rescribebat ἐπέμφθη, absurda multis modis conjectura.



## CAPUT TRICESIMUM SEPTIMUM.

Ζωμῆ κεχρημένος. *Antiphanis drama* Bombylius.  
πέταχρον, *roculi genus*. χεβρόδλαφος, *edu-*  
*lium Syrorum*. Sanchoniathon et Mochus, *scri-*  
*ptores Tyrii*. μουσίλη. Nicophon, Nicophron  
et Nicochares, *poëtae*. *Fabula* Χειρογάσσορες et  
Ἐγχειρογάσσορες. κορύξασθαι et κοκκύξασθαι.  
*Antiphanis Antea*. χόνδρος. βροφήματα.

In versu III. Afii, vetustissimi poëtae, Ἄκλητος, ζωμῆ  
κεχρημένος, *invocatus, jusculi egens*, nescio, quid lege-  
rit vir doctus, qui vertit *jusculum sorpsit*. Nostra lectio  
verissima est. Homerus: κομιδῆς κεχρημένος. Ac vide-  
tur mendici descriptionem Homericam Ὀδ. ρ. esse imita-  
tus: Homero enim juniorem puto Afium cum Eustathio.  
Sequitur: Ἀντιφάνης μνημονεύει ἐν Βομβυλίῳ. Bomby-  
lium vocabant genus poculi, de quo diximus alio loco.  
Inde huc fabulae nomen videtur inditum ob frequentem  
bombylii in ea mentionem. Pollux tamen l. X. c. 46.  
Antiphanem laudat ἐν Βομβυκίοις. Utrum id sit diverfae  
fabulae nomen, an hujus nostrae, pronuntiare non au-  
sim. Emenda versum istum Alexidis, Ἐν ἀργυρῷ ποτηρίῳ  
πενταδράχμῳ τινί, et scribe, Ἐν ἀργυρῷ ποτηρίῳ πε-  
τάχρῳ τινί. Vulgatam scripturam lex metri clamat cor-  
ruptam. Nostrae emendationis auctor et fundus Athe-  
naeus ipse, qui l. XI. nos huc rejicit, et sic scripsisse  
p. 240. affirmat. Media in hac voce corripitur, ut prior in τέ-  
χνη. Ait deinceps: Ἐξῆς ἐπεισηνέχθη πλακῆς ἐν γάλακτος,  
ἰτρίων τε καὶ μέλιτος. Dalecampius sustulit hinc vocem  
ἰτρίων, et scripsit σησάμω. Quam emendationem neque  
epitome, neque veteres codices admittunt: verum haec  
faciente numine ad l. XIV. χεβρόδλαφος quoddam edu-  
lium in idiomate Syrorum appellaretur, vellem Athe-  
naeus explicuisset. Vox est ex pluribus composita. Olim  
scribebam χεβροδάλα, ὄψα πατρίς: ut minutalis aut farci-  
minis genus ea voce significetur. Tale quid Syri intelli-  
gunt vocabulo כבכב, cujus origo a כב. Hebraeo-  
rum magistri volunt esse ὑπότριμμα quoddam ex carnibus  
et ovis. Ἥγ autem λεπτόν significat. Sed hoc divinare  
est, quo non aspiramus nos: neque unquam pudebit fa-  
teri, ea nescire, quae nescimus. At quinam sunt isti hi-  
storiae Phoeniciae scriptores genere Tyrii, de quibus



Cynulcus Ulpianum compellans? πλὴν εἰ μὴ παρὰ τοῖς τὰ Φοινικικὰ (ita scribendum, non Φοινικὰ) συγγεγραφόσι, Σαυιαίδωνι καὶ Μωχῶ, τοῖς σοῖς πολίταις. Enimvero peregrinus fit in rep. literarum oportet, qui neget, pro Σαυιαίδωνι scribendum esse Σαρχωνιάδωνι. Hujus antiquissimi historici meminerunt multis locis Philo, Josephus, Eusebius, Porphyrius, alii. Berytium quidam illum appellant, ut Porphyrius: alii Tyrium, ut Athenaeus, Suidas: Σαρχωνιάδων, Τύριος Φιλόσοφος, (ἔγραψε) Πάτρια Τυρίων τῆ Φοινίκων διαλέκτῳ. Sauchoniatheon, Tyrius philosophus, scripsit Tyrionum Origines lingua Phoenicum. Mochum nominat inter auctores rerum Phoeniciarum Tatianus extr. l., cujus locum operae est adscribere. Γεγόνασι παρὰ τοῖς Φοίνιξι τρεῖς ἄνδρες, Θεόδοτος, Ὑψικράτης, Μῶχος. τῶν τὰς βίβλους εἰς Ἑλληνίδα κατέταξε Φωνὴν Χαίτος, ὁ τὰς βίβλους τῶν φιλοσόφων ἐπ' ἀκριβὲς πραγματευόμενος. Meminit Mochi hujus etiam Eusebius in Προπαρ. Emendavimus mox: δότε, ἔφη, μυσίλην· ἔγὰρ ἂν εἴποιμι μύσρον. Legebatur prius μυσίλην· claro ac manifestò mendo, si attendissent interpretes. Utebantur interdum veteres cavo pane ad jusculi haustum aut pultis. μυσίλην vocabant et panem illum, et alia in similem usum parata instrumenta. Lege Pollucem l. VI. c. 12. et scholia Aristophanis in Equites: nam inde dixit comicus μυσιλλᾶσθαι ἀμφοῖν χεροῖν, haurire ambabus manibus. Ecce iterum similem errorem ex eadem causa, quae μυσίλην pepererat nobis. Sequitur enim: καὶ ὡς τὸ πεπέριον ὀνομάσαντα παρέθε; Scribendum πέπερι, inducta syllaba, quae perperam geminata est. Nicandri versus, quem respicit, exstat l. II.: Πολλάκι δ' ἢ πέπερι κόψας νέον, ἢ ἀπὸ Μήδων Κάρδαμον. In III. versu Nicandri malo scribi Χίδρα μὲν ἐκτρίψειας. Quid sit χίδρον, disputamus l. IV. Per i autem scribi semper debere hoc nomen, non per υ ψιλόν, districte admonent nos γραμματικῶν παῖδες. Scribe deinde, ac versus unum ex membranis adjice: Ζωμὸν δὲ βρομέοντα κατάντλασον αὐτὸν ἀπ' αὐτῆ Ἀρνύμενος, ἵνα μηδὲν ὑπερζῆ· πνίγε δὲ πῶμα Ἀμφιβαλῶν. Horum verborum interpretationem Athenaeus in erudita periphrasi Nicandri versus, quae statim sequitur, non praetermisit. Postremum versus, Ἡρέμα δ' ἐν χλιαῶν κοίλοις ἐκδαίνεο μύσροις, ita corrige: Ἡρέμα δὲ χλιαρὸν (vel λιαρὸν, ut in epit.) κοίλοις ἐξάλρεο μύσροις. Confer cum Athenaei paraphrasi. Sequitur non longe: λέγει Νικοφῶν, ὁ τῆς



ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητῆς, ἐν τοῖς Χειρογράφοισιν. Sic et l. IX. ac l. XIII. fabulae istius auctor *Nicorhon* Athenaeo nominatur. Etiam Harpocratio in *κορδακισμὸς* et Pollux l. IV. c. 7. atque aliis locis *Nicorhontem* veteris comediae poetam agnoscunt auctorem. Aristophanis scholiastes ipsum *Nicorhontem*, at fabulam illius *Χειρογράφων γένναν* nuncupat. Suidae tamen *Νικόφρων* dicitur hic comicus, non solum in ea voce, sed et aliis in locis: drama vero *Ἐγχειρογράφοις*. Similiter *Πανὸς γονὰς* et Pandoram *Nicorhroni* tribuit idem non semel: Athenaeus, comici interpretes ad Aves, Pollux l. VII. c. 10. et l. X. c. 34. *Nicorhonti*. Scribit autem Suidas, *Nicocharem*, alium comicum, et ipsum *Χειρογράφους* edidisse, quod confirmat noster, qui l. XIV. et *Nicocharem* et hanc illius fabulam nominat. In ecloge *Nicorhronis* restituimus ex epitoma *ἐγκριδοπώλαις*. *ἐγκρίδες* de genere sunt placentarum. Quando ait Aemilianus *βέλομαι σε δίκην ἀλεκτρούνοιο ἐμφορηθέντα τῷ χόνδρῳ κορυξασθαι*, censeo, scribendum esse *κοκκύξασθαι*, *cannere*. At *κορυξασθαι* est *certare*: quod parum convenit huic loco. De gallo gallinaceo fere usurpant Attici verbum *ἄδειν* aut *κοκκύζειν*, quod ab interprete comici alibi exponitur *δίκην ἀλεκτρούνοιο βοῶν*. Hic p.242. simpliciter pro *λέγειν* capitur, ut declarant sequentia: *καὶ διδάσκειν ἡμᾶς* etc. Ait: *Ἀντιφάνης παρατιθέμενος ἐξ Ἀνταίας*. L. XII. laudatur Antiphanes ἐν Ἀνταίῳ. Suspicio, non aliter hic esse scribendum: nihil statuo tamen. III. versum illorum, qui ex fabula afferuntur, ita concipe, posita maiore distinctione in secundi line: *Οὐ Θεσσαλικὸν τὸν χρῆσόν εἶναι φασὶ δέ;* Duorum, qui hic loquuntur, dixerat alter, se habere chondrum Megaricum: alter subijcit, mirari se, quod non Thessalicum potius emerit, qui optimus cluat. Sequentium verborum sententia est imperfecta. Ea autem, nisi menda subest gravior, ita scribenda: *Τῆς Φοινίκης σεμίδαλις ἐκ πολλῆς σφόδρ' ἐξ—ητημένῃ*. Testimonio Aristophanis, quo probatur, *χόνδρον* veteres posuisse pro forbitione, addi potest ex Hippocratis *Περὶ παθῶν* libro: *ροφήματα δὲ ἐν ταῖσι νέσοισιν ἅπασι δίδουαι, ἢ πτισάνην, ἢ κέγχρον, ἢ ἄλητον, ἢ χόνδρον*. Idem sapiens alibi *χόνδρον* *ροφητῆ* mentionem facit. Dixerunt autem Graeci *ροφήματα*, quae nostri hodie *potages esrois*. Theophrastus in l. de igne ab aquis separat *ροφήματα* hoc discrimine, quod sint *σωματωδέερα καὶ παχύτερα*. Libro huic finem imponit auctor: *Ἐχέτω τέλος ἡδε ἡ βιβλος*,





ἐπὶ τοῖς λόγοις τοῖς περὶ τῶν ἐδεσμάτων ἔχουσα τὴν κατα-  
τροφήν. *Desinat hic liber iste, finem nactus in sermone de  
cibus.* Sic loquitur, quasi absolverit omnem ciborum hi-  
storiam et enarrationem. Quod falsum est: tantum enim  
de iis egit, qui ad gustationes pertinent. Itaque lege  
περὶ τῶνδε τῶν ἐδεσμάτων, *in sermone de cibus huius ge-  
neris.* Ex quibus videlicet antecoenia constare solent.

---



ISAACI CASAUBONI  
 ANIMADVERSIONUM  
 IN  
 ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS  
 LIBER QUARTUS.

CAPUT PRIMUM.

*Argumentum libri quarti, quinti et sexti. Caranus Macedo. Hippolochus et Lynceus discipuli Theophrasti. προπίνειν et αντίπροπίνειν. σλεγυγίς. Panaria veterum. γύργαθος, reticulum. ἀρτοφόρα διὰ ἱμάντων ἐλεφαντίνων πεπλεγμένα, item πλεκτά, ἐλεφάντινα. Chytri, festum Atheniensium. οἱ καὶ τοῖς χύτροις λειτουργήσαντες. λειτουργεῖν de histrionibus. σκληροπαῖκται.*

**E**xhausta materia universa gustationum, supererat, ut ad coenam ipsam convivator nos deduceret: quod tamen ab eo factum non est. Nam ad ciborum historiam non est rediturus ante librum VII., ubi pisces enumerantur, qui fuerunt coenae legitimae caput. Liber ille ita incipit: Ἐπιτελεμένε θ' ἤδη τῷ δείπνε. Conferri debent cum istis verbis, quae scripta sunt extr. l. III.: ἐχέτω τέλος ἡδε ἡ βίβλος, ἐπὶ τοῖς λόγοις τοῖς περὶ τῶν ἐδεσμάτων  
 p. 249. ἔχουσα τὴν καταστροφὴν· ἀρχὴν γὰρ τῷ δείπνε ἀπὸ τῶν ἐξῆς ποιησόμεθα. IV. liber, V. et VI. varios sermones continent, habitos a convivis, dum post gustationem exspectatur coena. Initio istius narrat deipnosophista, qua magnificentia Caranus Macedo nuptiarum suarum solemnities celebravit. Hujus historiae auctor Hippolo-



chus Macedo in ea epistola, quam scripserat ad Lynceum Samium, aequalem suum et studiorum in Theophr. schola consortem. Ait enim de Hippolochō, fuisse illum Theophrasti discipulum: libro autem superiore de Lynceo idem dictum est. συμπεριφέρεσθαι δείπνω quid sit, exposuimus infra c. XXV. Frustra sunt, qui ista verba, τὰ ὁμοια κἀκείνη ἀντιπροπίνοντος αὐτῶ, de mendo habent suspecta: sunt enim Κρότωνος ὑγιέσρα, quod aiunt. προπίνειν proprie est praebibere et alteri calicem porrigere. Sed poni solet ἀπλῶς pro tradere, praebere, et, ut scribit Pindari scholiastes ad VII. od. Ol., ἀντὶ τῆ χαρίζεσθαι. Joannes Chryf. in περὶ ἠπιότητος oratione: τοῖς ἀξίοις ἀπωλείας σωτηρίαν ἐπιπροπίνει. Hinc apud summum oratorem προπίνειν τὴν Ἑλλάδα, et προπίνειν τὴν ἐλευθερίαν, tradere per proditioem. L. super. dicebat Cynulcus, se Ulpiano προπίνειν Φιλοτησίαν, cum illi veterum testimonia suggereret, quorum erat cupidissimus. Similiter ait hoc loco, ἀντιπροπίνειν τὰ ὁμοια Lynceum Hippolochō, cum ejusdem argumenti literas ad eum daret. Miror autem, si recte habet, quod paulo post scriptum est, οἱ μὲν συγκεκλημένοι ἄνδρες ἦσαν εἴκοσι, convivae erant homines viginti, qua ratione quove jure inter πολυανθρώπους εὐωχίας censeatur infra hoc convivium. Suspicio nobis est, excidisse literam unam, necessario restituendam hoc modo: ρ' καὶ εἴκοσι. C et viginti. Certe non est numerus editus pro caetera magnificentia. Et erat Caranus sponsus nec tenuis census nec plebeji sanguinis: sponsa vero Proteae illius filia fuit, ut arbitror, cujus originem et nobilitatem commemorat aliquanto post Hippolochus. Nam quorsum illa de Protea, si ad sponsae genus indicandum non pertineant? Hippolochi narrationem non integram huc transtulit auctor: sed summa tantum, ut ait, illius capita, quae tamen ipsa non sine noxa ad nos pervenisse, vel hoc mihi persuadet. Scribo autem ἐδόθησαν Φιάλας ἀργυραῖ ἐκάσῳ μία δωρεάν· non δωρεά. Sic melius MSS. Sequitur: προεσεφανάθη δὲ καὶ ἔκαστος, πρὶν εἰσελθεῖν, σλεγγίδι χρυσῇ. Quodnam fuerit coronamenti genus σλεγγίς, explicamus l. XV. Hippolochus ἐσφάνον appellat non multo post: ἐπὶ πᾶσι τε χρυσῶν σλεγγίδες, ὀλίγη ἴσαι τῶ πρώτῳ σεφάνῳ. ἀφθονία σεσωρευμένη Hippolochō, quae Plauto struices patinarum. Mox scribendum τοῖς κατόπιν διεδίδα παισί· non autem πᾶσι. Sicut paulo post ἐπεδώκαμεν καὶ ταῦτα τοῖς δόλοισ. De hoc more veterum multa olim ad Theophr. diximus. Lego deinde: ἐπὶ

Athen. P. III. T. I.

U



πλείστον ἔπινεν ἦν γὰρ π., vel: ἔπινε πλείστον ἦν γ. π., re-  
 p. 244. stituta in suum locum voce ἔπινεν, quae abesse non potest  
 sine perniciose sententiae: etsi ne in membranis quidem  
 aliter. Non damno editam lectionem in istis: "Ἰδὲ δὲ  
 ἡμῶν ἡδέως ἀπηλλοτριωμένων τῆ σωφρονεῖν, *cum jam esset  
 bona mens a nobis alienata.* Sed neque inanu exaratam  
 improbo, ἀπηλλαχγμένων τῆ σωφρονεῖν. Quasi esset istis  
 strenuis poteribus oneri ac molestiae mens recta, vel po-  
 tius pudori. Diriuscula transpositio in istis videtur: ἐμοὶ  
 μὲν γυμναὶ δοκῶ. Mollius sonat scripta lectio: ἐμοὶ μὲν  
 δοκῶ, γυμναί. Sequitur: πίναξ ἀργυρῆς ἐπὶ πάχος ἐν  
 ὀλίγον περίχρυσος ὅσος, ὡσε δέξασθαι μέγεθος χοίρου. Vi-  
 detur scribendum περίχρυσος ὅλος, τοσαύτος, ὡσε δέξ.  
 Alibi docebamus, panaria veterum et Graecorum et Ro-  
 manorum reticulato opere solita fieri: quare etiam Hora-  
 tio et Juvenali *reticulum* appellari vas illud, in quo vae-  
 nales panes ad mercatum deferebantur: Theophr. aliis-  
 que Graecis γυργάθους. Hoc nunc repetimus, ut expli-  
 cemus ista Hippolochi: κελεύει ἀρτοφόρα διὰ ἱμάντων ἐλε-  
 Φαντίνων πεπλεγμένα δοθῆναι, *dari jussit panaria plexa e  
 loris elephantinis.* Reticulati operis clarum argumentum  
 vox πεπλεγμένα. *Lora elephantina* fortasse aliquis capiat  
 de corio elephantis. Sed ἱμάντας arbitror appellare Hip-  
 polochum virgas subtiles ex ebore, quibus ceu vimine  
 utebantur in contexendis panariis istis. Ita exponendum  
 esse, declarat, quod sequitur de panariis argenteis. Nam  
 quae ista argentea praecefferunt, erant dubio procul ebo-  
 rea. Atque haec sunt, quae postea vocantur πλεκτὰ  
 ἐλεφάντινα. Interpretibus, qui ex eboris ramentis con-  
 fici posse canistra arbitrati sunt, difficile, credo, non  
 erat, quod inter ἀδύνατα omnes mortales omnium aevo-  
 rum habuerunt, funem ex arena nectere, ut est verbum  
 vetus. Legunt vero interpretes ὡς καὶ τῶν δοθέντων ἡμῖν  
 ἀνασσεσασμένων. Nos omnium membranarum lectionem re-  
 stituimus, ἀνασσεσασμένων, id est, *quod nobis servarentur, quae  
 mensae fuerant apposita.* Ideo n. sportulas afferri jusserat Ca-  
 ranus, ut in eas convivae congererent, quicquid domum  
 ad se vellent auferri. Ait deinceps: ἐπεισβάλλουσιν ἡμῖν  
 οἱ καὶ τοῖς Χύτροις τοῖς Ἀθήνησι λειτουργήσαντες. Prae-  
 stantiam histrionum sive τῶν Διονύσων τεχνιτῶν his verbis  
 significari, non est obscurum. Quare ita verte: *ingre-  
 diuntur nostrum triclinium bistriones, digni, qui vel Athe-  
 nis per Chytrosum solemnia producerentur.* Non est du-  
 bium, festum Atheniensium Chytros per multos scenicos:



artifices solitum celebrari. Ideo inter praecipua oblectamenta, quibus fruerentur, qui in ea urbe viverent, ponit mox Hippolochus *Ἀθήναια καὶ Χύτρως θεωρεῖν*. Est vero nota ambitio eorum, qui publicos ludos Athenis suo sumptu edebant: nullis enim parcebant impensis, quo possent histriones peritissimos coëmere, et sumptuosissimo choragio instructos in scenam producere. Non semel mirati sumus, *λειτεργεῖν* usurpasse Hippolochum de histrionibus, quibus proprie id verbi minime convenit: sed p. 245. eis potius, quorum sumptibus ludi curabantur, et histriones instruebantur. Nemo oratores Graecos legit, quin hoc sciat. Istud igitur observemus. Simul quaeramus, quinam sint *συληροπαῖνται* inter ludicrarum artium artifices Hippolochi nominati. Nam quod Dalecamp. *συληροπήνται* emendabat, ad theatralia pegmata referens, verisimile non est, nedum verum. Vir magnus emendabat *σκιροπαῖνται*. Quae scriptura non longe ab ea, quam exhibent MSS., in quibus est sine λ *συηροπαῖνται*. Sed vellem exposuissent, qui isti sint *σκιροπαῖνται*, quae ratio nominis, et quis veterum mentionem fecerit sciropaectarum. Scimus esse, qui voces *σκιρός* aut *σκεῖρός* et *σκεῖροφία* de lusione scruporum interpretentur: sed id quoque sine auctoritate. Nos putamus, legi posse *ψηφοπαῖνται*. Potest legi et *σφαιροπαῖνται*. Quod tamen haud probem. Nam rectum et verum est omnino *ψηφοπαῖνται*. De eo genere hominum et ludicro dictum est I. I. c. 15. Praestigias isto loco descriptas similibus multarum historiarum collatione illustravimus in libro de veneratione amphitheatrali.


## CAPUT SECUNDUM.

*Θήβη, arcula. Thebae, et nomina Thebana multa Syriaca. τύπον Νηρηίδων. μηχανή σχασηρία. Φράγματα. Lucernae machinosae. Sigilla lucernae in coenationibus. σιβύναι et σιγύναι. Aristotelis et Theophrasti discipulorum disputationes hodiernis dissimiles. Erucac inter cibos. σρεπτοὶ et στρέμματα, spirae.*

Videamus, si qua sint in reliqua Hippolochi narratione, quae diligentiam nostram desiderent. Ait Hippolochus:



ἐν Θήβη κατακείμενος ἀργυρῶ. Nemo dubitabit, verum  
 esse Θήνη. Mirum tamen, unde manarit edita lectio,  
 quae in multis etiam antiquis habetur, Θήβη. Antiquissi-  
 mi Graeci eam vocem a Syris mutuati, (תְּבַת, *theba*,  
 enim illi) videntur usurpasse pro sua. Hesychius certe  
 agnoscit et interpretatur *κιβώτιον*. Graeci interpretes  
 Exodi c. 2. *Θίβην* vel *Θίβιν* dixerunt: quae vox fuit b.  
 Augustino incognita, ut ipse scripsit. Puto, alluisse eo  
 Hesychium. Thebas inde nuncupatas a Cadmo Phoeni-  
 ce, non ignorant, qui alia multa tractus illius nomina  
 ad suam originem facile revocari posse animadverterint.  
 At Rabbinii vice versa Graecum *Θήμη* suum usu fecerunt:  
 nam illis קִיָּת aut תְּבַת pro theca non infrequens.  
 Ait: τὰ δὲ τοῖς θεράπσειν ἀποδεδώκαμεν. Malim ἐπιδε-  
 δώκαμεν. Nam ἀποδεῖναι sententiae non convenit. Jam  
 dixit: ἐπεδίδακαμεν ἔν καὶ ταῦτα τοῖς δέλοις. Paulo ante  
 verbo διαδεῖναι usus est in ea sententia. Ait: αἰτεῖ σκύ-  
 Φον χοαῖον. *Scyphum pascit, qui congium caperet.* Haec  
 priscorum MSS., haec Eustathii lectio: non, quod visum  
 interpretibus, χρυσῶν. Ait: ἐφ' οἷς λεχθεῖσιν οἱ δ'  
 ἐννέα πάντες ἀνέσαν. Eleganter Homeri verba sententiae  
 p. 246. suae accommodat. Ἰλ. η.: Ὡς νεῖκεσ' ὁ γέρων, οἱ δ'  
 ἐννέα πάντες ἀνέσαν. Si verum est, convivas non fuisse  
 plures viginti, putem, scripsisse Athenaeum: οἱ δ' ἐννέα  
 καὶ δέκα πάντες ἀνέσαν. Jam enim unus ex eo numero  
 exemptus erat, Proteas, de quo dictum est. Ait: μεθ'  
 ἔς ὄρχηστρίδες διεσκευασμένοι τρόπον Νηρηίδων. Hoeschelii  
 epitome: τύπον Νηρηίδων. Fortasse non male. Ait:  
 τῆ ποτῆ δὲ προϊόντος. Scribendum πότῃ: nam aliud ποτός,  
 aliud πότος. Sic paulo post: καὶ ὁ Κάρανος ἀρχῆς πότῃ.  
 Non, ut legitur, ποτῆ. Et mox ἀναπεταγνύουσι τὸν οἶκον  
 verte *explicant coenationem, vel aperiunt.* οἶκος est tricli-  
 nium ipsum, ubi coenabant, vel in ea coenatione sepa-  
 rata pars quaedam instar cellae. Etiam Latinis *occi*, ut  
 ad Theophrastam observabamus. Ait: καὶ ἀναπετασθεῖσῶν,  
 δῶδες ἐφάνησαν λάθρα κατὰ μηχανὰς σχασθέντων τῶν  
 Φραγμαίων, καὶ Ἐρωτες, καὶ Ἀρτέμιδες, καὶ Πᾶνες. Ve-  
 tus inventum est mechanicorum, parva molitione varias  
 rerum species exhibere in loco eodem aut subjecto, et,  
 ut loquitur auctor libri de mundo, παντοδαπὰς ἀποτελεῖν  
 ἰδέας. Id totum peragebatur ope illius, quam Graeci  
 σχασηρίαν μηχανήν appellant, designatam Hippolochō vo-  
 ce σχασθέντων. Auctor libri de mundo inter artis illius  
 mirabilia cum neurospastarum solertiam refert, tum eo-



rum industriam, qui διὰ μιᾶς ὀργάνου σχασηρίας πολλὰς καὶ ποικίλας ἐνεργείας ἀποτελεῶσιν, quia astutia unius conversionis multa et varia pariter administrant. Sic interpretatur Apulejus. Sed non habent, opinor, Latini propriam vocem, qua exprimant Graecam σχασηρία, quae et χασηρία Hesychio dicitur. *Vertibulas* tamen Aufonius Latine nominat vel σχασηρίαν vel simile quid in eleganti oscillorum descriptione. *Harum*, inquit, *vertibularum variis coagmentis simulantur spectes mille formarum: elephantus bellua, aut aper bestia: anser volans etc.* Petronius: *Larvam argenteam attulit seruus sic aptam, ut articuli ejus vertebraeque in omnem partem flecterentur.* Est autem, nisi fallor, σχασηρία mechanicis Graecis, quod nostris *un ressort*. Huic enim optime quadrat, quod tribuunt Graeci τῇ σχασηρίᾳ, continendi vim et impellendi aut laxandi, hoc est, motus et quietis quasi principium et incentivum. Ergo haec verba, σχασθέντων τῶν Φραγμαμάτων λάθρα κατὰ μηχανάς, hoc significant, tabulata illa sive pluteos, qui objecti erant fabrefactis candelabris, quae postea apparuerunt, artificio ingenioso et mechanico fuisse remotos. Φράγματα appellat Hippolochus, quae Plato aptius in non dissimili narratione in. VII. de republ. παραφράγματα. *Erotes, Panes, Dianae et Mercurii* sunt lucernae vel candelabra ad similitudinem Cupidinis, Panis, Dianae et Mercurii elaborata. Et si autem, quod hic commemoratur artificium, mirabile admodum nihil habuit: aliis tamen inventis subtilioribus ansam praebuit. Non enim dubium est, quin ab hoc principio ventum sit ad coenationes istas versatiles, quarum Seneca, Suetonius et Lampridius meminerunt. Porro autem p.247. fieri solitum olim, ut in nocturni luminis instrumentis artis suae peritiam ostenderent mechanici: cujus rei nobile exemplum suppeditat historia coenae illius, quam in Cilicia exhibuit Cleopatra Antonio, ut narrat Plutarchus. Huc etiam pertinet machinosa illa lucerna, quae ipsa sibi oleum ministrabat, teste Sozomeno l. I. Sigillis Cupidinum et Panum, quae ait Hippolochus lucernarum usum praebuisse, respondent simulacra juvenum heroicis temporibus, rudī adhuc seculo et incognitis lucernis, in angulis coenationum destitui solita, ut facem tenentes lucentes. Homerus de Phaeacibus canit: Χρῦσειοι δ' ἄρα κῆροι εὐδμήτων ἐπὶ βωμῶν Ἔσασαν, αἰδομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες, Φαίνοντες νύκτας κατὰ δώματα δαιτυμόνεσσι. Lucretius in opulentae domus descriptione



poëtae locum non tam imitatus est, quam expressit prope verbatim, quod non observant illius interpretes: — *au-rea sunt juvenum simulacra per aedcis Lampadas igniferas manibus retinentia dextris, Lumina nocturnis epulis ut suppedientur.* Ait Hippolochus: *σύαγροι σιγύναις ἀργυραῖς διαπεπερονημένοι περιεφέροντο ἐκάσῳ.* Nihil interest, sive *σιγύναις* scribas, sive *σιβύναις*, ut in epitoma. Venabulum ita vocant, telum *ὄλοσίδηρον*, aprorum venationibus aptum. De eo multa in commentario nostro de venatione amphitheatri. Caeterum hic locus superiorem nostram de convivarum numero conjecturam labefactare nonnihil videtur. Nam ut cuique convivarum suus aper apponeretur, quod scribitur esse factum, 120. apros in triclinium illatos oportuerit, si stat illa nostra emendatio. Lector igitur eruditus statuatur, utrum duorum similis vero debeat videri: aut convivarum celebris adeo convivii tantam fuisse paucitatem, aut tantam aprorum copiam potuisse reperiri. De Mandrogene, urbicario mimo. adi l. XIV. Ite, inquit Hippolochus, *πολλὰς κατέρρηξεν ἡμῶν γέλωτας, multa ridicula in nos effudit, vel, multos risus a nobis expressit.* Sic melius, quam ut interpres. Ait: *σύ δὲ μόνον ἐν Ἀθήναις μένων εὐδαιμονίζεις, τὰς Θεοφράστῃ θεσεις ἀκάνων.* Mallem *ἐαυτὸν εὐδαιμονίζεις.* Tu hoc uno te censes beatum, quod Athenis manens Theophrasti disputationes de proposita thesi audias. Mos summorum virorum fuit, Aristotelis et Theophrasti, discipulos exercere proposita ad defendendum aut oppugnandum quaestione aliqua, quae dicebatur e re *θέσις*. Constat autem, fuisse in illis disputationibus non minus facundiae certamen, quam acuminis et *εὐρεσιλογίας*. Nihil enim simile erat earum contentiosarum *λογομαχιῶν* et, ut appellat Romanus sapiens, circumscriptionum, quibus hodie ad duritiem frontis infelix juvenus eruditur. Ideo dicebat Strabo l. XIII., solitos Theophrasti discipulos *θέσεις ληκυθίζειν*, hoc est, *de re proposita oratorio more disputare.* Ait: *θύμα καὶ εὐζωμα καὶ τὰς κα-*  
p.248. *λὰς ἐσθίων σρεπτὰς.* Membranae: *καὶ εὐζωμον.* Erucae olim inter tenuiorum lautitias, aliquando etiam in beatorum mensas, admittae: ut in Nasidieni coena apud Horatium. *σρεπτοὶ* et *σρέμματα* operis pistorii nomina sunt, a figura sic dicti, qua fingebantur. Eadem nominis ratio est in ea, quam Latini *spiram* vocant: ejus fingendae modum habes apud Caton. c. 77.



## CAPUT TERTIUM.

Μικροτράπεζοι Φυλλοτρῶγες. *Defenditur contra Aristophanem, qui narraverat Athenis, Persas affare boves integros. Tapetes strati μέχρι τῆς ἄρκτου. Thraces butyrophagi. λάκκοι δωδεκάκλινοι. Μίνιστρι mensae alte cincti. Sparta εὐρύχορος. Phiala lepasta. Bulborum σιρὸς δωδεκάπηχους. σειρὰ bulborum, et olerum fasciculi, ἐψάσαι. Siri Thracum. δεσπόσυνοι, heriles filii. ὠχρος et ὠχρός. δόλιχος genus leguminis. Focus in εὐρύπρωκτον et imprudicum.*

In Antiphanis versibus ex Oenomaio scripsimus, auctoribus libris chirographis, μικροτράπεζοι Φυλλοτρῶγες, tenuis mensae, et oleribus foliisque herbarum victitantes. Pro τέρας mox scriptum inveni τέτταρας, quod non concoquo. Frustra fuit Aristophanes, cum tantopere eum rideret, qui dixerat, Persarum regibus solitos apponi boves integros in clibano tostos. Ex iis, quae dicentur infra h. l. de victu eorum regum, vera illum parebit loqui, quem pro mendace insignito suggillat comicus. Anaxandridae tetrametri de nuptiis Iphicratis cum filia Cotyis, etsi non sunt perobscuri, quaedam tamen habent, quae nos exercere possint. Primorum verborum mens pendet ex iis, quae apud poëtam praecedebant. Καὶ ταῦτα ποιῆς, ὡς περ Φράζω, λαμπροῖς Δείπνοις δέχεθ' ὑμᾶς, Scribendum δέξεθ' ὑμᾶς, ut in membranis, vel fortasse ἡμᾶς. Si haec feceris, quae dixi tibi, splendido convivio excipiemur. Dalecampius multa mutavit, ut eam sententiam eliceret, quam probavit. Nobis non lubet, ac ne licet quidem, esse ingeniosus, ubi nihil necesse. Quemadmodum autem ἐρανομήκη illa dicimus, et coelos tangere ac ferire vertice, quae sunt praealta: sic Anaxandrides, ut significaret ingens illud viae spatium, quod fuerat tapetibus constratum, eos ad ursam usque pertinuisse dixit. Ita haec interpretor: Κατὰ τὴν ἀγοράν μὲν ὑπερῶσθαι Στρώματα μὲν ἀκρογὰ μέχρι τῆς ἄρκτου. Dalecamp. retulit ad temporis diuturnitatem, quo mansere constrati tapetes: quam interpretationem non probo. Sed quod sequentia, Δειπνεῖν δ' ἄνδρας βέτυρόν Φασ' Αὐχμηροκόμας μυριοπληθεῖς, emendat, scribitque βακέ-



λῆς, plane damno. Planissime enim proba est lectio edita. Thracas poëta facit butyrophagos, cum in Graecia vix butyri adhuc esset usus cognitus, ut docemus alibi. p.249. Veteres cum alicujus cubiculi vellent magnitudinem indicare, dicebant: *τοτ lectos capit*. Unde est appellatio tricliniorum, et οἴνων τετρακλίνων, ἑπτακλίνων, atque etiam εἰκοσκακλίνων et τριακοντακλίνων. Eo allusit Anaxandrides: Τῆς δὲ λέβητας χαλκῆς εἶναι μείζους λάκκων δωδεκακλίνων. Proprie non λάκκοι, sed oeci dicuntur δωδεκάκλινοι, *lectos 12. capere*. Moris erat, ut, qui in conviviis ministrarent, alte cingerentur, quo essent expeditiores. Horatius: *puer alte cinctus acernam Gausapere puerureo mensam verter sit*. Ideo Anaxandrides: Αὐτόν τε Κότυν περισζῶσθαι, ζωιὸν τε φέρειν ἐν χοῖ χρυσῇ. Scribo deinde τὰς δ' ἀρμονίας μεταβάλλειν. Repetendum semper τὸ φασίν. Sensus est: Aiunt, Antigenidam tibicinem, Argam cantorem et Cephisodotum citharam pulfantem ei convivio interfuisse, et cecinisse modo quidem Spartam amplis florentem choreis, modo Thebas septem portarum, mutato harmoniae genere. Errat Dalec., qui εὐρύχωρον Σπάρτην mutat in εὐρύχωρον. Quo etiam modo scriptum invenimus in epitoma Hoescheliana. Perperam. Homericum est ejus urbis epithetum, ut: Ἡ δ' εἰς εὐρύχωρον Λακεδαίμονα Παλλάς Ἀθήνη ὤλιχετο. De ea voce multa poëtae interpretes. De Spartanis choreis Plutarchus in Apophth. Apollo fatidicus in oraculo, quod refert Herodotus: Ὑμῖν δ', ὧ Σπάρτης οἰκήτορες εὐρυχόροιο. Lectio, quam edidimus, est prompta e membranis. Si libeat minimum ab ejus vestigiis recedere, scribam: τὸτ' αὖ ἐπὶ Θήβας τὰς ἀρμονίας μεταβάλλειν. Non censeo dubitandum, hanc esse veram lectionem. Cum autem et phiala et lepasta sui generis diversa pocula sint, ut didicimus ex l. XI., probem scribi Φιάλην τε καὶ λεπασήν ποτίως, quam, ut editum est, Φιάλην τε λεπασήν. Cum inter alia, quae dotis nomine accipit Iphicrates a rege Thracum, recenset comicus βολβῶν σιρὸν δωδεκάπηχυν, non absurde conjiciebamus, scribendum βολβῶν σειράν. Et Dalec. in mentem venit hujus conjecturae: sed vir optimus perabsurde vertit *bulborum torquem*. Nos βολβῶν σειράν interpretamur *lineam bulborum*: sicut dicitur Jurisconsultis *linea margaritarum*. Sic hodie caepas in forum deferunt ad instar catenae nexas invicem more fertorum, non autem transfixas, ut fit in unionibus. Alia olera in fasciculum colligata prostabant. Virgilius in



**Moreto: Vaenales olerum fascéis portabant in urbem.** Hieronymus consol. ad Pammachium: *mundant legumina, olerum fasciculos in ferventem ollam dejiciunt.* Ex istis verbis docemur, non solitos solvi istos fasciculos, sed, ut emebantur in olitorio foro, ita in ollam conjici. Ejus rei causam explicat Galenus, Erasistratum subsannans, quod in curatione cujusdam morbi scripsisset, εἶναι δὲ δέσμια, (de cichoreis loquitur) ὅπως εὐμετάθετα ἦ. Galeni verba sunt in l. de sect. venae contra Erasistrateos, qui erant Romae: ἄρ' ἐπινοεῖς, ἔτι δύνασθαι τινα ἐπιμελέστερον γράψαι τὰ σμικρότατα τῆ μηδ', ὅτι χρῆ δεσμίδια ποιεῖν τῶν κίχωρίων, ὅπως εὐμετάθετα ἦ, σιωπήσαντος; εὐδηλον γὰρ, ὅτι τὰ λελυμένα δυσμετάθετα γίνονται. Videntur Graeci istos fasciculos ἐψάνας proprie appellasse. p. 250.

**Hesychius: ἐψάσαι, αἱ τῶν λαχάνων δέσμια.** Ita exponemus σειρὰν βολβῶν, si cui placeat emendatio. Sic minores aves vendebant in lineam digestas. Hesych.: τίλλοντες τὰ ὄρνεα καὶ τιθέντες ἐπὶ πίνακος ἐπώλην, τὰ λεπτὰ ὀρμαδίζοντες. Nobis nunc perplacet, quod est editum et in omnibus codd. scriptum, σιρόν. σιρός est fovea in usum granarii vel apothecae cavata. Hesych. etiam πίθον interpretatur, quia in doliis praeter vinum etiam alia fervabant. Sivos vocant auctores rei rusticae, Varro et Columella. Varro hoc amplius firorum in Thracia plurimum fuisse usum scribit. Cur igitur hic mutemus, ubi de rege Thraciae sermo est? At istud fortasse mutandum: τέτων δ' ἔσαι πολὺ σεμνότερον καὶ λαμπρότερον. Praecedit γάμος. Itaque scribendum σεμνότερος et λαμπρότερος. Nisi malimus πρὸς τὸ σημαϊνόμενον referre: nempe δεῖπνον. Quod verum censeo. δεσπόσυνοι sunt heriles filii, non heri. Scio, grammaticos veteres δεσποσύνας et δεσποτίνας interpretari vernas. Sed pro herili filio accipi, non obscuro testimonio docemus. Appianus l. IV. bell. civil.: ἕτερος ἀπελεύθερος τάφον δεσπότη Φυλάσσων τὸν δεσπόσυνον προγραφέντα ἐφύλασσε ἐν τῷ τάφῳ μετὰ τῆ πατρός. Additur: ἐ σμύρνης καὶ Συρίας ὁδομαί. Scribe cum epit. σμύρνης Συρίας. In eadem mox κολλίκων pro χολίκων. Et πολυποδίων, non πολυποδείων, quod aliud sit, et sententiam faciat imperfectam. Scribe: λαθύρων, ὄχρων, δολίχων, μέλιτος. Leguminum nomina sunt ὄχρος et δολίχος. At ὄχρος aliud significat. Idem liber θυννίδες ἐφθαλ scribit pro ὄπται. In extremo hujus eclogae inest jocus comicus, cum ait poeta: γέρανος, τὰττι (malim ἢ τὰτ.) τῆ χάσκοντος διατυναμένη δια



τῆ πρώτῃ καὶ τῶν πλευρῶν διακόψει τὸ μέτωπον. Jocus, inquam, est in hominem muliebris patientiae. Graeci impudicos vocabant εὐρύπρωκτες vel λακκοπρώκτους. Hoc vult, gruem illam adeo longum habuisse rostrum, ut, si per anum immittatur impudici illius, quem digito indicabat histrio, qui ista pronuntiabat, ad latera usque penetrare, et frontem ipsam tundendo perforare queat. Insigniter εὐρύπρωκτον voluit significare et morbo nefando prae caeteris infamem.

## CAPUT QUARTUM.

Ἀηδία Ἀττική. ἢ ἐν Ἄσει παρασκευή. *Coquilans* βλιχανώδης, βληχώδης, βλιχώδης. *Ionicus* πλέταξ ὑποσάσεις ποιῶν. ὑποβνητιῶντα et πασχητιῶντα βρώματα. τὰ εἰς ἀναζόμωσιν. *Philemonis* Μετιῶν ἢ Ζωμίον. *Aristophanis fabula* Ἀνάγυρος, item Ἀνάργυρος et Ἀγήρωσ. *Epilyci comici* Κωραλισκος. παραμασήτης et παραμασύντης. Βαυκίζεσθαι τὰ λευκά, et de *baucidibus* quaedam. συμφορὰν εἰσορᾶν. *Theodectes adjutor Euripidis.*

In iis versibus, qui ex Lyncei Samii Centauro afferuntur, non capio ista: — ἀηδία γὰρ ἐστὶν Ἀττική, Ὡσπερ ξενική. Scribo, ut intelligam: Ὡς παρ ξένοις γε. *Victus* p.251. *Atticus*, inquit, non placet, nobis saltem peregrinis. In responso Hegesandri scribit eclogarius τῆς ἐν Ἄσει παρασκευῆς. Malo tamen παρασκευῆς. Ea voce intelligitur, quicquid in coenam solitum apponi ab Atheniensibus. Quartum versum ex *Apolipusa* Diphili ita corrige: — — τί δὲ Τῆτ' ἐστὶ πρὸς σε τὸν μάγειρον; τῆς τέχνης Ἠγεμονία τίς ἐστὶν αὕτη γ', ὦ πάτερ, τὸ τῶν ἐδομένων τὰ σώματα προσιδέναι. Eadem sententia apud Martialem: *Non satis est ars sola coco: servire paratum Nolo: cocus domini debet habere gulam.* Posidippus: Καὶ τὰ σώματα γίνωσκε τῶν κεκλημένων. Ὡσπερ γὰρ εἰς τὰμπόρια, τῆς τέχνης πέρας Τῆτ' ἐστὶν, ἂν εὖ προδράμης πρὸς τὸ σῶμα. XII. versum ita concipe: Ἀψινθίω σφι δεῦσον, ὅσα γ' ἂν παρατιθῆς. Ultimum vero sic: Πάντες βλιχώδεις εἰσὶ καὶ μεσοὶ λάπης.



Apud Hippocratem saepius leges ἐμέει σίαλα καὶ λάπην.  
 Pro βλιχανώδεις, quod verbum est non nauci, Dalecam-  
 pius scribebat βληχώδεις, repugnante modulo versus.  
 Nos fecimus βλιχώδεις per jota, memores, veterem cri-  
 ticum Epiclem exponere apud Hippocratem βλιχώδες τὸ  
 λελιπασμένον μετὰ γλοιώδεις ὑγρασίας ἀκαθάρτα. *Pinguis  
 oblitum cum viscoso humore et impuro.* Hic vero Diphilus  
 ita vocat homines pituita laborantes, eamque ob causam  
 ἀποσίτες. Rara enim ciborum appetentia, quibus est pi-  
 tuita molesta. Idcirco addit μεσοὶ λάπης. Nam et λάπη  
 genus pituitae. Menandri versus subjiciuntur, quorum  
 nonus expleri potest hoc modo: Ἐκ τῆς ὀρεινῆς, Ἄρμα-  
 δικὸς, τῆναυτίου Ἀθάλαστος. In XI. Ἴωνικὸς πλέταξ ὑπο-  
 σάσεις ποιῶν. Quid sit ὑποσάσεις ποιεῖν, dubitavi diu: nam  
 viri docti interpretatio, ut est, sic visa semper absurda.  
 Referebam aliquando ad mollem incessum et motus Ioni-  
 cos cum staculis. Sed veram interpretationem docuit  
 me Julius Poll., cujus sunt verba l. VI. c. 9.: αἱ περιτταὶ  
 σκευασίαι ὀνδυλεύσεις καὶ μονδυλεύσεις ἐναλοῦντο ὡς καὶ  
 παρὰ Μενάνδρῳ αἱ ὑποσάσεις ζωμὸς παχὺς ἀμύλω πηγνύ-  
 μενος. Haec Pollux, respiciens absque ullo dubio hunc  
 ipsum Menandri locum. Sunt igitur ὑποσάσεις condimen-  
 ta, ita dicta, quod in imo subsidant. Locum Menandri  
 tangit Socrates Histor. III. cap. 8., ubi differit de voci-  
 bus σίαλα et ὑπόσασις. Sic ille: παρὰ Μενάνδρῳ σημαίνει  
 ἡ ὑπόσασις τὰ καρνεύματα ὡς εἴ τις λέγει τὴν ἐν τῷ  
 πίθῳ τῆ οἴνου τρύγα ὑπόστασιν. Vocem πλέταξ sumpsit  
 Menander ab Eupolide: nam ut illius propria adnotatur  
 a veteribus criticis. Pollux l. III.: ὁ δ' Εὐπολις πλέταξ  
 πέπαικε. ὑποβινητιῶν est Venerem appetere. Inde ὑπο-  
 βινητιῶντα βρώματα Menandro, *cibi ad Venerem stimulan-  
 tes.* Clemens Alex. Menandrum imitatus πασχητιῶντα  
 appellavit in II. Paedagogi: πόρρω γὰρ ἐστὶ τῶν πασχητιῶν-  
 των ἐδεσμάτων ἢ τράπεζα τῆς ἀληθείας. Recte Dalecam-  
 pius τὰ εἰς ἀνασόμεωσιν βρώματα interpretatur, quae valent  
 ad restituendam orexin amissam. Martialis hoc dicit  
*reficere nauseam.* Proprie ἀνασόμεωσις est oris obturati.  
 Caelius Aurel. tard. pass. l. II. c. 10. *osculationem* vertit, p. 252.  
 et ἀνασομεῶν *osculari.* Nam τὰ σόμια venarum et arteria-  
 rum ei dicuntur *uscula.* Passim apud medicos ἀνασόμεωσις  
 Φλεβῶν vel τῶν ἀγγείων appellatur venarum apertio. A  
 qua significatione non recedit, cum pro restituto cibo-  
 rum appetitu usurpatur. Fere enim contingit fastidium  
 ciborum, cum os ventriculi alienis humoribus est ob-



fessum: cui malo ut medicina fiat, aperiendi sunt occlusi  
 meatus. Fit autem hoc vel cibus succi subtilis, cujus-  
 modi sunt illa, quae Plutarcho appellari λεπτά και τομά  
 dicebamus l. II. c. 17., vel pharmacis ejusdem facultatis.  
 Lege Galenum de comp. medic. κατὰ τόπους l. VIII. Lau-  
 datur deinceps Philemo comicus ἐν Μετιόντι ἢ Ζωμῶ.  
 Non displiceat nobis, quod doctis quibusdam placet, Με-  
 τύοντι. Aliter tamen etiam l. VIII. Cicadas veteribus  
 fuisse esitatas, et observat hic Athenaeus, et nos proba-  
 vimus l. II. c. 16. In eam rem citatur deipnosophistae  
 Ἀριστοφάνης Ἀναγύρω. Observare licet, veterum comi-  
 corum plerasque fabulas ab Atticis populis esse denomi-  
 natas. Idem de hac comoedia videtur sentiendum: nam  
 Anagyryrus appellabatur tribus Erechtheidis pagus quidam.  
 Quanquam non Ἀνάγυρος, sed Ἀναγυρῆς fuit illi δήμω  
 verum nomen. ut dicebamus l. II. c. 11. Memini tamen  
 reperire alibi scriptum Ἀναργύρω, cui scripturae favet lo-  
 cus Pollucis l. IX., ubi scriptum corrupte Ἀριστοφάνης ἐν  
 τῷ ἐν Ἀργύρω pro ἐν τῷ Ἀναργύρω. Alibi apud eundem  
 Pollucem illo ipso libro citatur Aristophanes ἐν Ἀγύρω.  
 Certum est, locum esse corruptum. Sed quomodo emendabi-  
 mus? An ἐν Ἀναγύρω, ut aliquot locis scriptum in Athenaei  
 codd.? An ἐν Ἀγῆρω, ut in l. XIV.? Verum est Ἀναγύρω,  
 nisi fallor: nam et apud Pollucem ita scribitur l. X. c. 12.  
 et c. 13. bis, item c. 21. et c. 25. Obscurus poëta est Epily-  
 cus, cujus fabulam Κωραλίσκον laudat mox auctor. Κοραλί-  
 σκον vocat Suidas pro o parvum. Κωραλίσκος est adolescentu-  
 lus, ut interpretatur Hesychius. Similis inscriptio earum  
 fabularum, quibus Παιδῶν fuit index, ut dicebamus l. super.  
 E Nicandri subjectis versibus tertium melioribus ingeniis fa-  
 nandum relinquimus. Libri omnes corruptissimi, in quibus  
 pro κύκισσον scriptum Θαῦνωνον vel ἄηνωον. Ne in sequenti-  
 bus quidem versibus omnia praestabo integra. In ultimo sal-  
 tem ἄρυσαι scribendum, non ἄμυσαι. Hauri e vasculo,  
 quod σταμνῶν modo appellavit. Destituunt nos libri  
 etiam in sequentibus versibus Diphili vel Sosippi. Alexi-  
 dis Tarentini nominantur et Polluci l. X. c. 13. παραμα-  
 σύντης in ejus versibus exponitur de parasito. L. VI. πα-  
 ραμασότηης scriptum ex eodem poëta: quod videtur ἀνα-  
 λογώτερον, nam μασῶσθαι dicimus. Sed utrumque dixe-  
 runt Graeci. Hesychius: μασύντης, παράσιτος. Penul-  
 timus versus ita scribitur: Καυκίζόμενον τὰ λευκὰ, τὸν  
 ἄβαλλον θ' ἄμα. Scio, καυκίς reperiri pro βαυκίς: hic  
 tamen Βαυκίζόμενον scribi malim. Hesychius, ubi docuit,



βαυκίζεσθαι usurpari pro θρύπτεσθαι, subiicit haec: βαυ- p.253.  
 κίζομενον, τρυφερόν καὶ ὠραϊστὴν. Videtur optimus ille  
 grammaticus hunc ipsum Alexidis locum ante oculos ha-  
 buisse, cum haec scriberet. Est igitur βαυκίζεσθαι τὰ  
 λευκὰ per lasciviam ostentare baucidas (id calceamenti ge-  
 nus) albas. Baucides fere crocei coloris erant, ut scribit  
 Pollux. Hic ostentator ineptus albas gestabat, easque  
 inter saltandum subinde ostentabat. Homo stultus multis  
 nominibus! Nam in totum ineptae ad saltandum erant  
 baucides, non minus quam illae, quae hodie nobis a su-  
 bere, id est ἀπὸ τῆς Φελλῆς, appellantur *παντοφέλλαι*. Bau-  
 cidibus solitum suber suppingi, (vel quia hibernum erat  
 hoc calceamenti genus, vel quia a mulierculis gestabatur,  
 quae mendacio staturam irent adjutum,) declarat incerti  
 poëtae versiculus apud veteres magistros: Ὁ Φελλὸς ἐν  
 ταῖς καυκίσις ἐγενεάττυται. Verum haec alio loco melius  
 et uberius. Posterius hemistichium ad incitas redegit nos  
 saepe. Membranae nos destituunt. Breviator hunc ver-  
 sum circumscripsit, reliquos omnes describens. Causam  
 diximus jam multoties. Scribo τὸνάβλον θ' ἄμα. Vide-  
 tur ineptulus hic inter saltandum calceos ostentasse et na-  
 blum, quod manibus tenebat. Paene praetermiseram ad-  
 monere de gravissimis mendis, quae versum IV. et V. de-  
 formant. Sic enim legitur: συμφορὰν λέγεις, ἄρ' ἂν Φαί-  
 νης ἂν, εἰς συμπόσιον εἰσελθὼν ἄφνω. Quis ista intelligit?  
 Nemo, hercule, nemo. Lego planissima et certissima sen-  
 tentia: συμφορὰν σέ γ' εἰσορᾷν Φαίης ἂν εἰς συμπόσιον εἰσελ-  
 θὼν ἄφνω. Eleganter συμφορὰν ὄρᾳν de re molesta, et  
 quam videas ingratiis. Paulo aliter apud Sophoclem θά-  
 νατος τὰδ' ἀκύνει, et similia. A libris est τὸ Φαίης pro  
 Φαίνης. Caetera ab ingenio. De Theodecte versus est  
 Antiphanis: Ὁ τὰ κροτάλια συγγράφων Εὐριπίδῃ. Hoc  
 est, qui Euripidi fabulas suas componere aggressuro sum-  
 ma capita describit. et primam faciem tragoediae delineat.  
 Locum ex Alexidis *Isofasio* ita concipe: Ἀπὸ συμβολῶν  
 ἔπινον, ὀρχεῖσθαι μόνον βλέποντες, ἄλλο δ' ἔδέν. ὄψων  
 ὀνόματα καὶ σιτίων ἔχοντες, οἶον Κάραβος, καὶ Κωβίος,  
 καὶ Σεμίδαλις. Interpres pro βλέποντες legit θέλοντες.  
 Non video, cur necessum sit mutare. At οἶον in tertio  
 versu pro ὄψων necessario rescripsimus.



## CAPUT QUINTUM.

*Percurritur elegans parodia Matronis. Βορρασμοὶ et βορρασαὶ apud Athenienses. ἔβρανός ὀπτανιάων. ὄσμυλοι et ὄσμύλια. χονδροφούς. παλάμη ἐπορέχθην. Aqua rosacea veteribus incognita. Multa alia obiter observantur: multa emendantur.*

**M**ultum Athenaeo debemus, qui Matronis parodiam nobis conservavit descriptam isto loco. Carmen est et ingeniosum et leporis ac venustatis plenissimum. Merebatur profecto ejus venustas, ut plus paulo operæ in illius interpretatione viri docti sumerent. Tirones, quibus est otium, si me audient, singula hujus parodiae cum Homericis fonte, unde sunt derivata, contendunt. Suave erit ac jucundum considerare, qua dexteritate sententias poëtae in diversissimum sensum Matro hic detorsit. Multa item eruditissimi Dalecampii παρερμηνεύματα nullo negotio et animadvertent et corrigent. Utriusque exemplum esto hoc, a nobis raptim et properanter editum: festinamus enim ad alia, neque recentes nunc sumus ab Homeri lectione, in quo tamen totius negotii hujus cardo versatur. Primus versus, Δείπνά μοι ἔννεπε, Μᾶσα, πολύτροφα καὶ μάλα πολλὰ, quod nemo non videt, ex isto factus est, Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μᾶσα, πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ. Proximus. Ἄ Ξενοκλῆς ῥήτωρ ἐν Ἀθήναις δειπνισεν ἡμᾶς, totus est Matronis, nisi quod Homericum verbum δειπνισεν usurpavit. Sequens, Ἦλθον γὰρ κἄκεῖσε, πολὺς δέ μοι ἔσπετο λιμὸς, totus est poëtarum principis, unica voce excepta: Ἦλθον γὰρ κἄκεῖσε, πολὺς δέ μοι ἔσπετο λαός. Etiam quartus, Οὐ δὴ καλλίσους ἴδον ἄρτας ἠδὲ μεγίστας, sine dubio Homeri est, etsi non memini nunc, quomodo apud illum scribatur. Similis versus in VI. II.: Ὅς κάλλισος ἔην ποικίλαισιν ἠδὲ μέγιστος. Quintum cum leges, Λευκότερας χιόνος, ἔσθειν δ' ἀμύλοισιν ὁμοίως, veniat in mentem necesse est istius de Rhesi equis, Λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. Similis alia ejusdem poëtae parodia: Λευκότερας χιόνος ἰδέειν, ἀμύλοισιν ὁμοίως. Τάων Φυομένων ἠράσσατο πότνια γαστήρ. Sextus: Τάων καὶ Βορέης ἠράσσατο πεττομενάων. Quantum memini, apud poëtam legitur paulo aliter de equibus Dardani, quas Boreas adamavit. Alicubi sub II. fin. recordor legere hunc versum: Τάων καὶ Βορέης ἠράσσατο





βοσκομενάων. Hic vero Τάων intellige ἀμύλων. *Quarum, dum coquerentur, sive recens coctarum vel Boreus poterat affici desiderio.* Sensus autem est, adeo bonos panes illos aut placentas fuisse, ut etiam Borealia celebrantibus apponi potuerint. Moris fuit Athenis, Boreae sacra facere demerendi illius gratia. Magna solennitate is dies celebrabatur, atque imprimis lautis opiparisque epulis. βορέαζεν hoc dicebant, et βορεασμὸν superstitionis hujus ritum. Hesychius: Βορεασμοί, Ἀθήνησιν οἱ ἄγοντες τῷ Βορέᾳ ἑορτάς καὶ θοίνας, ἵνα ἄνοτοι (malim ἄνοσοι) πνῶσιν. ἐκαλέοντο δὲ βορεασμοί. Videtur dicere, thiasotas horum sacrorum fuisse appellatos βορεασμάς. Ego arbitror, βορεασμὸν id esse, quod jam diximus: at qui superstitionis hujus sacra concelebrent, eos esse dictos βορεαστάς, ut εἰκαδιστάς, τετραδιστάς, et similes. VII.: Αὐτὸς δὲ Ξενοκλήης ἐπεπωλεῖτο εἰχᾶς ἀνδρῶν. At Homerus sic: Αὐτὸς δὲ κτίλος ὡς ἐπεπωλεῖτο εἰχᾶς ἀνδρῶν. VIII.: Στῆ δ' ἄρ' ἐπ' ἐδὸν ἰῶν, σχεδόθεν δέ οἱ ἦν παράσιτος. Duo hemistichia, quae variis locis in Ulyxea leguntur, conflavit in versum unum. In priore nihil mutavit. Posterius ita habet: σχεδόθεν δέ οἱ ἦλθεν Ἀθήνη. IX.: Χαίρεφῶν, πεινῶντι λάρῳ ὄρνιθι εἰκίως. Invenies in poemate de Ulyffe: Σεύατ' ἐπειτ' ἐπὶ κῦμα λάρῳ ὄρνιθι εἰκίως. X.: Νῆστης, ἀλλοτριῶν εὖ εἰδὼς δειπνοσυνάων. Scribendum p.255. Νῆσις. Apud Homerum memor sum legere εὖ εἰδὼς ἵπποσυνάων et λελασμένος ἵπποσυνάων. Caetera comparent studiosi adolescentes, quibus, ut dixi, plus est otii, quam mihi. In XII. non intellexerunt interpretes, quid esset ἔρανὸς ὀπτανιάων. Est vero culinae sive camini luculenti periphrasis. Aristophanes κάπνην vocat in Vespis: τί ποτ' ἄρ' ἡ κάπνη ψοφεῖ; Hoc est, ut scribit scholiastes, καπνοδόχη. ἔσι δὲ σωληνοειδὲς ἐπὶ τῶν μαγειρίων. Appianus in IV. ἐμφ. ad vocem ἔρανὸς accedit, καπνάδεις ὑπωροφίας nominans. His duobus versibus, Οἷς ἐπιτετράφαται μέγας ἔρανὸς ὀπτανιάων, Ἡμὲν ἐπισπεῦσαι δειπνε χρόνον, ἠδ' ἀναμεῖναι, lepidissima coqui periphrasis continetur: neque audiendus vir doctus, qui οἱ μὲν et οἱ δὲ scribit in posteriore. Homer. de Horis: Τῆς ἐπιτετράφαται μέγας ἔρανὸς ἔλυμπός τε, Ἡμὲν ἀνακλῖναι πυκνὸν νέφος, ἠδ' ἐπιθεῖναι. In XV. εἶδατ' εἰσὶ σίβη. Poëtica vox est Homero frequens. Nollem accepisset vir doctus pro εἶδεα, quod declarant illius verba: cibariorum omnigenas species. XX. versus: Ἐν καθαρῷ, ὅτι κῦματ' ἐπ' ἠϊόνος κλύζεσκε. Si animadvertisset Dalecampius, sumtum esse ex Il. rh. ψ.,



nunquam illa scripisset, quae pro interpretatione horum verborum nobis reliquit. Legant tirones Eustathium. Similis error in versu LXXXVI.: Ἐν καθαρῷ, ὅθι περ λοπάδων διεφαίνεται χῶρος. Cum unica dictione mutata sit ex Homericō: Ἐν καθαρῷ, ὅθι περ νεκύων διεφαίνεται χῶρος. XXIV. absque ulla varietate in omnibus membranīs et epitoma ita conceptus est: Τὰς δ' ὁ Κύκλωψ ἐφίλει, καὶ ἐν ἔρεσιν ἐξεπεφύκει. Scribebam Τὸν δ' ὁ Κύκλ., et cum sequenti versu continuabam. Describit unum aliquem e servis Xenoclis, illum nempe, qui pinas mensae intulerat. Eum ait Cyclopi fuisse dilectum, atque adeo a Cyclope in suo antro generatum: horridum aliquem servum, visu turpem et altero oculo captum designat. Josephus vero Scaliger, cum superioribus hunc versum jungens, scribendum arbitrabatur: Τὰς δ' ὁ Κύκλωψ ἔφλη, καὶ ἐν ἔρεσιν ἐξεσε φύκη. Has, inquit, mandebat Cyclops, et in montibus eradebat τὰ φύκη. Nam apuae cum multa alga capiuntur, quae est φύκος, et algas ipsas superiore versu vocabat λιπαρὰ κρήδεμνα. ἔφλη sive ἔφλα valet *manducabat*, *vorabat*. Menander: Κύψας καὶ αὐτὸν τῶν τραχημάτων ἔφλα. XXV.: Πίννας ἤλθε φέρων καὶ ἄμυλα ἠχήμεντα. Postrema manifesti vitii sunt comperta. Proclive esset emendare καὶ ἀμύδαλα ἠχήμεντα, nisi et praecedentia obstarent, et magis sequentia. Scribe igitur vel cum acutissimo Scaligero καὶ τήδη μυελόμεντα, vel, ut censemus nos, καὶ ὄσμύλι ἠχήμεντα. Vocem ἠχήμεντα omnino retinendam puto: est enim Homeri, quo respexisse parodum non dubito. Osmyli inter polyporum species recensentur. Et ὄσμύλια dixisse Aristophanem in Danaidibus, ex Athenaeo et Polluce discimus. Olim scribebam καὶ κογχύλι ἠχήμεντα. XXVI.: Ἄς καταφυγότριχος πέτρης λευκὸν τρέφει ὕδωρ. Sine controversia verum est, quod Scaliger divinavit: Ἄ καταφυγότριχος

p.256. π. XXVII. χονδροφυῆ passerem interpretor, cui mollis caro instar alicae. XXIX.: Οὐδ' ἐφθην τρώσας ἵνα εἶασε Φοῖβος Ἀπόλλων. Scaliger: Οὐδ' ἐφθην τρώσαι μιν, ἄσας δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων. Invenimus in optimis Hoeschelii excerptis τρώγειν. Itaque sic versum concinnamus: Οὐδ' ἐφθην τρώγειν, ἐπεὶ ἄσας Φ. Ἄ. Homerus: ἐπεὶ φρένας ἄσασεν οἶνω. XXXII.: Ἄψ δ' ἐλόμην χάρμη, λαιμὸν δ' ἄπλησον ἄμυξα. *Mugilem prehendi et in contrariam partem traxi per vim, et stratoelis inexplibile guttur unguibus laceravi* Nihil hic mutandum censeo. XLVI.: Πολλὰ δ' ἀναντα κάταντα κατὰ σέγας ἤλθ' ὁ μάγειρος. *Corripit*



posteriorem in *σέγας*, non sine exemplo. Theocritus: Ἄ πενία, Διόφραυτε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει. Sed et *σέγος* idem significabit. Scaliger tamen κατὰ *σίχας* malebat. Sensus est, isse, redisse cocum saepius e culina in superiorem contignationem, ubi coenatio. *ἀναυπα κἀταυπα* eleganter appellat scalas. In Homeri versu II. ω. ῥαψ. loci acclives et declives sic dicuntur. XLIX.: Ἀντάρ ἀπ' Εὐβοίαν λοπάδες τόσαι ἐσιχόωντο. Melius in excerptis ἀπ' Εὐβοίας. Sic versu XCV. ἐκ Σαλαυῖνος. Poëta intelligit patinas Carystias, quas fuisse Athenis in pretio, discere est ex I. IV. LIII.: Οἴη δ' αὖ θύνη κερκλή θαλαμηιάδαο. Recte Dalecampius Οἴη. Optime vero Scaliger θαλαμωνιάδαο: ut alludat ad Homericum Τελαμωνιάδαο. Θαλάμαι *risium cubilia*. Μοχ ἄνευ τευχέων Αἰρομένων interpretor propter lances, quae auferebantur de *μευσα*. Ea est, quam appellat parodus insignem calamitatem et *Θεήλατον*, cum ait: τὸ δὲ πῆμα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισι. LVI.: Πύνη, τὴν Φιλέσοι. Repetendum est verbum ἤλθε. LXX.: Οὐ πλήρης περ ἑὼν κρατερὸς παλάμη ἐπορέχθη. In epitome κρατερῶς. Scribe igitur: Οὐ πλήρης περ ἑὼν κρατερῶς παλάμη ἐπορέχθη, Γεύσασθ' ἱμείρων. Utrumque dicunt poëtae, *χειρὶ ἐπορέγεσθαι* et *χεῖρα, manu protensa aliquid petere*. Scribe etiam τὸ δὲ ἀμβροσίη μοι ἔδοξεν. LXXVI. scribe: Σάνδαλα δ' αὖ παρέδησαν (vel παρέδησαν) ἀειγενῆ ἀθανάτων. Planos pisces, cujusmodi est solea, vocat sandala immortalium: Nereidum videlicet et aliarum Nympharum marinarum. LXXIX. corruptus est, et vulnus codicibus illatum, cui neque excerpta afferunt medicinam. LXXXI.: Μόρμυρος ἀν τὰδ' ἔην, μεγάλη σπάρος, ἧς ὁ μάγειρος. Scaligero placet: Μόρμυρος, ἀντα δ' ἔην γαλέη, σπάρος, ἧς ὁ μάγειρος. Acutissimi viri conjecturam adjuvant excerpta, in quibus diserte scriptum ἀντα et ἧς. LXXXV.: Κεῖτο δέ τις βοτάνη, ἧς εἶδες ἤπτετο δελπνῶ. In membranis. Κεῖτο δέ τις βατίς et δείπυς, quorum neutrum convenit. LXXXIX.: Κωλῆν δ' εἰσεῖδον, πῶς ἔτρεμεν. Nihil variant MSS. Videtur ad Necyiam respicere, ubi τὸ εἰσεῖδον aliquoties usurpatur. Aliter judicabat Scaliger, qui ex aliis Homeri locis emendabat: Κωλῆν δ' ὡς εἶδον, πῶς ἔτρεμον. Sequentem vero versum perspicue mendosum sic idem corrigebat: Κεῖτ' ἀγχεῖ κύλικι πλειῆ· χέρας ὦν ἀπέρυκον. XCII.: Ὀψομαι, ἀλλά με τυρώδει καὶ μάζη ὄτρηρῆ. Scriptura veterum τυρῶ δεῖ καὶ μάζη ὄτρηρῆ. Deest aliquid ad perfectionem sententiae. Hoc enim vult: cras pro



his lautitiis oportebit caeseo et properata maza esse con-  
 p.257. tentum. XCIII.: Νηλής δ' ἔχ' ὑπέμεινε· βιάζετο γὰρ βρα-  
 κέεσσι. Crudelem vocat τὸν κωλῆνα, cujus partem capere  
 non potuerat. Causam continet posterius hemistichium:  
 quia, inquit, vi et impetu convivarum in frustra discer-  
 ptus est. Omnes manu exarati praeferunt βράδεεσσι pro  
 βρακέεσσι. In versu poëtae, quem παρωδεῖ, est βελέεσσι.  
 XCVII.: ἴν' Ἀθηναίων κητέκειντο Φάλαγγες. Infelicissime  
 Dalecamp.: *ubi Atheniensium phalanges constiterant.* Ita-  
 ne? κητέκειντο *constiterant*? Si hoc voluit parodus, cur  
 mutavit Homericum verbum ἴσαντο; Sic enim poëta:  
 ἴν' Ἀθηναίων ἴσαντο Φάλαγγες. Atqui phalanges Athe-  
 nensium Matroni nihil aliud nisi convivae, quos ex alio  
 Homeri loco εἶχας ἀνδρῶν supra vocabat. Hi non ἴσαντο,  
 sed κατέκειντο, *jacebant* in convivialibus lectis. CV.:  
 Χεῖρας νιψαμένοιισιν ἀπ' Ὠκεανοῦ ῥόων. Vera procul  
 dubio scriptura. Posterius hemistichium apud principem  
 vatum leges non semel. Tamen in excerptis scriptum ἀπ'  
 Ὠκεανοῦ ῥόων τε. Si liberet argutari, dicerem, rosa-  
 ceam aquam intelligi, esseque figuram ἐν δια δύοῖν. Sic  
 hodie finitis epulis vel rosacea, vel nardina, aut similis  
 lavandis manibus funditur. Sed aquae rosaceae nulla  
 dum fuit, neque multo post notitia: verum olei tantum  
 rosacei. Alibi diximus, δ et α saepissime permutata repe-  
 riri in antiquis membranis. Sic hoc loco ῥόων male le-  
 gerunt pro ῥόων. CVI.: Ὠραῖος παῖς ἤλθε Φέρων μύρον  
 ἤρινον ἰδύ. Non clam me est, flores distingui in vernos  
 et aestivos, ut μύρον ἐαρινόν sive ἤρινόν dictum videri queat  
 factum ex floribus vernis. Puto tamen alienum hoc a  
 veritate, et scribo ἴρινον aut εἴρινον: nihil enim refert, ut  
 diximus l. V. Et profecto non aliter scripsit Matro. Vide  
 l. XV. CX.: Λέσβιος, ἔ δὴ πλείστον ἀνὴρ ὑπὲρ ἀνδρα πε-  
 πῶκει. Lesbium vinum ita praestans, ut in eo bibendo  
 certarent homines sese invicem superare. CXIV.: ἦν θ'  
 ἀμάμαξεν ἐπικλησιν καλέεσι. Uvarum genus quoddam vo-  
 cabant ἀμάμαξεν. Proba et integerrima lectio.

A  
 del  
 Φα  
 δε  
 μα  
 δε  
 πε  
 ετι  
 ide  
 tis  
 lieu  
 εἶ  
 Ρο  
 ut  
 fra  
 tu  
 vocan  
 m  
 eibi  
 ctare  
 mii  
 a  
 εἶ  
 storia  
 multa  
 gram  
 celebra  
 mitem  
 εἶ  
 τα  
 τα  
 τα  
 τα



## CAPUT SEXTUM.

*Ciborum περιφοραὶ εἰ παραφοραὶ in conviviiis Atheniensium. Discrimen inter voces ἔψημα, ζωμός et ῥόφημα. Clementis locus emendatur. ζωμός λευκός. Polemonis liber περὶ τῆ παραξὶ Ξενοφῶντι κανάθρα. Quid sit κανάθρον. Locus Xenophontis ex Plutarcho emendatus. Eurolidis fabula Eilotes. Voces Laconicae αἰκλον, κοπίς, Φυσικίλλος, Βέσκερος. Diana Corythallia Spartaee culta. Tiaffa fons. Epicharmi Periallos. Alia nonnulla.*

Alexidis versus, quibus convivium Attica ridet, ita scribi debent: Ἐγὼγε δύο λαβεῖν μαγείρας βέλομαι, Οὓς ἂν σὺ φωτάτους δύνωμ' ἐν τῇ πόλει. Μέλλοντε δειπνίζειν γὰρ ἄνδρα Θετταλὸν, Οὐκ Ἀττικηρῶς, εἰδ' ἀπηκριβωμένως ἔλιμῶ παρελθεῖν, ἀλλὰ δὴ καὶ ἐν' Ἐκασον αὐτοῖς παρατιθέντα μεγάλως. In III. versu scripsimus μέλλοντε pro μέλλοντα, referendum ad duos coquos, de quibus dixit: et si proprie δειπνίζειν de magistro convivii dicitur, non de coquis. Penultimum sine ope librorum emendare potis non sum: ac videtur aliquid amplius, quam hujus versiculi caput, deesse. Eclogarius eo praetermisso scribit: εἰδ' ἀπηκριβωμένως ἔκασον αὐτοῖς παρατιθέντα, μεγάλως δέ. Poëta hoc videtur voluisse, sic parandum esse convivium, ut singulis convivis singulae patinae aut lances probe instructae apponantur: neque enim περιφοραῖς ciborum futurum locum, ut in Atheniensium mutationibus. Alibi vocantur hae ferculorum circumlationes παραφοραὶ a Cybulco: quia plerosque convivarum praeteribant tantum tibi, non concessa carpenti facultate. Eo videtur spectare verbum παρελθεῖν. Locus e Centauris Lyncei Samii ante descriptus hujus mentem aperit. Scribe autem εὐτράπεζοι δ' εἰσὶν ὄντως, non ἔτως. Sequitur elegans historia de conviviiis duobus Athenis celebratis: in qua multa peccat ἀδρόως interpres. Adscribemus igitur integram Latine: *Narrant, cum Athenis duo non ita antiqua celebrarentur in Lyceo et Academia convivium, Academiae quidem coquum fictilem patinam in alios usus intulisse: ministros vero sacrorum omnes eam fregisse: quoniam videlicet res longe posita non rite quaesita atque intus recepta esset, cum iis oporteat abstinere, quae sunt procul. Lycei vero coquum, qui salitam carnem in modum salsamenti ex piscibus.*



*concinnaverat, flagris fuisse caesum, tanquam versutum et improbe ingeniosum.* κατὰξαι πάντα τὰς ἱεροποιῖας puto significare, consensu et jussu omnium, quibus sacra curae, fractam esse patinam. Alioquin non male scribas πάντως, ομπινο, nulla excusatione admitta. Lege δέοντος aut δέον ἀπέχεσθαι τῶν μακρόθεν. Mox in verbis Platonis discrimen constituitur inter olera et ἐψήματα hac nostrorum librorum lectione: καὶ λάχανά γε, οἷα δὴ ἐν ἀγροῖς· ἐψήματά τε ἐψήσονται. Sed melius apud Platonem: καὶ λάχανά γε, οἷα δὴ ἐν ἀγροῖς, ἐψήματα ἐψήσονται. Cave, confundas haec tria, ἔψημα, ζωμός et ῥόφημα. ἐψήματα appellabant cocta olera, aut legumina, vel alia absque carne: ζωμόν jusculum, in quo carnes coxerant. Clemens Alex. Paedag. l. II. tenuis mensae cibos enumerans: βολβοὶ, ἐλαῖαι, λαχάνων ἔνια, γάλα, τυρός, τὰ τε ὠραῖα, ἐψήματά τε παντοδαπὰ ζωμῶν ἀνευ κῆν ὅπτῃ δέη κρέως, ἢ ἐφθῆ μεταδοτέον. Separat Clemens ἐψήματα et ζωμῶς, et statim addit: *sin carnibus sit opus.* Unde clarum est, ζωμῶς id esse, quod diximus. Sed non ferenda est menda, quae optimi scriptoris sententiam corrumpit. Nam scribendum est: κῆν δέη κρέως, ὅπτῃ μᾶλλον ἢ ἐφθῆ μεταδοτέον. *Si carniū opus sit, assatas, quantum jumentis, praestat apponere.* Ita scribendum esse declarant, quae sequuntur. Afferat enim exemplum discipulorum domini Jesu Christi, qui illi post resurrectionem cibum petenti dederunt ἰχθύος ὅπτῃ μέρος. Quid sit ῥόφημα, exposuimus l. super. Quod diximus significari voce

**P.259.** ἔψημα, Galenus appellat et ζωμόν, sed cum adjectione λευκόν. Sic ille Ὑγιεν. l. IV.: *προσαγορεύω δὲ λευκὸν ζωμόν, ὅταν ἀνευ σαρκὸς τε καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον τῆς ἄλλης καρυκείας σκευασθῆ, ἀνήθῃ τε καὶ ἀλῶν ἐμβληθέντων εἰς ὕδωρ σὺν ἐλαίῳ καὶ πράσῳ βροχχεῖ.* Sed notanda sunt verba, quae ista praecedunt: *εἰ δὲ σαρκὸς βέλοιο γεύσασθαι, τὴν τῶν πετρηίων ἰχθύων ἢ ὀνίσκων ἐν λευκῷ ζωμῷ καλῶς ἐψήσαντα δίδοναι.* Ex his intelligimus, appellatum fuisse *album jus*, in quo vel olera tantum vel etiam pisces cocti fuissent, at non item, in quo carnes. Idem Galenus l. III. de facult. alim. capite eo, quo tractat de piscibus carnem habentibus mollem, album jus ita fusc describit: *αἱ τῶν μαγειρικῶν λοπάδων σκευασταὶ τῆς πίπαι ἀπεψίας εἰσὶν αἰτιαί· κἀλλισαὶ δ' εἰσὶν εἰς πέψιν αἱ διὰ τῆς λευκῆς ζωμῆς γίνονται δὲ ἔτος, ὅταν, ὕδατος θαψιλῆς ἐμβληθέντος, ἐλαίῳ τις αὐτῆρας ἐπιχέας, ἀνήθῃ τε καὶ πράσῳ μυρὸν, εἰθὴ ἡμιέφθῃς ποιήσας, ἐπιβάλλοι τοσῶτον ἀλῶν, ὡς μηδέκα*



φαίνεσθαι τὸν ὄλον ζωμὸν ἀλμυρόν. Significationi huic  
 vocis ἔψημα adfines est nomen ἐψάναι, quo significaban-  
 tur olerum fasciculi, ut c. 3. dicebamus. Non autem ole-  
 rum tantum fiebant ἐψήματα, sed et legumina cocta vo-  
 carunt ἐψήματα. Aristoteles I. II. de part.: τὰ τῶν χει-  
 ῖδρόπων ἐψήματα καὶ τῶν ἄλλων καρπῶν, διὰ τὸ γῆς εἶναι  
 τὸ πλεῖστον μέρος, ἐξιόντος τῆ μιχθέντος ὑγρῶ, γίνεται  
 σκληρὰ καὶ γεηρὰ πάμπαν. Alibi docet idem, vocata esse  
 ἐψήματα, quibus, cum frigesunt, superficies in tenuem  
 crustam concrefcit. De gener. anim. I. II.: τοῖς δὲ ὑγροῖς  
 μὲν, σώματῶδεςι δὲ, θερμαινομένοις περιίσαται, καθάπερ ἐν  
 τοῖς ἐψήμασι ψυχομένοις, τὸ περιζήρον. Legas alibi τὸ ἐκ  
 κέγχρου ἔψημα, quod proprie κευχρίνην appellabant. Μοκ  
 legunt antiqui ἐμπλαγέντα κελεῦσαι, non ἐμπλαγέντα προ-  
 κείμενα κελ. Et paulo post Εἰσιότως ἀνδριώτατοι ἀπάν-  
 των εἰσι Λακεδαιμόνιοι. Sequitur non longe: Πολέμων δ'  
 ἐν τῷ παρὰ Ξενοφῶντι κανάθρῳ τῆ παρὰ Λάκωνσι κελκμένῃ  
 δείπνῃ κοπίδος μνημονεύοντα Κρατῖνον ἐν Πλάτοις λέγειν.  
 Deest verbum Φησὶν aut παράγει. Et miro sermonis com-  
 pendio ἐν τῷ παρὰ Ξενοφῶντι κανάθρῳ dictum pro ἐν τῷ  
 περὶ τῆ παρὰ Ξενοφῶντι κανάθρῳ. Nam hoc vult: Pole-  
 mon in eo commentario, quo exposuit, quid sit κανάθρον  
 apud Xenophontem, scribit (vel profert), Cratinum in Pla-  
 tis fecisse mentionem earum epularum, quae Lacedaemone  
 celebrantur, et κοπίς dicuntur. Locus Xenophontis est in  
 Agefilai encomio, ubi de magni ducis frugalitate lo-  
 quens, ἐννοησάτω δὲ, ait, ὡς ἐδοίναζεν ἐν ταῖς θυγατρῶν  
 κικασάτω δὲ, ὡς ἐπὶ πολιτικῆ κανάθρῳ κατῆει εἰς Ἀμύκλας.  
 Scias autem, obscurum fuisse antiquis criticis Xenophon-  
 tis hunc locum, quando Polemon vocis κανάθρῳ interpre-  
 tationem integro commentario erat persecutus. Diversas  
 super ea dictione veterum sententias nos quoque observa-  
 vimus. Nam Athenaeus paulo post ex Didymo grammā-  
 tico κανάθρον interpretatur καμαρωτὸν ξύλινον ἄρμα, can-  
 thrum ligneum fornicatum. Homeri interpretes nihil aliud  
 fuisse volunt, nisi quem Homerus πείριθρα et ὑπερτερήην  
 vocat: Latini veteres proxeumum aut potius sirpiculum. p.26c.  
 Hoc enim e vitili materia constabat, ut et canathrum, ex  
 eorum sententia, qui πλέγμα et ψίχθρον exposuerunt. He-  
 rychius diversas opiniones attigit: ideo verba illius non  
 sunt praetermittenda. κανάθρῳ, ἀσράβη ἢ ἀμαξα πλέγμα-  
 τα ἔχεσα, ἐφ' ὧν πομπεύουσιν αἱ παρθένοι, ὅσαν εἰς τὸ τῆς  
 Ἑλένης ἀπίωσιν. ἔνιοι δὲ ἔχαιν εἰδῶλα ἐλάφῳν ἢ γυπῶν.  
 Postrema verba corrupta sunt. Scribe εἰδῶλα τραγελάφῳν



καὶ γρυπῶν. Plutarchus: κανάθρα δὲ καλῶσιν εἰδῶλα γρυ-  
 πῶν ξύλινα καὶ τραγελάφων, ἐν οἷς κομίζεσι τὰς παῖδας ἐν  
 ταῖς πομπαῖς. Sed observanda nobis sunt praecedentia  
 ejusdem gravissimi scriptoris verba: καὶ τὸ κανάθρον φησὶν  
 ὁ Ξενοφῶν ἔδέν τι σεμνότερον εἶναι τῆς ἐκεῖνε θυγάτηρ, ἢ  
 τῶν ἄλλων. *Narrat Xenophon, canathrum filiae Agefilai  
 nihil ornatius fuisse, quam aliarum.* In Xenophontis co-  
 dicibus vulgatis de canathro filiae Agefilai ne verbum qui-  
 dem exstat hodie: verum superius allata disertissimi au-  
 ctoris verba ita, nisi fallimur, legit Plutarchus in suis co-  
 dicibus: ἀνεσάτω δὲ, ὡς ἐπὶ πολιτικῆ κανάθρα ἢ θυγάτηρ  
 αὐτῆ κατῆγει εἰς Ἀμύκλας. Quia sunt aliquot eadem li-  
 terae similes in κανάθρα et θυγάτηρ, aliud agens librarius  
 alteram vocem omisit, ut tot locis observavimus et indi-  
 cavimus. *Eilotes*, Eupolidis drama mox citatum, Pollux  
 etiam commemorat l. IX. Sequitur deinde expositio dua-  
 rum Laconicarum vocum, κοπίς et αἰκλον, quam mutua-  
 tus est auctor a Polemone, cujus propterea facta modo  
 est mentio. Polemonis locus incipit ab his verbis: δεῖ-  
 πνον δ' ἔστιν ἰδίως ἔχον ἢ κοπίς. Desinit ante ista: ταῦτα  
 μὲν ὁ Πολέμων. Hunc scriptorem Spartanum fuisse vel  
 Sparta oriundum, declarat, quod ait: εὐωχῶσιν, ἢ μόνον  
 τοὺς ἐκ τῆς ἡμεδαπῆς ἀφικνεμένους. Laconica vox est φυ-  
 σίμιλλος, quam Athenaeus interpretatur parvulum panem  
 vulgo Lacedaemone panem vocabant βέσκερον, aut pan-  
 nis certe genus quoddam, auctore Hesychio. *Coryzwallia*  
*Dani* Spartae culta festo die Tithenidiorum ea est, quae  
 in aliis Graeciae urbibus dicebatur Κροτρόφος. Dubitari  
 enim non potest, sic dictam, quod faceret τὰς κόρας θάλα-  
 λειν. Alii tamen peculiare nomen ea voce significari pu-  
 tant. Fanum hujus deae fuit, teste Athenaeo, παρὰ τῆν  
 λεγομένην Τιάσσαν. Lego Τιάσσαν, ac verto prope Τίαρ  
*sam fontem*, nam de fluvio dixisset τὸν, non τήν. Hesychius:  
 Τιάσσα, κρήνη ἐν Λακεδαιμονίᾳ· τινὲς δὲ ποταμοί.  
 Pausanias ait fluvium. Addit Polemon: θύσει δὲ καὶ τοὺς  
 γαλαθηνὰς ὀρθραγορίσκας. Puto, scripsisse Polemonem ὀρ-  
 θαγορίσκας vel ὀρθραγορικούς. Causam afferemus sequenti  
 capite. Ibi etiam dicemus, cur ista verba, τὸ δὲ αἰκλον  
 καλέμενον ὑπὸ μὲν τῶν ἄλλων Δωριέων καλεῖται δεῖπνον, in-  
 terpretibus non recte accepta, sic verti debeant: *At illud*  
*quod dicitur αἰκλον, aliis quidem Doribus significat idem*  
*ac δεῖπνον, coena.* Putavit Polemon, τὸ αἰκλον aliud Sparta-  
 tae, aliud apud caeteros Doras significare. Epicharmus  
 fabula, ex qua asseritur testimonium a Polemone, l. V.





duplici nomine inscribitur, Ἐλπίς ἢ Πλοῦτος. Apud Pol-  
 lucem vero l. X. c. 36. simpliciter, ut hoc loco: ἐν Ἐλ-  
 πίδι Ἐπιχάρμης εἴρηται τὸ τῆς γείτονος καλιόν. Scribo verba  
 Epicharmi: Ἐκάλεσε γὰρ τὴν τὴν ἐπ' αἴκλον ἐκὼν· τὴν δὲ  
 ἐκὼν ὄψεο τρέχων. *Vocavit te aliquis cupide ad convivium:*  
*tu cupide eripuisti te fuga.* Quae autem poëtae eius fabula  
 appellatur hic Περίλλος, sub finem libri Περίλλος uno λ  
 dicitur. Fortasse Περίλλος verum istius dramatis nomen.  
 Id erat usitatum viri nomen in Sicilia, ut scimus ex hi-  
 storia Phalaridis. Sed et περιάλλος Graecum vocabulum  
 est, de eo, qui caeteris praestat, aut vult videri praestare.  
 Nunc dicamus, quid Lacedaemone vox αἴκλον significa-  
 verit ex sententia Polemonis. Verba sunt illius: ἐν δὲ τῇ  
 Λακεδαίμονι τοῖς εἰσιῖσιν εἰς τὸ Φειδίτιον μετὰ δεῖπνον τὸ  
 καλέμενον αἴκλον, εἰσφέρουσιν ἄρτους ἐν ἀρρήχιδι. Prava  
 distinctio aliud Polemoni affingit, quam quod ipse sensit  
 ac dixit. Scribe: μετὰ τὸ δεῖπνον, τὸ καλέμενον αἴκλον  
 εἰσφέρουσι. Existimavit enim Polemon, appellasse Lace-  
 daemonios aedum apophoreta, quae dabantur convivis,  
 qui phiditia agitaverant. Hoc quoque sequens disputatio  
 probabit.

## CAPUT SEPTIMUM.

*Didymi contra Polemonem disputatio. Didymus dicitur*  
*Βιβλιολάθρας et Χαλκέντερος: Origenes Συντα-*  
*κτικός. Κυττός καμαρωτοί, camerae. Tentatus*  
*Epilyci desperatus locus. Βάρακες et ἀβάρακες.*  
*τολύπαι. καταγγέλλειν τὴν ἑορτήν. προφυσά-*  
*ματα μαζῶν. Multa alia emendata.*

Posteaquam recitavit Athenaeus integrum locum Polemo-  
 nis de Spartanorum convivii, subjicit haec verba: πρὸς  
 ὃν ἀντιλέγων Δίδυμος ὁ γραμματικός· *cui contradicens Di-*  
*dymus grammaticus haec scribit.* Est vero prolixus admo-  
 dum, qui describitur ex Didymi scriptis, locus: conti-  
 nuatur enim per aliquot paginas usque ad haec verba, πε-  
 ρὶ δὲ τῆς τῶν Φειδίτων δεῖπνος Δικ., aut etiam fortasse ad  
 ista, Δημήτριος δ' ὁ Σηήσιος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Τρωικῆς δια-  
 κόσμος.. Solent auctores post recitatum alicujus scriptoris



testimonium, paulo praesertim longius, his aut similibus verbis lectorem admonere: *Haec ille.* Ut modo Athenaeus: ταῦτα μὲν ὁ Πολέμων. Id quia ab illo factum non est post allatum Didymi locum, divinandum nobis hodie est. quousque illius grammatici verba extendantur. Qua de re, jam diximus. quid nostri iudicii esset: neque dubitamus, idem nobiscum iudicatos, qui fuerint cunque γόνιμοι κριτικοί. Falsus est iudicii, dubio procul, eruditissimus Dalecampius. cum putavit, desinere Didymum loqui in istis: ἀλλὰ κενῶσαι συμβάλει τὴν πόλιν. πρὸς τὴν θάλασσαν. Hic error multorum errorum optimo viro causam praebuit. Et sane mirum est, non vidisse illum, reprehensionem Polemonis a Didymo factam, ut testatur clare Athenaeus, si quae verbis maxime contineri. Quod autem scribit auctor, Didymum hunc. editis *κιο κιο κιο* p. 262. *κιο* libris. Βιβλιοθήκην, *oblivioneem librorum* esse cognominatum, quod suorum scriptorum saepe non meminisset: de numero librorum consentit Suidas, cognomen vero aliud ei tribuit: Χαλκέντερον enim fuisse dictum, ut si Latine dicas *Aënocentrum* vel *Aënocordum*, quod indefatigabili diligentia in studiis uteretur. Non dubito, alluisse auctores hujus appellationis ad Homericum hemistichium, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη. Ego Origenem potius Chalcenterum appellaverim, cujus incredibilis assiduitas et vigiliae sex millia librorum pepererant: propter quae cognomen meruit *Συντακτικῶς*. Verum haec obiter. Nunc Didymi verba percurramus. Principio ut explicaret, quid esset *κανάθρον* apud Laëdaemonios, quia canathri usus praecipuus, uti videtur, erat in Hyacinthiorum celebratione, totum solemnitatis eius ritum describit Didymus. In ea narratione plana sunt omnia et sana, nisi cum ait de virginibus Spartanis: αἱ μὲν ἐπὶ κανάθρῳ τῶν ξυλίνων ἀριάτων φέρονται. Scribendum enim: *κανάθρων, καμαρωτῶν ξ.* Quam lectionem super. c. exposuimus. Currus tectos vocat Didymus *καμαρωτῆς*, ut Strabo naves tectas vocatas ait *καμάρας*, Tacitus *cameras*. Quin ista quoque tecta vehicula Graeci *καμάρας* nuncuparunt. Pollux l. X: c. 12.: τὰ δὲ καμάρα καὶ σεγασὰ ὀχήματα καὶ καμάραι, ἔπω γὰρ ἀνόμασεν Ἡρόδοτος. Theodoretus Θεοφιλῆς Mæfyma, Herveto interprete (nam graecè is liber, quod sciam, editus non est): *Cum medici desperassent et puerum moriturum aperit, dixissent, non abiecit mulier spem meliorem, sed illum imitata Sunamitidem mulis imponit cameras. Videtur fuisse in Graeco τοῖς ῥημίνοις ἐπιτίθει τὴν κα-*



μάραν. Paulo post currum vocat, et temonem ei ac rotas tribuit. Imperitia librariorum ex *καμαρωτῶν* fecit *καμάρω τῶν*. Infulse, sicut apud Josephum I. XII. Orig. *ῥόμβω τὴν κατὰ μέσον ἔψιν* gemino errore scriptum pro *ῥομβωτῆν*. Neque aliter in Aristeae narratione. Canathris Spartanarum virginum respondent Romanorum *carrenta* et *pilenta*, quibus ad deorum aedes foeminae vehabantur: item plebejæ *arcerae* et *capfi*, de quibus Nonius, Iidorus, alii. Obscuritatem habent haec quoque: *καὶ δ' ἐφ' ἀμίλλαις ἀρμάτων ἐξευγμένων πομπεύουσιν*. Appellat, opinor, *ἀμίλλας ἀρμάτων ἐξευγμένων* currus eo modo et ornatu junctos, quo jungi solent in ludis Circensibus. Aliae virgines, inquit, pompae interfunt tectis pilentis vectae: aliae curribus deferuntur agonisticis. Transit deinde Didymus ad descriptionem copidum Laconicarum. Haec vero pars inquinata adeo est, ut sine memorabili facinore extricare hinc me non queam. Edita scriptaque lectio sic habet: *τῆς δὲ κοπίδος μνημονεύει καὶ Ἀριστοφάνης ἢ Φιλύλλιος ἐν ταῖς Πόλεσιν, Ἐπίλυκος τε ἐν Κωραλίσιω, λέγων ἕτως· Πότ' ἂν κοπιδοιάσωμαι ἐναμυκλαῖον, παραγγέλλωσι βάραινες πολλὰ οἱ κάρτα καὶ δωδέμασοι μάλα ἀδύς*. Tot mendis haec deformantur, ut temeritatis potius notam reformidare debeam, quod ea restituere aggrediar, quam veniam desperare, si parum, quod volui, praestiti. Sic autem scribo: *Ὅποταν κοπίδα οἴσωμαι ἐν Ἀμυκλαῖον ἱερόν, ὅπερ ἀγγέλλωσι βάραινες πολλοὶ, καὶ ἄρτοι, καὶ ζω-* P.263.  
*μὸς μάλα ἀδύς*. Hoc est: *quando copida feram ad sacrum Amyclaeum, quod jam denuntiant baraces multi, et panes, et jusculum suave admodum*. Moris erat copides celebrare in Amyclaeo templo. Eo igitur conveniebant, et tam sacrificii quam convivii apparatus deferebant. Epilycus hoc vocat *κοπίδας οἴσειν εἰς Ἀμυκλαῖον ἱερόν*. Non potui aliud excogitare, quod huic loco magis conveniret. Eleganter vero ait poeta, baraces, qui tota Lacedaemone parari incipiebant, dare significationem imminentis festi: ut si quis hodie dicat, liba et id genus alia, quae pridie Oschophoriorum, sive Ramalium nostrorum studiose confici solent, indicia esse instantis ejus solennitatis. Apud Strabonem et Pausaniam *καταγγέλλειν τὴν ἑορτήν* dicuntur, qui de more festa indicebant. Pro *βάραινες* Dalecampius emendat *ἀβάραινες*, quoniam sequitur: *τῆτο γὰρ ἀβάραινες δηλῶσιν, ἐχ' πολύπας*. Nos e contrario posteriorem scripturam emendandam ex illa priore affirmamus. Ita enim abstergendae maculae eorum verborum: *τῆτο γὰρ οἱ βάρ-*



ρακες δηλῶσιν, ἐχὶ τολύπας, ὡς Φησι Λυκόφρων· ἢ τὰ  
 προφυράματα τῶν μαζῶν, ὡς Ἐρατοσθένης. Vocis hujus  
 varias interpretationes doctorum hominum recitant et He-  
 fychius, et qui Etymologicum Magnum composuit: sed  
 praecipuarum expositionum auctores ex Athenaeo aut  
 potius Didymo novimus. Hefychii verba in vulgatis li-  
 bris corruptissima ita scribe: βάρακες τὰ προφυράματα τῆς  
 μάζης. Ἀττικοὶ δὲ βήρακας. δηλοῖ δὲ καὶ τολύπην. Mox  
 iterum: βάραξ, ἰέραξ παρὰ Λίβυσι· καὶ φύραμα σρογγύλον,  
 ἀφ' ἧ αἱ μᾶζαι γίνονται, καὶ ἐρίων τολύπαι. Ex his verbis  
 discimus, quid appellaverit προφυράματα μαζῶν Erato-  
 sthenes: universam nimirum massam, quae in mactra sub-  
 acta est, priusquam in plures mazas dividatur. De to-  
 lypis mazis libro priore diximus c. 29. Sed notanda vox  
 ἐρίων in Hefychii glossa. Ostendit enim, Lycophronem,  
 cum βήρακας exponeret τολύπας, non solum de mazis to-  
 lypis sensisse, verum etiam de lanarum glomis. Redea-  
 mus ad Epilycum. Est vero caeterorum verborum emen-  
 datio plane insignis, καὶ ἄρτοι, καὶ ζωμός μάλα ἀδύς, ex  
 istis, κάρτα καὶ δωδέμασοι μάλα ἀδεῖς. In quibus etsi certa  
 latent verae scripturae vestigia, veritatem tamen ex illo  
 puteo Democriteo ἀνιμᾶν et extrahere prope erat nefas,  
 nisi poëtae locum suis verbis expressisset Didymus, incon-  
 tinenti subjiciens: διαβρήθην λέγων μάζας ἐν ταῖς κοπίσι  
 παρατίθεσθαι, (τῆτο γὰρ οἱ βάρακες δηλῶσιν, ἐχὶ τολύπας,  
 ὡς Φησι Λυκόφρων· ἢ τὰ προφυράματα τῶν μαζῶν, ὡς Ἐρα-  
 τοσθένης) καὶ ἄρτες δὲ, καὶ ζωμόν τινα καθῆδυσμένον πε-  
 ριτῶς. Id est: quibus verbis diserte significat Epilycus, in  
 copidibus solas arponi mazas, (nam istud vox βάρακες signi-  
 ficat: non lanarum glomos, ut ait Lycophron: aut primam  
 massam mazarum, ut Eratosthenes,) et panes, ac jus quod-  
 dam exquisitae suavitatis. Ita concipimus Didymi verba  
 in edita lectione pessime affecta, et propter amissas paren-  
 theseos notas, et propter mendas, de quibus jam diximus.

p.264. Postrema Didymi luce meridiana clarius probant, non  
 aliter fuisse concipiendam Epilyci sententiam, quam uti  
 est a nobis factum. Omnes membranae hic nos desti-  
 tuunt, nisi quod ἀδύς scriptum in illis offendimus: quae  
 vera scriptura, ut probavimus.



## CAPUT OCTAVUM.

Ὀρθαγορίσκοι et ὀρθραγορίσκοι. Βορθαγορίσκια.  
 Perfaeus vel Perseus, et Sphaerus, scriptores re-  
 rum Spartaе. Didymus Polemonem reprehendit de  
 voce αἰκλον. ἀνδρεῖα, συναικλεῖαι, ἀναίκλειοι.  
 Spartani magistratus harmosyni. Lauri folia in-  
 ter bellaria. Epaicla duplicia. χορηγεῖν, παρα-  
 χορηγεῖν et ἐπιχορηγεῖν. Cammata et cammati-  
 des. Cothon roculum Spartiatarum. ζωμὸς ἰκα-  
 νὸς παραπέμπειν.

Sequitur: ἀλλὰ μὴν εἰδ' ὀρθαγορίσκοι λέγονται, ὡς φησι  
 Πολέμων, οἱ γαλαθηνοὶ χοῖροι, ἀλλ' ὀρθραγορίσκοι, ἐπεὶ  
 πρὸς τὸν ὀρθρον πιπράσκονται. Restituimus veram lectio-  
 nem ex antiquae fidei membranis, et optima optimi Hoe-  
 schelii epitoma. In superioribus contradixit Didymus  
 Polemoni minus aperte: hic vero aperte et sine circui-  
 tione eum reprehendit. Dixit Polemon, ut vidimus ante:  
 δύοσι δὲ καὶ τὰς γαλαθηνας ὀρθαγορίσκας. Ultimum ver-  
 bum reprehendit Didymus, Polemonem errare affirmans,  
 quod non scripserit ὀρθραγορίσκας: esse enim deductum  
 ab ὀρθρος vocabulum. Utramque dictionis hujus γραφὴν  
 suos habuisse auctores, certum est. Absque litera canina  
 scribit cum Polemone etiam Hefychius. ὀρθαγόρικος, ait,  
 χοιρίδιον μικρόν. Qui non observant, superius corrigen-  
 dam esse scriptionem vocis hujus in Polemonis verbis, ex-  
 emptā litera ρ, quid invenient, quod in Polemone Didy-  
 mus reprehendat? Sed de ea conjectura dubitari jam non  
 potest. Caeterum neque Polemon neque Didymus vocem  
 Laconicam Laconice extulerunt. Nam Lacones dicebant  
 aliter. Hefychius: βορθαγορίσκια, χοίρεια κρέα. καὶ μι-  
 κροὶ χοῖροι βορθάκειοι. Λάκωνες. Ubi vides, illud ρ, pro  
 quo pugnat Didymus, non habere locum. Additur a Di-  
 dymo: ὡσπερ Σαῖος ἰσορεῖ. Legi in codice bibliothecae  
 Palatinae ὡς Περσαῖος ἰσορεῖ. Is est scriptor, qui mox  
 Περσεύς nominatur. Prius scribebam ὡσπερ Σφαῖρος ἰς.  
 Nam etiam Sphaeri laudantur libri non multo post, ejus-  
 dem et argumenti et tituli. Pergit Didymus: ἔτι φησὶν  
 ὁ Πολέμων, καὶ τὸ δεῖπνον ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων αἰκλον  
 πρῆσαγορεύεσθαι. Hic jam aliud in Polemone carpitur.  
 Dixit enim, αἰκλον aliud Spartanis significare, aliud cae-  
 teris Dorice loquentibus: his αἰκλον valere idem, ac δεῖ-



πνον, *coena vel convivium*. Hebraeum est *חַנַּן*, *comedit*,  
 unde *occi et ocil*, *cibus*: ex eo *acclum*, Gallice *un repas*.  
 Laëdaemoniis ita appellari apophoreta, de quibus dixi-  
 mus extr. c. 7. Errare Polemonem, ait Didymus, παρα-  
 p. 265. *πλησίως*, inquit, *ἀπάντων Δωριέων ἕτως αὐτὸ καλούντων*.  
*Verite: quum omnes Dares similiter coenam appellent αἶνον*.  
 Sententiam suam probat clare in sequentibus, allato etiam  
 testimonio Alcmanis, poëtae domo Laconis. Verba Al-  
 cmanis haec sunt, imo, ut dicam melius, ita scribuntur  
 hodie: *Κῆπειτα, μύλαι, δρυφῆται κῆπι ταῖς συναικλείαις*.  
 Lego: *Κῆπι τὰ τ' ἀνδρεῖα Φοιτῆ, κῆπι τὰς συναικλείας*.  
 Emendationis nostrae non obscura vestigia in scripta le-  
 ctione. Quae postea vocata sunt Spartae phiditia, prius  
 dicebantur ἀνδρεῖα, ut in polit. scribit philosophus. *συν-  
 αικλείας* Didymus ipse interpretatur *συνδειπνια*. Sic,  
 quem alii Graeci vocant ἄδειπνον, Lacedaemonii ἀνα-  
 κλειον, ut indicio est Hesychius. Sed quod probare in-  
 stituerat, melius demonstrat alter locus Alcmanis: *Αἶ-  
 νον δ' Ἀλκιμάων ἀρμόξατο*. *Coenam Alcmaeon instruxit,*  
*vel id convivium rexit Alcman*. ἀρμόξατο pro *fuit harmonosynus*,  
 ut saepe ἀρμόττειν pro *esse harmonista*, et id genus alia. Har-  
 mosyni Sparta praefecturam in mulierum mores obtine-  
 bant, quos dubium non est in conviviis praesertim publi-  
 cis munus suum exercuisse. *καμματίδας* et *κάμματα* pau-  
 lo post significationem habere diversam dicuntur. Aliis  
 criticis ambae voces idem designant: ipsa videlicet lauri  
 folia, quibus liba ista involvebantur. Sequitur Athenaei  
 aut Didymi observatio: *ἔθος ἦν τοῖς πάλαι, φύλλα δά-  
 Φνης τραγηματίζεσθαι*. *Solitos veteres lauri folia comedere*  
*inter bellaria*. Opinio fuit antiquorum, laurum ad vate-  
 tudinis conservationem conducere, et, ut loquitur auctor  
 Geopon. in XI., *ὕγιαιος εἶναι ἐργασικῆν*. Ex eo mos iste  
 institutus. Sed et aliae erant causae, cur folia laurea  
 manderent, ut ad Theophrastum dicebamus. Martialis:  
*Foetere multo Myrtale solet vino: Sed fallat ut nos, folia*  
*devorat lauri*. Porro moris hujus testimonium assertur a  
 Didymo ex incerti poëtae Cyclopibus, quod ita etiam  
 membranae nobis exhibent: *Φύλλα σὺ δείπνων καταλύσεις.*  
*ἢ δὲ κατὰπερ σχημάτων, ἢν δ' εἰς τὰ τῶν ἀνδρῶν Φειδίτια*  
*κομίζεσι, σκευοπ.* etc. Hic primum observandum est, pra-  
 vam distinctionem in mirum errorem impulisse viros do-  
 ctos. Putarunt enim superioribus verbis, ἢν μὲν γὰρ τοῖς  
 παισὶ παρέχουσι, respondere haec, ἢ δὲ κατὰπερ σχημ-  
 Quod tam falsum est, quam absurdum. Ista enim pars



funt superioris testimonii. Apodosis vero est in sequenti-  
 bus: ἢν δ' εἰς τὰ τῶν ἀνδρ. Φ. κομ. Epaeclorum, inquit,  
 paratura duplex est. Alia fit in gratiam puerorum, neque  
 impensa, neque opera magna. Alia Epaecla confiunt, ut  
 in virorum phiditia deferantur: quorum ratio tota est di-  
 versa. Deinde videamus, an ullo sinegmate maculae illae  
 possint elui, quibus infectum est hoc veteris poëtae te-  
 stimonium. Et posse equidem puto. Lego enim: Φύλ-  
 λα σὺ δείπνων καταλύσεις ἡδέα τῶν τραγημάτων; *Tunc illa*  
*tolles folia suavia, quae inter bellaria solent apponi?* Cogi-  
 temus, quorsum spectet, qui hoc recitat testimonium:  
 Nempe hoc vult unum probare, solitos veteres Φύλλα  
 δάφνης τραγηματίζεσθαι. Profecto hoc satis certum argu- p.266.  
 mentum est, non aliter poëtam scripsisse. Quod hic di-  
 citur, epaecla' (vel, ut constanter alii libri scribunt,  
 ἐπάικλα) ex certis quibusdam animalibus parari, explica-  
 tur aliquanto post, ubi de mattya agit. Nam ibi enume-  
 rantur, quae hic vocat ἄρισμένα ζῶα. Ait: παραχορη-  
 γήντος αὐτὰ τοῖς Φειδίταις ἐνὸς τῶν εὐπορέντων. *Cum hos*  
*sumptus supra legitimas impensas faciat divitium aliquis.*  
 χορηγεῖν est necessarios sumptus facere, παραχορηγεῖν ul-  
 tra modum praescriptum legibus aut moribus aliquid  
 praestare. Idem significat ἐπιχορηγεῖν. Quare etiam  
 epaecla haec vocantur ἐπιχορηγήματα τῶ συντεταγμένῃ  
 δείπνῃ. Manifesto depravatus est aut mutilus Nicoclis,  
 qui subjicitur, locus: Διακῆσας δὲ πάντων ὁ ἔφορος, ἦτορ  
 ἀπέλυσεν, ἢ κατεδίκασεν· ὁ δὲ νικήσας ἐζημίωσεν. ἑλα-  
 Φρῶς, ἦτοι κάμμασιν, ἢ καμματίσιν. Videtur scriben-  
 dum: ὁ δὲ νικήσας τὸν νικηθέντα ἐζημίωσεν. *Victor a vi-*  
*cto multae nomine exigit vel cammata vel cammatidas.*  
 καμματίδες exponuntur hoc loco, αἷς κάπτει τὰ ψαιδιά.  
 Sed voci κάπτει nullus hic potest esse locus. Hoc di-  
 cunt alii σέπτει. Quomodo hic scribendum: aut κάμ-  
 πτει, quod pro ἐντυλίττειν erit positum, ut dictum est l.  
 super. c. 24. Ac videtur Nicocles voluisse, κάμματα,  
 liba, dicta esse a verbo κάπτω, *absorbeo, avide comedo:*  
 καμματίδας vero, quibus liba involvebant, a κάπτω,  
*flecto, involvo.* In descriptione phiditiorum ex Dicaear-  
 cho leguntur ista inter caetera: εἶτα μᾶζαν μὲν, ὅσην ἂν  
 ἑκαστος ἢ βελομένοσ, καὶ πιεῖν πάλιν ὅταν ἢ θυμὸς ἐκᾶσῳ,  
 καὶ ὄν παρακείμενός ἐσι. Etsi non est obscurus horum  
 verborum sensus: obscurissimum tamen est, quo perti-  
 neant illa καὶ ὄν παρακείμενός. Sine cunctatione mendae  
 locum arguimus, et scribimus θάρρῆντως valde: ὅταν ἢ



θυμός, ἐκάσῳ κώθων παρακειμένος ἐστίν. *Apponitur unicuique suum poculum, ut, cum libuerit, bibat.* κώθων proprium esse Spartanorum poculum, ac proinde optime huic sententiae convenire, liquido constat ex l. XI. Mox scribo ἐνίοτε δὲ εἰς ὅτι ἐν πλήν. Nam edita scriptura, ἐνίοτε δὲ τι μόνον πλ., capi non potest. Quod sequitur, πλήν ὄψου τι μικρὸν, ἔχον σαθρὸν ὡς τέταρτον μάλισα, clamat vitium. Deest enim ponderis nomen. Scribo ὡς τέταρτον μνᾶς μάλισα. Ut scias, quanta sit haec parcimonia, cum pro obsonio daretur cuique carnis tam exiguus modus, qui librae quadrantem non excederet, fac veniat in mentem ejus, quod Pollux scribit, qui multi cibi, aut etiam, si vis, plurimi erant, octo minas carniū uno die comedisse. Cujus demens pars tricesima secunda solum est, quae istis phiditis exhibebatur. Plura hac de re scriptimus ad Julium Caput. in Maximino. Mire usus est verbo παραπέμπειν, cum ait: πλήν ὄγε ἀπὸ τῶν ζωμῶν, ἰκανὸς ὦν παρ' ἅπαν τὸ δεῖπνον ἅπαντας αὐτὸς παραπέμπειν. Id significat *deducere aliquem et comitari.* Ita levatur itineris molestia: facundus enim comes pro vehiculo est. Inde translatum vocabulum de eo dicitur venuste, quod, alii rei adjunctum, eam reddit gratiorem. Sensus igitur est, tanta copia jus apponi, ut sufficiat vel solum ad levandam omnibus sicci panis molestiam: libentius enim ex jure panis estur, quam solus et siccus. Scribe deinceps: ὅσον εἰς αὐτὴν ἀρκεῖν τὴν συνβίαν νομίζοντι· τὸ γὰρ πλεονα τῶν ἰκανῶν παρασκευάζειν, περιττὸν εἶναι, μὴ μέλλοντά γε προσφέρειν. *Quantum ad convivium illud putent sufficere: nam plura apparare, quam quae sine satis, supervacuum esse, quando illa non sis comesurus.* In voce προσφέρειν frequenter lapsi interpretes. Scribo etiam: Μετὰ τὸ δεῖπνον εἴωθεν αἰεὶ παρὰ τινος κομίζεσθαι, (ἐνίοτε δὲ καὶ παρὰ πλειόνων) παρ' αὐτοῖς κατ' οἶκον ἡρτυμένη ματτύη, ἧ καλῶσιν ἐπάκλον. Plana sententia, quae in edita lectione non procedit.

Σ

Σ

lin

ut

Ca

m

co

Ti

sa

qu

zei

De

im

eū

pe

dicit

non

χαι

σα:

das

pae

me

con

pae:

pae:

tus:

con:

alia,

pae:

pae:

dicit

inquit

de ab

βρα

Legi in

editam





## CAPUT NONUM.

*Σκιάδες et umbrae. Carneae festum, μίμημα τῆς  
 στρατιωτικῆς ἀγωγῆς. Φρατρεία. ἐνωρίτερον,  
 ἐν ὄρα, mature, de die, convivium tempestiva.  
 Βύσακες quid Spartanis. Lex illorum de non alen-  
 da barba in superiore labio. Alia multa.*

**Σ**κιάδες, quarum ex Demetrio Scepsio auctor meminit, similes erant iis, quas veteres Latini *umbras* vocabant, ut scribit Festus: de quibus dicemus plura l. V. c. 7. Carneae, Lacedaemoniorum festum, vocat Demetrius *μίμημα στρατιωτικῆς ἀγωγῆς*. Habuit igitur ea solemnitas convenientiam aliquam cum Judaico festo, quod XV. Tisri celebrabant, et **ΠΙΣΟΠΛΗ** vocabant: LXX. *ἐορτήν σκηνῶν*. alii scriptores sacri *σκηνοπηγίαν*. Quaeri potest, quid appellaverit *Φρατρείαν* hic scriptor, cum ait: *ἔχει τὴν ἐκάστη σκιάς* (ita scribendum, non *σκιά*) *Φρατρείας τρεῖς*. Dalecamp. legi voluit *ἐν Φρατρείῶν τριῶν τρεῖς*, audace et immani conjectura. Constat, tribuum partes *Φρατρείας* esse nuncupatas in rep. Atheniensium. An et in Spartana πολιτεία eadem fuerit ejus vocis significatio, non facile dictu est. Atque omnino, si quid judico, difficultate non caret hic locus. Scribe *μικρὰ συμπεριενεχθεῖσι νόμῳ χάριν παρεσκευάζετο*. Recte Dalec. *dicis causa*. Vocem *συμπεριενεχθεῖσιν* explicamus infra c. 26. Sequens periodus imperfectam sententiam continet, nisi repetas ex praecedentibus verbum *παρεσκευάζοντο*. Imo vero, qui me audiet, distinctas sententias culpa librariorum in unam conjunget ac scribet: *ὅταν δὲ καὶ παραγένοιτο, μικρὰ συμπεριενεχθεῖσι νόμῳ χάριν παρεσκευάζετο καὶ ἄλλα αὐτοῖς, ερωμαί τε τοῖς μ.* Quae ita vertet sermonis Graeci peritus: *quin si quando ad p̄biditiam convenirent, postquam dicis causa p̄cululum una fuissent, mox parabantur eis cum alia, tum etiam lecti etc.* Pergit Demetrius: *οἱ δὲ πρότερον ἐπὶ τῆ κλιντῆρις ψιλῆ διακαρτερέντες τῆς κλίνης παρ' ὄλην τὴν συνεσίαν, ὅτε τὸν ἀγκῶνα ἄπαξ ἐρείσειαν.* Lego *διεκαρτέρην* vel *δικοκαρτερέντες* ἦσαν. *Veteres Spartani,* inquit, *quamdiu convivabantur, super nuda lecti sponda durabant, postquam semel cubito fulciri coeperant.* Scribe *βρωμάτων παντοδαπῶς πεποιημένων, non παντοδαπῶν.* p. 268. Legi in epitoma *ἤρξαν δὲ τῆς τοιαύτης βλακείας, quo loco editum est καὶ τῶν ἤρξαν.* Nihil tamen mutandum cen-



feo. Sequitur deinde ratio vivendi, qua usus Cleomenes, rex Spartaë. Qua in narratione primum illud occurrit nobis animadvertendum: πολλῶν δὲ πρεσβειῶν παρχινομένων πρὸς αὐτὸν, ἐδέποτε ἐνωρίσερον τῶ κατειδισμένῃ συνῆγε καιρῶ. Quia ὠραία Graecis appellantur, quae elegantia sunt, Dalec. vertit ἐνωρίσερον *elegantius*. At enim proxima verba, τῶ κατειδισμένῃ κχιρῶ, virum doctum sui erroris admonere debuerant. Igitur ἐνωρίσερον vel ἐνωρέσερον positum pro ἐνωρότερον. Quod significat μάλλον ἐν ὠρα. Graeci dicunt ἐν ὠρα, quod in idiotismo nostro *bona bona*. Aristophanes Vespis: ὁ κηδεμῶν ἡμῖν ἐφεῖτ' ἐν ὠρα ἤκειν. Idem Concion.: ὅτι τοσῶτον χρῆμ' ὄχλῳ Ουιωσ ἐν ὠρα ξυνελέγη. Theocritus id. XXII.: ἐπεὶ δειπνεῦντες ἐν ὠρα, ἢ μέμνη, τῶ γαστρὸς ἐφειδόμεθα. Philostratus in vita Apoll. I. II.: ὡπερ οἱ παρ' ἡμῖν ἐκ πότῃ νύκτωρ τε καὶ ἐκ ἐν ὠρα ἀναλύοντες. Latini varie exprimunt. M. Tullius *mature*. De convivio Verris apud Rubrium: *mature veniunt, discumbitur*. Alii *de tempore*. Hirtius vel Oppius de bello Hisp.: *Ipse de tempore coenavit*. Plautus *tempori*: Capteiveis: *Numquid vis?* Heg. *Venias tempori*. Inde elegans vox facta *temporius*. Glossae veteres: *Temporius*, ἐνωρότερον. Quas coenas tempestivas Cicero appellat, quaeque alii *convivia tempestitiva*, solita de die inchoari contra majorum disciplinam, ea sunt Graecis ἐνωρότερα δειπνα, et *tempestitiva coenare* δειπνεῖν ἐν ὠρα, vel συνάγειν. Addit postea: ἐπὶ τε τῶ τρίποδι ψυκτῆρ χαλκῶς ἐπέκειτο, καὶ κιάδος, καὶ σκαφίον ἀργυρῶν δύο κοτύλας χωρῶν. καὶ κιάδος. Plutarchus haec paulo aliter. Craterem vocat, quem Athenaeus ψυκτῆρα. In tripode autem fuisse ait Φιαλας ἀργυρῶς δικοτύλας δύο. Cado vinum continebatur. *Scaphia* inter potoria vasa etiam Latini nominant, Plautus et Tullius. Pro κιάδος malim κιάδοι. Plutarchus: καὶ ποτήρια ὀλίγα. Retrahe mox fugitivas literas in suum locum. πεινὸν δὲ εἰ προσεφέρετο εἰ μὴ τις αἰτήσῃ. ἐνεδίδοτο δὲ etc. Scribendum: εἰ μὴ τις αἰτήσῃεν. ἐδίδοτο δὲ κ. Non intelligo, quae sequuntur: τὸ δὲ πολὺ πρῶτον καὶ ὅτε προσνεύσειεν ἐκεῖνος, ἕτως ἦταν καὶ οἱ λοιποί. Si modo vani conjectores non sumus, hoc vult auctor, in Cleomenis convivii servari solitum hoc institutum, ut nemini vinum funderetur nisi petenti. Istud cum jam dixerit, nunc addit, ut plurimum Cleomenem omnium primum fuisse, qui vinum posceret: deinde, ubi datum esset ab illo signum, ita poposcisse et reliquos convivas. Ita scribo: τὸ δὲ πολὺ πρῶτον αὐτὸς



ἦται, καὶ ὅτε προσνεύσειεν ἐκεῖνος, ἔτως ἦτεν καὶ οἱ λοι-  
 ποί. Mendum subolent etiam ista: τὰ δὲ παρατιθέμενα  
 ἐπὶ μὲν τραπεζῆς ἦν τῆ τυχόντος· τὰ δὲ λοιπά, ὥσε μὴ  
 ὑπερβαίνειν, μῆτε λείπειν. Quid appellat τὰ λοιπά; Nam  
 et MSS. eam scripturam agnoscunt. Sensus postulat tale  
 quid: τὰ δ' ἦν τοιαῦτα vel τοσαῦτα, ὥσε. Aut sic: τὰ δὲ  
 λοιπάδια, ὥσε. At Dalecamp. non assentior transferenti  
 in alienum locum haec verba, ὡς εἰς τὸ μηδὲν δαπανᾶν,  
 vertentique *sumptus ut nullus fiat*. Periodum hanc ita p.169.  
 verte: *neque rursus ita contendendum in hoc esse, ut sine  
 ulla utilitate sumptus facias, excedens moderatum vivendi  
 modum.* δαπανᾶν εἰς τὸ μηδὲν et frustra impensas facere,  
 dicit, qui plura apponit, quam possint a convivis comedi.  
 Similem sententiam super. c. exponebamus. Distingue sic  
 primum versum ex Antiphane: — ἐν Λακεδαίμονι Γέγο-  
 νας; ἐκεῖνων τῶν νόμων μεδεκτέον Ἔσιν. Difficile dictu  
 est, quid intelligat hic poëta, cum inter Laconica insti-  
 tuta etiam hoc ponit, τὸ φορεῖν τὰς βύστανας. Eruditi  
 viri consentiunt, βύστανας hic dici τὰς μύστανας, *barbae pi-  
 los, qui labium superius vestiunt*. Sed obstat huic inter-  
 pretationi lex Lacedaemoniorum, qua erat cautum, ne  
 cui fas esset, τὸν μύστακα τρέφειν. Auctor Plutarchus in  
 Agide et de fera num. vind. Non debemus autem existi-  
 mare, elegantissimum poëtam in tanta ignorance La-  
 conicae disciplinae esse versatum, ut rem ignoraret omni-  
 bus notam, qui oculorum saltem sensum haberent. He-  
 sych. βύσταγα (ac fortasse βύστακα scripserat) exponit  
 πώγωνα. Si volumus ita hic accipere, jam nulla difficul-  
 tas. Barbam enim Lacedaemonios aluisse, nemo dubitat.  
 Sed cur diceret τοὺς βύστανας potius, quam τὸν βύστανα;  
 Praeterea etsi Hesychio plurimum tribuo, mihi tamen  
 suspecta haec illius interpretatio. Nobis in mentem hu-  
 iusmodi lectio et interpretatio veniebat: φορεῖν τοὺς βύ-  
 στανας Μὴ καταφρονεῖ. *Ne ita mores Spartaе asperneris,  
 ut audeas in superiore labro pilos alere.* καταφρονεῖν vox  
 est, ut Servius loquitur, praegnans, pro καταφρονῶν  
 τολμᾶν, *prae contemptu audere aliquid*.



## CAPUT DECIMUM.

Κεκραμένον ὑδαρῶς. Βάμβρα, βαμβρακεύειν et ἀβαμβρακεύστα. ἑκατὸν πάντα παρατίθεσθαι. *Heracleides Cumaeus*, auctor *Παρασκευασικῶν*. *Heracleides alius*, scriptor libri *Περὶ σκευασίας καὶ δοκιμασίας Φαρμάκων*. *Regis Persarum ministri albatii*. ἑδέατρος. παρετήσθαι. *Rex Persarum semel anno caput σμῶμενος*.

In iis, quae de Cretensium conviviiis recitantur, pauca sunt, quae morari lectorem queant. Ait: εἰσὶ δὲ πάντα χεῖ κατὰ τὴν Κρήτην οἴκοι δύο ταῖς συσσιτικαῖς. Codex *Huraldinus* κατὰ τὴν πόλιν, sensu nihil variante: nam πάντα χεῖ significat in singulis Cretae urbibus. Malo, quod est editum, consentientibus Italicis codd. et epit. Ait: τὸν δὲ ἄλλον, ἐν ᾧ τὰς ξένους κοιμίζουσι. Liber idem κοιμίζουσι, quod verbum huic loco quam convenientissimum est. Significat enim κοιμίζειν curare aliquem, et res necessarias ministrare. Inde κοιμίδη ea cura, quae de hospitibus habetur. Crebra apud poëtam et alios scriptores vocabula. Sec. 270. repugnant huic lectioni subjecta statim verba, κοιμητήριον προσαγορεύουσι. Nam κοιμιστήριον fuerat dicendum: quod verbi in nullo invenimus exemplarium. Ait: εἶτα ποτήριον ἐν ἐνάσῃ τραπέζῃ παρατίθεται κεκραμένον ὑδαρῶς. Malim ὑδαρῶς, et si consensum librorum non aspernor. ἀβαμβρακεύστα recte ex *Hesychio* docti interpretati sunt ci-bos ἄνευ μαγγανεύματος paratos, et sine ullo exquisito co-quorum artificio. Sed originem vocis non omnes habent cognitam. Est autem a βάμβρα, quod pro βάμμα usurparunt *Dores*. *Hesych.* auctor est, ita appellasse *Syracusanos colorem* et alia quaedam: nam βάπτειν est tingere. Inde est βαμβρακεύειν de mangonizatione ciborum. Mox καὶ τραπέζα τρίτη δεξιᾶς εἰσιόντων εἰς τὰ ἀνδρεῖα. Melius ἐν δεξιᾶς, vel ἐν δεξιᾷ. Quae ex *Herodoto* et *Xenophonte* describuntur, conferant studiosi cum ipsis auctoribus. Postea narrat ex *Theopompo*, *Thyn*, regem *Paphlagoniae*, ἑκατὸν πάντα παρατίθεσθαι δειπνῦντα ἐπὶ τὴν τραπέζαν. Quod *Dalec.*: *fercula omnia centum mensas apposuisse*. Imo vero omnia centena. Puta, centum bovines, centum apros, centum oves, et ita de caeteris quae inter edulia locum habent. Sic dixit *Strabo* πάντα δύσειν ἑκατὸν, ut olim exposuimus. *Parthenius* Ἐρωτα



c. 9.: καὶ αὐτὴν δημοσίᾳ θάπτεισιν ἐν τῷ πεδίῳ, πάντα ἐκκα-  
 τὸν ἐναγίσχυντες αὐτῇ. Acutum est Artaxerxis dictum de  
 Thyē, captivo suo, splendorem prioris vitae in epulis re-  
 tinente, ὅτι ἔτως αὐτῷ δοκοίη ζῆν, ὡς ταχέως ἀπολλύε-  
 νος. Sic melius, quam ἔτος. Simile est in Apolog. Ter-  
 tulliani: *Megarenses, inquit, obsistant, quasi crastina die*  
*morituri.* Quia plures fuerunt Heraclidae, qui editis li-  
 bris nomen suum posteritati commendarunt, ideo solent  
 distingui accurate: ut, cum scribit Athenaeus hoc loco,  
 Ἡρακλείδης δ' ὁ Κυμαῖος, ὁ τὰ Περσικὰ συγγράψας, ἐν  
 τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιγραφομένων Παρασκευασικῶν, addit  
 haec, ὁ Κυμαῖος, ὁ τὰ Περσικὰ συγγράψας, ut distingue-  
 ret hunc Παρασκευασικῶν scriptorem ab Heraclide Taren-  
 tino, qui Σκευασίας inscriptum librum ediderat. Utrius-  
 que meminit Laërtius in Heraclide Pontico, quatuordecim  
 ejusdem nominis scriptores breviter commemorans.  
 Cumaeus, ut videtur, regum Persidis victum et totam  
 δίκιταν eo in opere descripserat: Tarentinus, professione  
 medicus empiricus, aegrotis ac bonae valetudinis curio-  
 sis consuluerat. Nam Galenus hujus librum ita inscribit,  
 Περὶ σκευασίας καὶ δοκιμασίας φαρμάκων, l. VI. de facult.  
 simpl. medic. Fuere praeterea Heraclidae duo alii, quo-  
 rum Laërtius non meminit, domo Syracusani, qui de re  
 culinaria libros ediderant. teste Athen. l. XII. Ex Cu-  
 maeo Heraclida refert auctor, solitos, qui Persarum re-  
 gibus ministrarent, ἐσθῆτας καλὰς ἔχειν, *elegantes vestes*  
*gerere.* MSS. λευκὰς pro καλὰς habent. Sic Romanorum  
 Caesarum ministri fuerunt albati, et certum est, apud  
 omnes fere gentes olim honestiorum vestes fuisse albas:  
 quod pluribus alibi probamus. Cave confundas δεῖπνον  
 et πότον regum Persarum, quae duo separatim describit  
 Heraclides, a Dalecamp. vero perperam confunduntur. p. 271.  
 Depravata paulo post lectio est, cum ita scribitur: τέτοις  
 ἐκφέρεται εἰς τὴν αὐλήν, ἃ ἰδεῖν ἅπαντα, μερίδας ποιή-  
 σαντες τῶν κρεῶν, καὶ τῶν ἄρτων ἰσὺς διαιροῦνται. Quid  
 sibi illa volunt, ἃ ἰδεῖν; Lego ἃ οἱ ἐδέετροι. De qua vo-  
 ce scribunt veteres, Graecum nomen istud esse, at τὴν  
 χρεῶν εἶναι Περσικὴν. *Mactatae victimae, inquit, e regia*  
*in vestibulum afferuntur ad eos, qui sumptu regis aluntur:*  
*ubi ab epularum praefectis et carnes et panes in portiones dis-*  
*tribuantur, et dividuntur aequaliter.* Juvat, quod sequi-  
 tur: τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης παραλειπομένων ὁ τῆς τραπέ-  
 ζης ἐπιμελόμενος δίδωσιν ἐκάστῳ τῶν οἰκετῶν. De his por-  
 tionibus Daniel loquitur c. I.: Καὶ δίσταξεν αὐτοῖς ὁ βασι-



λεύς τὸ τῆς ἡμέρας καὶ ἡμέραν ἀπὸ τῆς τραπέζης τῆ βασιλέως καὶ ἀπὸ τῆ οἴνου τῆ πότις αὐτῆ. Cur ad solum prandium, non item ad coenam regis Persarum proceres venirent, causam hanc affert Heraclides: διὰ τὸ παρηγησθαι, ἵνα μὴ δις πορεύωνται, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τοὺς συνδείπνους ὑποδέχωνται. Id est: propterea quod rex huius officii gratiam illis fecit, ne bis veniant, sed et ipsi suos quisque convivias excipiant. Haec mens auctoris. διὰ τὸ παρηγησθαι tantundem significat, ac si dixisset διὰ τὸ τὸν βασιλέα ἔχειν αὐτοὺς παρηγημένους. Ut apud Lucam Evangelistam: ἐρωτῶ σέ, ἔχε μὲ παρηγημένον. Paulo post, ubi ex Herodoto narrantur sumptus, quos olim fecit Antipater Thasius, cum Xerxis exercitum prandio excepit, καὶ γὰρ, inquit, ἐκπώματα ἀγυρᾶ καὶ χρυσᾶ καὶ κρατήρας παρετίθεντο, καὶ τούτα μετὰ τὸ δεῖπνον. Postrema verba, si modo sana sunt, hoc significant, non solum prandentibus omnia fuisse exhibenda magnifice, verum etiam a prandio πότους agitantes pretiosis poculis mensas instruendas. Aliud est δεῖπνον vel ἄρισον, aliud πότος, ut non semel diximus. Ita possumus non inepte hanc lectionem interpretari. Sed cum de comestationibus istis nihil scriptum sit ab Herodoto, cujus verbis auctor loquitur, censeo, inesse huic loco vitium ex negligentia librariorum profectum. Lego: καὶ ταῦτα μετὰ τὸ δεῖπνον ἔλαβον. Atque ista omnia aurea et argentea vasa post coenam capiebant. Xerxis videlicet milites. Herodot.: οἱ δὲ πλησθέντες, τῇ ὑπεραλίη τὴν τε σιηνὴν ἀνασπᾶσαντες καὶ τὰ ἐπιπλα πάντα λαβόντες, ἔτω ἀπελαύνεσκον. Fuit, cum aliter medicinam isti loco facerem, et cum sequentibus jungens scriberem: καὶ ταῦτα μὲν τὰ τῆ δειπνῆ. εἰ δὲ Ξέρξης δις εἰσιτεύετο. Sequitur ex eodem historiae patre de natalitio regis Persarum convivio, quod τυκτὰ vocabant: τότε καὶ τὴν κεφαλὴν σμᾶται μόνον. Non dubito, veram esse hanc lectionem, quam et Athenaei editi scriptique omnes codd. tuentur, et ipsius Herodoti. Tamen et Valla apud Herodotum et Dalecamp. hic κοσμεῖσθαι pro σμᾶσθαι legerunt interpretatique sunt. Putarunt enim, σμᾶσθαι τὴν κεφαλὴν nihil esse aliud, quam sordes capitis radere: quod semel in anno factitatum a rege Persarum, ne nos quidem verisimile putamus. Enimvero σμᾶσθαι operosiorum curam denotat: cum adhibito smegmate caput probe defricatur, quod viri cordati non saepe faciunt anni spatium, multi ne semel quidem multis annis. Sic dixit Diodorus Sic. in V. histor.: τιτάνους ἀποπλύματι



σμᾶν τὰς τρίχας συνεχῶς. Itaque sicut Romani Caesares et Francorum veteres reges diem illum soliti festum agere, quo vel ipsi vel eorum liberi barbam ponebant, aut caesariem incidebant, si rex Persarum solemniter die caput curabat.

## CAPUT UNDECIMUM.

*Modus sumptuum convivialium. Sacrificia veterum tenuia. Menandri fabula Δύσκολος, et argumenti ejusdem oratio Libanii. Cistae ὀψοφόροι. Philoxeni Cytherii scripta nugatoria. Platonis comici Phaon. Sumptus in rosas. Andrones. Flores in reticulis ad olfactum.*

De sumptibus in convivia olim factis loquens Athenaeus, amplius talento impendi vulgo in Graecia non solitum, auctoritate Menandri probat. Versus ex ejus comici *Methe* allati, unde id colligitur, et recte scripti, unica voce excepta, et apertissimi sunt, ut fere Menandri omnia. Quo magis miror, in tam plana rectaque via errare virum doctum potuisse. Sensus est: Non pari sumptu cuticulam mortales curare, et diis sacra facere. His pro luculenta hostia offerri vix decem drachmarum oviculam. In convivium unum facile integrum talentum impendi: iis videlicet emendis, quae mensae apponenda sunt, aut conducendis acroamatis. Poëtae verba subjiciam: Εἴτ' ἔχῃ ὁμοια πράττομεν καὶ θύομεν. "Ὅπως γὰρ τοῖς θεοῖς μὲν ἡγορασμένον δραχμῶν ἄγω προβάτιον ἀγαπητὸν δέκα, Αὐλητρίδας δὲ, καὶ μύρον, καὶ ψαλτρίδας ταύτας, τὸ θάσιον, ἔγχέλεις, τυρὸν, μέλι, Μικρὸν τάλαντον γίνεται τὸ κατὰ λόγον. In tertio versu scripsimus δέκα, non δώδεκα, jubente metri lege: neque aliter l. VIII. Sententia haec a multis poëtis tractata est, ut alio loco docet auctor, et probat Clemens Alex. Strom. l. VII. Tertullianus in Apolog.: *Volo et ritus vestros recensere. Non dico, quales sitis in sacrificando, cum enecta et tabidosa quaeque mactatis: cum de optimis et integris supervacua quaeque truncatis, capitula et ungulas, quae domi quoque pueris vel canibus destinassetis.* Eodem spectat et alter ab Athenaeo allatus locus ex poëtae ejusdem *Dyscolo*. Quem etiam adscribemus,



quia in illo sunt nonnulla nobis animadvertenda: — ὡς  
 θεοὶ δ' οἱ τοιχωρύχοι κοίτας φέροντες καὶ σαμνί, ἐχθί  
 τῶν θεῶν Ἐνεκ', ἀλλ' ἐαυτῶν. ὁ λιβανωτὸς εὐσεβὲς, καὶ  
 τὰ πόπανον. τῆτ' ἔλαβεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ Ἄπαν ἐπιτε-  
 θεύ. οἱ δὲ τὴν ὀσφῦν ἄκραν καὶ τὴν χολήν ἔτ' ἐς τὰ βρώ-  
 ματα τοῖς θεοῖς Ἐπιθέυτες αὐτοὶ τὰλλα καταπίνκει. Ex  
 ipso fabulae titulo apparet, publicos mores objurgatos  
 fuisse ab eo, qui ista pronuntiabat. Δύσκολος enim est  
 p. 273. morosus homo. cui nihil placet, nisi quod ipse faciat,  
 imo ne illud quidem. Talis fuit olim Timon ille, osor  
 et odium mortalium. Mores hominum hujusmodi descri-  
 pserat Menander ea fabula: cujus mentio apud Harpocra-  
 tionem, Aristophanis interpretem et Suidam. Libanius  
 quoque rhetor id ipsum praestiterat integra oratione:  
 quae cum Athenis recitata est. mirōs tulit plausus, ut in  
 epistolis scribit S. Basilius. In II. versu scribendum Κίτας,  
 non κοίτας. Ineptum est putare, de lectisterniis poëtam  
 fentire. Spondeo, de cistis eum loqui, in quibus deferre  
 moris erat cibos ad sacrorum epulas necessarios. Gram-  
 matici κίστας vocant ὀσφοφόρους, et ita describunt: ἀγγεῖα  
 πλεντὰ εἰς ἐδεσμάτων ἀπόθεσιν. Quam recte igitur cistae  
 conjunguntur σταμνίοις; quod oenophori genus fuisse,  
 nemo nescit. Sed vetus est sive consuetudo sive error li-  
 brariorum, scribere κοίτη pro κίστη, et κοιτὶς pro κισίς.  
 Ptolemaeus Hephaestionis f.: Ἦρκεν δὲ δωρήσασθαι χλα-  
 μύδα, καὶ Ἀθηναῖν αὐλὰς, Νηρέα δὲ τὰς ἄλας καλεμένους  
 ἐν κοιτίσι. Ita nuper eruditissimus Hoeschelius edidit.  
 Recte Hesychius: κοίτη, κίστη, ἐν ἣ τὰ βρώματα ἔφε-  
 ρον· αἱ δὲ μικραὶ κοιτίδες. Penultimum versum ita scribere  
 ex Clemente: καὶ τὴν χολήν, ὅστ' ἔτ' ἄβρωτα τοῖς θεοῖς.  
 Etsi poterat tolerari nostra lectio, melior est tamen Cle-  
 mentina. Sed apud Clementem multo plura emendatio-  
 nis egent: quod ex nostrae γρηγορίας comparatione facien-  
 dum studioso lectori relinquimus. Locus est eo, quem  
 diximus. libro. Subjungitur his ῥῆσις fatis longa ex Phi-  
 loxeni Cytherii Convivio. Exstat et l. XIV. alius locus  
 ex eadem fabula. Constat nobis ex utriusque lectione  
 poëtam mira ingenii lascivia convivium fictum a se fictis  
 vocibus planeque insolentibus descripsisse. Ludicra enim  
 res fuit tota et ridiculi causa ridicula a faceto poëta de-  
 scripta. Quare mirum non est, obscura haec esse: ut in  
 terea de mendis nihil dicam. Nos et emendandi utrum-  
 que locum et interpretandi laborem omnem inanem cen-  
 semus. Quis enim se ratione affecuturum speret, quod





sine ratione et τῶ γελοῖα μόνον χάριν bambalio aliquis effu-  
 tierit? Torquere autem se in istis, quid aliud est, quam  
 Philetæ infelicem diligentiam imitari? Omissis igitur  
 molestis adeo nugis, quod instat, agamus: si prius ta-  
 men dixerimus, *Ῥασην*, Platonis fabulam, cujus hic  
 facta mentio, raro quidem inveniri in veterum scriptis  
 nominatam, interdum tamen, ut apud Harpocrationem  
 in ἀναίνεσθαι. Historiam coenæ illius, quam exhibuit  
 Cleopatra Antonio, habet Plutarchus. Ex quo simul et  
 Athenæo ipso scripsimus Ἀπαντήσασα τῷ Ἀντωνίῳ ἢ Κλεο-  
 πάτρῃ ἐν Κιλικίᾳ pro eo, quod Dalec., ἐν Λυκίᾳ. Plu-  
 tarchus scribit, jussam ab Antonio Cleopatram εἰς Κιλι-  
 κίαν ἀπαντῆσαι. κυλίικια, quorum paulo post in hac hi-  
 storia mentio, quid fuerint, I. XI. explicatum. Sequi-  
 tur: ταλαντεῖς εἰς ῥόδα μισθὰς δέδωκε. Rosa olim non  
 postrema cura et amor eorum, qui nepotinis sumptibus  
 oblectabantur. Exemplum hoc insigne, et quod narrat  
 Suetonius in Nerone c. 27. Similia in aliorum imperato- p.274.  
 rum vitis. Secuti sumus membranas, cum ita scripsi-  
 mus: καὶ κατεσρώθη ἐπὶ πήχυια βάθη τὰ ἐδάφη. Hoc est  
 πήχυια. Testantur tamen eruditi homines, in Farne-  
 siano codice scriptum esse ἐπὶ πυκνὰ βάθη, quod placet  
 minus. Sed quid sibi volunt membranae, in quibus con-  
 stanter scriptum reperimus τὰ ἐδάφη τῶν δένδρων; Non  
 video, qui ferri appendix ista queat: nisi scribamus τὰ  
 ἐδάφη τῶν ἀνδρῶνων, et per ἀνδρῶνας intelligamus coe-  
 nationes. Proprie, ut scribit Vitruvius, *Graeci ἀνδρῶ-  
 νας appellabant oecos, ubi convivium virilia solent esse, quod  
 eo mulieres non accedant.* Sed Aegyptiani reginam Cleo-  
 patram non adstringebant leges plebi Graecarum mulie-  
 rum positae. Praeterea quia virilia convivium celebrari so-  
 lita in andronibus, dicere licet, vel gynaeconitidem Cleo-  
 patrae ἀνδρῶνα potuisse sic appellari, ut dictum scimus ab  
 optimis auctoribus οἰνοχοεῖν νέκταρ, ἵππεος βυκολεῖσθαι,  
 χειρονομεῖν σκέλεσιν, et similia. Sic cucurbitulam appel-  
 lamus, quae est ex aere aut vitro: pyxidem, quae ex ar-  
 gento vel auro. Athen. I. XII.: ἀνδρῶνά τε πολλὰ τῶν ἐδα-  
 φῶν ἐν τοῖς ἀνδρῶσι κατεσκευάσθη. Etsi longe alia ibi sen-  
 tentia est: favent tamen haec verba nonnihil conjecturae  
 nostrae. Additur in eadem periodo: ἐμπεπετασμένων δι-  
 κτύων τοῖς ἔλιξι. Quid significet hic dictio ἔλιξι, non  
 scio: et mendae suspicionem movet illud quoque τοῖς,  
 quod ἔλιξι non convenit, sed ταῖς. Suspicio, scribendum  
 τοῖς κάλυξι. Nihil enim convenientius in mentem



venit: κάλυξ autem proprium rosarum vocabulum esse, nemo dubitat. Sensus est, super rosas, quibus pavimentum erat constratum, retia fuisse expansa, ne ingredientium pedibus auferrentur, et soli planities aequalis ubique corrumpetur. Reticulorum istum usum nemo mirabitur, qui observaverit consuetudinem veterum involucris pellucidis aut etiam reticulis involvendi rosas, quo facilius earum fragrantiam perciperent. M. Tullius in Verr. l. V. sive de suppliciis: *Nam, ut mos fuit Bitbyniae regibus, lectica hexaphoro ferebatur, in qua pulvinus erat pellucidus Melitensi rose factus: ipse autem coronam unam habebat in capite, alteram in collo, reticulumque ad nares sibi apponebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae.*

## CAPUT DUODECIMUM.

Σχεδία. Διονυσιακά ἀθύρματα. τὰ ἐξ Ἰταλίας ἀκροάματα. *Mos praeclucendi et spectandi e tectis. Tecta veterum, Judaeorum, Graecorum et Romanorum. προφαίνειν ἐκ τῶν τεγῶν. Prov.: stare in extrema tegula. Athenaei memoria suspectae fidei. Πλάταια et Πλαταιαί. παρατάττεσθαι τοῖς Ἕλλησι. περιγίνεσθαι. Alia multa observata.*

**M**ulta perperam accipiunt interpretes in ea, quae sequitur. de eodem Antonio narratione. Ut, cum *σχεδίαν coenacium* interpretantur in istis: *περιοπτον ὑπὲρ τὸ θέατρον κατσκευάσχυτα σχεδίαν.* Significat enim pontem theatro fuisse impositum, super quo fictitium istud antrum est exstructum. Cum *Διονυσιακά ἀθύρματα* vertant *ornamenta ludorum Bacchorum*, pro *Bacchi crepundia* vel *ludicra*. Cum *τὰ ἐξ Ἰταλίας ἀκροάματα* quos *super convivium memoriter varia recitaturus accersiverat*, *Italibus hominibus*. Potuit vero ignorare vir in Graecis auctoribus ita versatus, *ἀκροάματα* esse *histriones* et *mimos*, neque aliter vertendum esse, cum et Latini sic loquantur? Hi autem sunt illi ipsi, quos in vita Antonii appellat eleganter *Plutarchus τὰς ἀπὸ τῆς Ἰταλίας Κῆρας*. Etiam ista non intellexit interpres: *ἀπὸ τῶν τεγῶν λαμπάσι δαδευμένης πάσης*



τῆς Ἀθηναίων πόλεως. Quae ex veteri more lucem accipere debent: soliti enim antiqui, non Judaei tantum, (de quibus ex sacris literis constat,) sed et Graeci et Latini tecta suarum domorum ita confecta habere, ut in ea spectandi causa adscenderetur, quoties aut pompa duceretur, aut alia causa stimulet. De Graecorum tectis constat ex hoc loco. Nam ita vertendum est: *cum tota Atheniensium urbe essent, qui facibus e tectis praelucerent.* Lucianus Alectryone: οἱ δὲ, ὅποτε προίσιμι, καὶ ἐπὶ τὰ τέγη ἀνιόντες ἐν μεγάλῳ ἐτίθεντο ἀκριβῶς ἑωρακέναι τὸ ζεῦγος, τὴν Ἐφεσρίδα. Tacitus de Agrippinae adventu Brundisium: *Atque ubi primum ex alto visa classis, complentur non modo portus et proxima maris, sed moenia ac tecta.* De Latinorum tectis en testes lucuplètes. Virgilius in XII. de monomachia loquens Aeneae ac Turni: *Invalidique senes turres et tecta domorum Obsedere.* Et ita alibi idem. Plinius in Paneg. de Trajani in urbem ingressu loquens: *Videres referta tecta ac laborantia, ac ne eum quidem vacantem locum, qui nonnisi suspensum et instabile vestigiū caperet.* Hieronymus in epitaphio Fabiolae: *Non plateae, non porticus, non imminetia desuper tecta capere poterant prospectantes.* Dio Cass. in Nerone: οἱ κέραμοι καὶ αὐτοὶ πάντων τῶν τῆδε οἰκοδομημάτων ἐκρύπτοντο ὑπὸ τῶν ἀναβεβηκότων. Claudianus III. de laudibus Stiliconis, loquens de reditu illius in urbem: *Nonne viles et plebe vias, et tecta latere Matribus.* Plutarchus in Cicerone: τὰ δὲ φῶτα πολλὰ κατέλαμπε τὰς σενωπὰς, λαμπάδια καὶ δᾶδας ἰσώντων ἐπὶ ταῖς θύραις· αἱ δὲ γυναῖκες ἐκ τῶν τεγῶν προφαινον ἐπὶ τιμῇ καὶ θεᾷ τῶ ἀνδρός. Cave, assentiaris doctissimo et Graecae linguae peritissimo viro, qui προφαίνειν ἐκ τῶν τεγῶν interpretatur *spectare e tecto*; cum προφαίνειν sit *praelucere*. Locus ille periculofus, quem intelligit Plinius, is est, unde manavit proverbium Latinorum de summe periclitantibus: *stare in extrema tegula.* Seneca epist. 12.: *jucundissima est aetas devexa jam, non tam praeceps: et illam quoque in extrema tegula stantem judico habere suas voluptates.* Ex his autem duorum scriptorum locis licet colligere, non habuisse Romana tecta illam loricam, qua munire jussus est lege dei populus Judaicus sua tecta. Formam hujusmodi tectorum describit Eustath. his verbis X. Odyss. commentario extr.: πίπτει δὲ, αἰτ, καταντιρὺ τέγος ὁ Ἑλλήνων ἐν ὑπαιθρῷ ἄνω κελ- p.276. μενος, διὰ τὸ τὰ δώματα μὴ κεραμωτὰ, ἀλλ' ὅποια καὶ νῦν, ὡς εἰκός, μυριαχθεῖ, ἂν ταῖς δοκοῖς γῆ ἐπαμάται, ὡς



ἐντεῦθεν τὴν σέγγην χορήσιμον εἶναι καὶ πρὸς τὸ ἐγνοιμᾶσθαι. Id est: *cadit Elpenor e tecto, cum sub dia jaceret in summa domo, quia tecta non fiebant e tegulis: sed, uti videtur, erant, qualia nunc quoque locis infinitis videntur, aggestam super trabes terram habentia: ut in ejusmodi tectis etiam cubare aliquis possit.* Haec Eustath. de antiquissimorum temporum tectis et quibusdam etiam sui saeculi: quibus non dissimilia sunt, quae de multiplici genere tectorum, quae est usa rudis antiquitas, disputat docte Vitruvius l. II. At illa, de quibus locuti sumus, quamvis erant plana et sine fastigio, tamen et tegulas habuerunt: nisi cum in illis aut horti instituebantur, aut viridaria. Nam et in tecta olim Romae scandebant sylvae. Plinius l. XV. c. 14. Seneca epist. 125. et alii. Sed haec praeter institutum. Imperatorem Cajum cognomen invenisse Caligulae scribit Athenaeus διὰ τὸ ἐν στρατοπέδῳ γεννηθῆναι, *quod in castris esset natus.* Sed haec causa proxima non est: verum illa, quam ex Latinis scriptoribus et Dione norunt omnes. Redit mox Athenaeus ad tenuem Graecorum victum, de quo dicere instituerat libri hujus initio, et ait: εἰς ταῦτά ἐσιν ἀποβλέποντα τὰ ὑπὲρ ἡμῶν ἀγαπᾶν τὴν Ἑλληνικὴν πένιν. Cui bono adjecta sint ista, τὰ ὑπὲρ ἡμῶν, non capio, et delenda cenleo vel mutanda. Qui mox dicitur ex Herodoto Ἀτταμνος, in MSS. est Ἀτταμνος. Scribendum, ut in Herodoto, Ἀτταγῖνος, nisi Athenaeus ipse memoria hic lapsus, sicut videtur fecisse, cum addit: ὃν Φησὶν Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἐννάτῃ μεγάλως πλάττει παρασκευάσθαι. Hoc est: *a divitiis magnifice paratum, sive magnis divitiis instructum fuisse.* Audiamus Herodotum: Ἀτταγῖνος ὁ Φρύωνος, ἀνὴρ Θεβαῖος, παρασκευασμένος μεγάλως ἐκάλεσε ἐπὶ ξείνια αὐτὸν τε Μαρδόνιον καὶ πεντήκοντα Περσέων τοὺς λογιμωτάτους. *Attaginus Phrygonis f. Thebanus, cum magnifice omnibus rebus necessariis se instruxisset, hospitio excepit Mardonium et alios L. e praecipuis.* παρασκευασμένος μεγάλως vernaculo sermone diceremus, après avoir fait des grands préparatifs. Sequitur elegans auctoris jocus in alienissimum sensum a Dalec. detortus. ἤγγαμι δὲ, inquit, ὅτι ἐκ αὐτῶν περιεγέγοντο, εἰδ' αὐτὸν ἐδέησε τοῖς Ἕλλησι περὶ Πλάττειν παρατάττεσθαι ἀπολωλόσιν ἤδη ὑπὸ τῶν τοιούτων τρωφῶν. Si esset verum, ait Athenaeus, quod dixit Clitarchus, Boeotos, cum Persas convivii exciperent, non aliud eis apposuisse, quam illas ciborum quisquiliis, quibus soliti ipsi se alere, περιέειπε, ὀρίνον, *Persae, neque illis opus fuisset stare in acie contra Graecos in*



*campis Plataicis: quippe quæis jam tales cibi perniciem attulissent.* περὶ Πλάταιαν auctoritate Homer. licet tueri. Omnes alii Πλαταιᾶς semper. παρατάττεσθαι τοῖς Ἕλλησι dictum pro eo, quod est usitatus, πρὸς τοὺς Ἕλληνας. Utrumque invenient tirones apud optimos scriptores: hoc tamen vel maxime viros doctos videtur in errorem impulisse. Sed et περιγίνεσθαι male acceperunt pro *vincere*: nam idem significat hic, atque apud Herodotum, cum illo ipso in loco ait: τετέων πάντων ὄψεαι, ὀλίγας τινὰς πρὸς χρόνον διελεθόντος, ὀλίγας τινὰς τὰς περιγενομένας. Ad fortasse illum locum auctor respiciebat hæc scribens: nam de iisdem Persis editum est illud, quod refert Herodotus, dictum fatidicum.

## CAPUT DECIMUM TERTIUM.

*Maza loco panis.* Mazonomi. *Mos veterum acclamandi in conviviiis, εὖ δειπνήσειας, vel ζήσειας. μάζων.* Terrores nocturni. οἱ τιμῆχοι. *Cultri in usum mensarum.* παρατέμνειν. κέρμα vel κῆρμι. *Mos veterum Gallorum, vertere se ad dextram in ter adorandum.*

Καὶ τὰλλα τὰ πρὸς τὴν ἄρτυσιν τῶν ἱερείων ἀρμόττοντα. *Et alia, quorum usus in conditura carniū.* Pessime Dalecampius: *et alia, quæ rite faciundis sacris convenirent, omnia.* Quia vocem ἱερεῖον ita capiendam esse non videbat, ut l. l. dicebamus c. II., etiam vocabulum ἄρτυσις, cuius notissima significatio est, male accepit. πλὴν τῶν περὶ τὸν μάγειρον σκευῶν ὁ χορηγός. Pro ἃ παρῆχεν ὁ χορηγός. Et fors fuit ita auctor scripserat. μάζα νόμος χάρις. *Maza dicis caussa apposita.* Sic loqui amant scriptores de iis, quæ non tam ad usum, quam ad speciem, parari solent: cuiusmodi fuit assis Cajanus in veterum mancipiis. Cur hic dicatur maza apposita fuisse tantum dicis caussa, vellem exposuisset: nam alioquin coenas frugales, qualis erat, quæ hic describitur, frequentabat maza, non, ut ulli legi aut instituto satisfaceret, sed ut locum panis obtineret, sicut docuimus alibi ex Aristophane. τῶν παρὰ τισι καλεσμένων μαζονόμων, ἀπὸ τῆς χρῆσας εἰληφόντων τὴν ἐπωνυμίαν. Initio mazonomi dicti a mazis,



quae apponi in iis solitae: postea quaevis lances rotundae et lignae. Glossas Hesychii sic emendabis: Μαζονόμον τὸν κύκλον, ἢ τὸν ξύλινον πίνακα. Varro de r. r.: *ut in eodem tecto ornithonis inκλῖsum triclinium haberet, ubi delicate coenitaret, et alios turdos videret in mazononio positos coctos.* Pro mazonomus dixerunt et mazonophorus vel mazonophorus. Hesychius: μαζοφορις ὁμοιον κανῶ. ἐν κεραμείῳ ποταβίδι. Scribe κεραμέα, ut lib. XI. καὶ ὁ προσφῆρων ἂν εἶπεν, εἶ δειπνήσεις. Lego εἶ δειπνήσεις, adstipulante scriptura l. XI. Simillima formula εὐφημίας convivialis Graecis et Romanis in usu, ζήσεας: cujus meminit Dio in Commodo. In moribus nostris vestigia clara sunt ejus consuetudinis: precamur enim, ut profit, quod estur aut bibitur. μάλισα δὲ τοῖς λεγομένοις μάζωσι, (τῆτο γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἡ Διονυσιακὴ σύνοδος ἔχει τῆνομα). Ait, μάζωνας vocari convivia Bacchica. Olim, ut apparet, generale id fuit conviviorum omnium nomen. An a Graeco μάζα, quasi locus, quo mazaе congererentur? An potius ab Hebraeo מַצָּה, mazon, id est, *cibus, orsonium?* At μάζα est illorumin מצה, matsah: quod genus panis aut placentaе illis significat. τῆτο ποιῶντες ἕνεκ τῶν ἐν ταῖς ἀμφοδοῖς γινομένων νυκτερινῶν φόβων. Addit Eustathius, sed de suo: ὧν αἰτία εἶναι ἡ Ἐκάτη ἐδόκει. Hecaten in comitis fuisse cultam, notissimum est: quae fuit dea χθονία, et, ut appellatur a Theocrito, θασπλήτης, id est, interprete Hesych., *difficilis accedentibus.* ὑπὸ τῶν τιμῶν ζημιᾶται. Sic vocabantur magistratus in aliquot Graecorum civitatibus, ut in hac Naucrati et Maffiliae. Strabo l. IV. καὶ τῆτων μεταλαμβάνων κοτύλην οἶνα. Puto, deesse aliquid: nam sententia est pendens et imperfecta, oratio autem ἀσύντακτος καὶ ἀκατάλληλος. Utcunque vulnus obligaveris, si scribas: καὶ τῆτων μεταλαμβάνων ἀμαλαμβάνει κοτύλην οἶνα. ἕς πρὸ ἐνιαυτῆ καὶ πρὸ τῆ μέλλειν. *Antequam deberet quemquam excipere.* Ferri potest fortasse haec lectio: magis tamen probem, quod aliquando repofueram, πρὸ τῆ ἐπαγγέλλειν. Non: multo ante scriptum est: ἐπαγγείλασθαι ἐσιῶσαι Γαλάτας πάντας ἐνιαυτόν. Ἐπειδὴ δὲ εἰσῆλθον εἰς τὸ δεῖπνον πάντες. In describendo Xenophontis loco usus auctor consuetudine sua: multa enim praetermisit, quae ad formam convivii minus pertinebant; quaedam etiam aliter scripsit, quam Xenophon, ut ista: ἀλλὰ καὶ πονεῖν ὑπὲρ σῆ καὶ προκινδυνεύειν βεβλόμενοι. Nam in autographo est: ἀλλὰ καὶ προσέμενοι καὶ πονεῖν ὑπὲρ σῆ καὶ προκινδυνεύειν. Sine causa Dalecampius, quae ab Athe-



naeo erant consulto consilio praetermissa, in suam interpretationem infercit. Κελτοί, Φησί, τὰς χοὰς προτίθενται. Editum volui τὰς τροφάς. Ex conjectura primum ita emendaveram, deinde in membranis sic inveni scriptum. Et sequitur mox: ἐφ' ὧν τὰς τροφάς προτίθενται. εἰάν δὲ ἢ τι δυσσπόσπασον, μαχαίρῳ μικρῷ παρατέμνοντες. *Sin aliquid sit, quod avelli, nisi aegre, non queat, gladiolo parvo, ut quisque incidit, secantes.* Elegans vox παρατέμνειν, cujus vim, nisi pluribus verbis Latinis, non exprimas. Significat enim, cultros istos non fuisse mensae appositos, quod hodie sit, sed quoties erat opus, solitos educi, et in suum mox locum restitui. Non dissimilem vim habet praepositio παρὰ in verbis παραβοηθεῖν et παραγεύεσθαι, de quibus ante diximus. Potes etiam παρατέμνοντες exponere aegre secantes, quod valeat ad declarandam parvitatem cultellorum istorum: quare etiam μαχαίρια vocat, neque hoc solum, sed etiam μικρά. Videntur Graeci cultrorum mensalium diu ignorasse usum: nam in universa illorum lingua nullum vocabulum est, quod proprie ἐπιτραπέζικος cultros denotet. Latina vox *culter* Syriacam originem habet **ܚܘܪ**, *occidit*, transpositis literis posterioribus. Graeci etiam cultros μαχαίρας vocant aut μαχαίρια. Vetustissimi Graeci appensam gladii vaginae machaeram gestabant, eaque utebantur pro cultro. Homerus: Ἀτρείδης δὲ ἐρυσσάμενος χεῖρεςσι μάχαιραν, Ἡ οἱ παρ' ἔϊφρος μέγα κηλεὸν αἰὲν ἄωρτο, Ἀρνῶν ἐκ κεφαλῆων τάμνε τρίχας. Haec poëtae verba afferunt p. 279. lucem sequentibus Posidonii, quibus declaratur Celtarum mos, non quidem penitus idem, sed tamen affinis: ὁ τοῖς κολοεῖς ἐν ἰδίᾳ θήκη παράκειται, id est, *qui culter ensis vaginae adjacet in peculiari theca.* Etiam hodie ensium nostrorum vaginae cultris condendis peculiarem thecam habent. Videntur sane minores ad mensarum usum per diu fuisse ignorati: non enim aliis in mensa, quam in coquina, utebantur. Postea facti sunt minores: quo in genere vel propter elegantiam, vel aliam ob causam commendati sunt, qui fiebant in Bithynia. Varro Γερωντοδιδασκάλῳ: *Noctu cultro coquinari se trajecit: nondum enim ibi inventi erant cultelli hujus tempestatis e Bithynia.* Ita lego et interpretor illum Varronis locum apud Nonium. τὸ δὲ ποτὸν οἱ διακονεῦντες ἐν ἀγγείοις περιφέρουσιν, εἰκόσι μὴν ἀμβίκοις, ἢ κερκμέοις, ἢ ἀργυροῖς. Neque placet τὸ μὴν isto loco, neque video, quid appellet ἀμβίκοις. Non enim puto esse vasculi genus illud, quod l. XI. ἀμβίξ dicitur.



Fortasse scribendum *εοικῶσι μικροῖς βίνοις*. Quod autem subjicitur, etiam lances eos habuisse fimiles, ad materiae similitudinem refero, non figurae. *παρὰ δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ αὐτὸ καλεῖται δέρκομα*. Scribendum: *παρὰ δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ αὐτὸ καλεῖται δὲ κόρμα*. Id est: *bibitur vulgo zythum per se: et vocatur cornu*. καὶ αὐτὸ intellige merum, sine melle: quo temperari solitum dixit ab iis, qui vinum quidem bibere non poterant ob census tenuitatem, sed erant tamen caetera turba, de qua nunc loquitur, paulo saltem beatiores. *κόρμα* vero omnino scribendum cum membranis et epitoma. Dioscorides vocat *κῆρμι*, et Marcellus Empiricus *currini*. *περιφέρει δὲ ὁ παῖς ἐπὶ τὰ δεξιὰ καὶ τὰ λαϊὰ*. Orfus a dextris desinebat in laevis. Si hoc voluit, poterat omittere *καὶ τὰ λαϊὰ*. Quis enim non ita intelligit *οἰνοχοεῖν ἐνδέξια* apud poëtam? *καὶ τὰς θεὰς προσκυνῶσιν ἐπὶ τὰ δεξιὰ σρεφόμενοι*. Imo vero Galli religiosius putarunt, sinistrovorsum se vertere in adorando, quam dextrovorsum more Romano. Plinius l. XXVIII. c. 2.: *In adorando dexteram ad osculum referimus, totumque corpus circumagimus: quod in laevum fecisse Galli religiosius credunt*. καὶ ῥίψαι αὐτῷ παρατρέχοντι. *Eique jecisse currenti ad ipsius currum*. *παρατρέχειν* est currere juxta currum, quo vehitur is, quem honoris causa prosequeris. Ita olim moris fuit, ut ad Suetonium notabamus. *διότι καὶ τὰ ἴχνη τῆς γῆς, ἐφ' ἧς ἀρμακτηλατεῖ, χρυσὸν καὶ εὐεργεσίας ἀνθρώποις φέροι*. Adulatio ingeniosa non inelegantis poëtae ad exprimendam Bituiti beatitatem summam et liberalitatem. Eadem *ἔννοια* apud Latinos poëtas. Persius: — *quicquid calcaverit hic, rosa fiat*. Et: — *nunc non e manibus illis, Nunc non e tumulo fortunataque favilla Nascentur violae?* *κεχωρισμένην εἶχε, καὶ τὴν τράπεζαν μόνω, καὶ θάπερ ἦρω*. *Lege: μόνος, καὶ θάπερ ἦρω*. Convenit hoc veterum opinioni, quam de suis heroibus habebant: quia enim morosos et iracundos putabant, ad illos accedere verebantur. Propterea ut

p. 280. *rem miram fingit comicus in Avibus, esse locum quendam, ἐνθα τοῖς ἦρωσιν οἱ ἄνθρωποι συναρισῶσι καὶ ξύνεισι*. Ad quem locum plura enarrator. *τὸ δὲ ποτὸν κεκραμένος οἶνος οἶος δῆποτε ὑδατι ψυχρῷ*. *Potus erat vinum quaecunque aqua frigida dilutum*. Nihil hic fuit mutandum interpretibus. καὶ τῶν προσφάτων καθιερωθέντων. *Scribe προσφάτως, recens mactatorum*. Haec *κρυβία* notio vocis hujus. *ταύτην δ' εἶναι ὁμοίαν τῆς ἐγγυθῆκαις*. De incitegis dicimus l. sequ. c. 13. Dalecamp. recte vertit *repositoria*. ἐν





τῆ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῶν ἰσοριῶν. Scripta lectio ἐν γλ τῶν ἰσοριῶν. Hoc est, τρίτῃ καὶ τριακοστῇ. τὰς Τυρρηνέας Φησι πρὸς αὐτὸν πυκτεύειν. Alibi docemus, Graecos scriptores πυκτεύειν saepe pro μονομαχεῖν usurpare: quomodo hic censeam capiendum. παρατεθέντων κωλήνων τὸ μηρίον ὁ κράτιστος ἐλαμβανεν. Exponimus l. IX. c. 1. καὶ πεισώμενοι τὴν δόσιν. *Donatione firmata.* Intellige, caveri solitum perituro vel pignoribus captis, vel chirographo, vel sivejussione. Nam solutio mercedis conventae differrebat post caedem moriturientis: imo tunc tantum promissum praemium deberi incipiebat. Mirum plane genus contractus: quando testator ad heredes jus transmittit, quod ipse habuit nunquam, neque habere potuit vivus. καὶ δ' ὁ δικαιότατος ἐστὶν ἕκαστος ἀποτυμπανισθῆναι. *Quibus contendunt unusquisque, quod iustissimum sit, sibi potissimum caput amputari.* Torquent se hoc loco interpretes in exprimenda voce ἀποτυμπανισθῆναι, quae hic quidem perspicue ponitur pro eo, quod paulo ante dixit, τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι. Eustathius docte, postquam ista ex Athenaeo verba Euphorionis descripsit, καὶ ὄρα, inquit, τὸ ἀποτυμπανισθῆναι ταῦτόν ἐστι τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι. Aristophanis locum ex Phoenissis ita scribe et distingue: — ἐς Οἰδίπῳ δὲ διπτύχῳ κόρῳ Ἄρης κατέσκηψ' οἷγε μονομάχῃ πάλῃς Ἀγῶνα νῦν ἰσᾶσι. *In geminos Oedipi filios Mars ingruit: qui luctae singularis et gladiatoriae certamen nunc instituunt.* δέτται in vulgata lectione glossa est corrupta vocis poëticae δίπτυχος pro διπτός. κατασκήπτειν est cum pernicie aliquo ingruere more fulminis. Eleganter hic de Eteocle et Polynice usurpatur, qui soli totius belli aleam subibant. πάλῃν μονομάχον interpretati sumus *luctam singularem et gladiatoriam*, ut appareat mens Athenaei, qui ex isto loco probare instituit, gladiatores jam tum fuisse notos. In quo equidem assentiri illi non possum. Quid enim gladiatoribus commune cum iis, quos veteres historiae narrant singulari certamine decertasse? Antiquissimi fuit moris, commissione unius duorumve aut trium parium salutem contrariorum exercituum redimere, et ex eventu ejus pugnae populorum controversias dirimere. Exempla sunt in historia sacra Hebraeorum, Graeca, Romana. Hi sunt, de quibus ait mox Athenaeus plura se alibi scripsisse. Ait enim: ὅτι δὲ καὶ οἱ ἔνδοξοι καὶ ἡγεμόνες ἐμονομάχον, καὶ ἐκ προκλήσεως τᾶτ' ἐποίησαν, ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Videtur eruditissimus vir alio in opere eorum ducum historias collegisse,

p.281.



qui pro salute sui exercitus ceu publicas victimas se devoverunt. Utinam exstaret is liber hodie! Quae fuit hujus viri diligentia, disceremus inde, opinor, fortium aliquot virorum et nomina et res gestas, quarum fortasse hodie funditus extincta est memoria. Fuit et illud veteribus ducibus genus *μονομαχίας* non incognitum, cujus quotidie exempla eduntur a male consulta nobilitate Gallica. Rixae inter nobiles ex levibus saepe offensis cientur. Offensam condonare et ignoscere, quod sapientes magnanimitatis proprium putarunt, turpe et ignominiosum habetur. Unicum hodie nobilitatis sinceræ specimen est, suum jus armis persequi. In hoc cardine vertitur summa illorum existimatio, et is, quem falso honorem vocitant. Qui injuriam parvam magnam sibi factam arbitratur, illius auctorem ad singulare certamen provocat. Concurritur. Horae momento alter ambove mutuis vulneribus pereunt. Certissimum est, nullum saeculum ex veteri historia nobis cognitum adeo crebra hujus insaniae exempla vidisse, atque hoc nostrum plane ferreum. Aliquando tamen factum esse jam olim, ut controversias suas magni duces pugna ex provocatione finirent, dubitari nequit. Exemplum illud antiquissimum est, quod narrat Diodorus l. XVII. de Corcagi ducis Macedonis pugna cum Diopippo Atheniense. Ac fieri potest, ut de privatis hujusmodi pugnis Athenaeus illo in libro, ad quem nos rejicit, tractasset. Inter argumenta declamationum, quae apud rhetores leguntur, exstat haec lex, *Νόμος τῆς ἀρισεύοντας μονομαχεῖν*. Quae lex nisi ficta est, ut pleraeque in illis libris, duos idem virtutis praemium poscentes committebat. Exstat apud Sopatrum et Marcellinum in Hermogenis commentariis.

## CAPUT DECIMUM QUARTUM.

*Diyllus historicus. Jejunia Judaeorum et veterum Christianorum. Tempus finiendi jejunii ortus vespere vel hora nona. Φιλοσοφία pro religione Christiana. περιφερόμενα ὄρα̃ν πάντα. προπιῶν ὑσώπις. τὴν ὄραν. Homerus dictus Syrus et Indus. δέμας et βίος. ἀνάτασις. παρατείνειν. τί τὴν κ' ὄρα; Νότων scriptores. Alia multa.*

Διὺ αλος δ' ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῇ ἐνάτῃ τῶν ἰσοριῶν. Noli quaerere, quis hic fuerit Diyalus. Scribendum enim



Διούλλος. Hic est Diyllus, de cujus historiarum libris dicebamus ad Laërtii l. V. *Δάψας τὸν βασιλέα καὶ τὴν βασίλισσαν ἐν Αἰγαίῃς.* Rex et regina sunt Aridaeus, Alexandri filius, et ejus uxor Eurydice. Vide, si est operae, Diodorum et Justinum. Reges Macedoniae Aegis fuisse solitos sepeliri, etiam Plinius adnotavit. *ἔτως ἦσε τὸν βασιλέα.* Inepta lectio. Nam ἦσε debet scribi. *Ita p. 282. oblectavit et cepit regem. περὶ ἀρχαίων συμποσίων ἐπιστάμενοι.* Legendum *ἐπιστάμενος.* *Haec habui, inquit, vitæ amici et convivæ, Græcorum longe principes, dicenda, quæ scirem, de antiquorum conviviiis.* Quia convivarum plerique erant Græci, propterea eos appellat τῶν Ἑλλήνων πολὺ πρώτους. Nihil meratus ipsum convivii dominum, civem Romanum. Sed non unus locus est, in quo auctoris vel judicium vel gratiam in textura horum dialogorum desideres. *ὥσπερ ἐν ἀμαξίαις ἴδον παρ' ἡμῶν ἐγώ.* Causa non erat, cur corruptam h. rorum Athenæi lectionem ἐν ἀμαξίαις sinceræ, quæ apud Platonem servata est, exstatque in omnibus MSS. Athenæi, quisquam praeferret. Qui non ignorant, quid sit *ἐξ ἀμάξης λαλεῖν, ex plaustris loqui,* de obscuritate loci huius conqueri non possunt. Ad Suidam et paroemiographos. *ὥσπερ νησεῖαν ἄγοντας, καὶ περιμένοντας τὸ ἀνατέλλον ἄστρον, ἔφασι μὴ Φαυέντος οἱ τὴν χρῆσιν ταύτην φιλοσοφίαν εὐρόντες νόμιμον εἶναι μηδεὸς γενέσθαι.* Carpit deipnosophista religionem aliquam, quæ temporibus illis recens erat introducta. Nam illa verba, *οἱ τὴν χρῆσιν ταύτην φιλοσοφίαν εὐρόντες,* de primis auctoribus novæ religionis accipi debent. An ad ritus superstitionis Iliacæ respiciebat? Nam certum est, eorum sacrorum mystas magnam castimoniam prae se tulisse, sæpeque jejunasse. Ego non dubito, hominem Aegyptium aliud potius spectasse, et τὴν χρῆσιν ταύτην φιλοσοφίαν ironice appellasse religionem Judæorum aut Christianorum. Nam quod ait, nefas grande habitum esse, ante ortum stellæ jejunium solvere: purus putus est Judaicus ritus. Hieronymus adversus Jovin. l. II.: *Apostolus non expectans stellam more Judaico, sed hora sexta in solarium pransurus ascendit.* Idem postea servatum a Christianis: quorum notæ sunt stationes. xerophagiae et crebra jejunia. Non omnia autem jejunia eodem tempore frangebant. Ut plurimum sub initium noctis corpori procurando operam dabant. Expectabant igitur vesperuginis exortum, et, ut ait Athenæus, *τὸ ἀνατέλλον ἄστρον.* Hic erat illis καιρὸς νόμιμος ἀπουησιμῶ. Multi scriptores



id tempus horam nonam vocant. Prudentius: *Jejunium, ait, recusato potum: Nondum nona diem resignat hora.* Cassianus Collat. II. c. 26.: *hora nona refectionis tempus indultum est.* Erant alia jejunia, quae ulterius extendebant. Nam Paschale jejunium non ante galli cantum solvebant. Clemens I. V. can. 12.: ἀπονησεῦσαι δὲ προσέταξε τῇ ἐβδόμῃ ἡμέρᾳ, ἀλέκτορος Φωνήσαντος. Et can. 19.: ἀπὸ ἐσπέρας πέμπτης μέχρις ἀλεκτροφωνίας ἀπονησιζόμενοι ἐπιφωσκέσης μιᾶς σαββάτων. Canon Paschalis ineditus: ὁ ὀδοποιησὸς ἕνατος τῆς ἔκτης συνόδου τὰς τῶ σωτηρίας πάσης ἡμέρας ἐν νηστείαις εἰσηγῆται καὶ προσευχῇ καὶ κατανύξει τῆς καρδίας ἐπιτελεῖν τὰς πεινὰς· μέσων δὲ νυκτῶν ἀπονησιζέσθαι. Quod autem φιλοσοφίαν interpretamur religionem, non mirabitur, qui Graecos patres legerit: ubi passim Christiana pietas ita appellatur. Exempla sunt apud s. Chrysostomum singulis paginis. Unum afferam non dissimilis sententiae ex homil. XIII. in epist. ad Rom.: ὁ νενεκρωμένος τῶτοις πεινῶν συζῶν καὶ νηστείᾳ καὶ τῇ λοιπῇ σκληραγωγίᾳ τε καὶ φιλοσοφίᾳ ἐν ἐσπέρᾳ τῆς ἀναγκαίας μεταλαμβάνετω τροφῆς μόνον. Eidem sanctissimo patri ὁ διὰ πίψεως φιλοσοφῶν usitata est hominis Christiani periphrasis. Et in priore ad Cor., Christi crux, inquit, πάντα ἐποίησε φιλοσόφους τὰς ἀγροίκους. Vide init. homil. LIII. in Joann. ἢ ἐνθάδε πάντα, ὡς περ τὰς πυρέσσοντας, περιφερόμενα ὄρῃν. L. IX.: τοσαῦτά σοι περὶ τῶν Φασιανικῶν ὀρνίθων ἔχω λέγειν, ἔς ἐγὼ διὰ σέ, ὡς περ οἱ πυρέσσοντες, περιφερομένους εἶδον. Jocus est in verbi περιφέρεσθαι varia significatione. Convivae, qui loquuntur, interea dum finus fit prandio, ut ille ait, *cibus non fruuntur nisi oculis, dum eos vident circumferri, ut erat veterum consuetudo.* Hoc ipsum accidit febricitantibus ἀποσίτοις, quibus ut plurimum simul admoventur et amoventur fercula, fastidiente cibos stomacho. Sed et morbi genus est σκοτόδιμος vel σκότωμα dicti, Latinis *verriigo*, quo laborantes omnia cernunt se moventia et rotantia. Eo allusum ab auctore. Simile est l. VI. de parasito, cui contigerat aliquoties cibum, qui de more circumferebatur, oculis tantum participare. Πτολεμοῦτε, inquit, πότερον ἐγὼ μεθύω, ἢ δοκεῖ μοι ταῦτα περιφέρεσθαι; Ὅμνυμι δ' ὑμῖν, ἄνδρες. Non indicantur, cujus sint hi versus: quod docet nos integrior ex libris melioribus lectio. Scribe: ὅμνυμι δ' ὑμῖν, ἄνδρες, κατὰ τὸν ἥδυν Ἀντιφάνη, ὃς ἐν τῇ Παρεκδοκῇ ἐφη, αὐτ. Ἡμῖν ἐλέσθαι τῶτον ἂν ζῆν τὸν βίον. Omnino scribendum Ἡ μὴν ἐλ.



Quis non agnoscit usitatissimam Graecorum in jureju-  
 rando formulam: ὄμνυμι, ἢ μὴν. Deest autem μάλλον,  
 ut passim apud Graecos et Latinos. πλεονάζων ἐν ταῖς  
 προσφωνήσεσι πρὸς σε περὶ τῶν ἐπιφανῶν κλήσεων etc.  
 Cum multus sim in te appellando exponendisque tibi conviviis  
 illustribus, ad quae fuerim vocatus, vereri subit. ne in ple-  
 nitudinem incidas, et de me queraris. Ideo visum, coenae  
 te facere participem apud Cebetem Cyzicenum coenatae. Sed  
 prius, quam ad has epulas redeas, portionem hibe ex hyssopo.  
 In explicandis auctoribus ibi plurimum saepe molestiae,  
 ubi minimum utilitatis: sicut fere accidit, quoties per jo-  
 cum aliquid dicitur. Tale est epistolae hujus principium:  
 cujus ne unum quidem verbum recte interpretes sunt in-  
 terpretati. Sensus is est, quem expressimus. Intelli-  
 gendum autem est. Parmeniscum ejusdem argumenti li-  
 teras saepius scripsisse, quibus splendidas coenas ei descri-  
 bebat: sicut solitos facere mutuis epistolis Lynceum et  
 Durim non semel narratur Athenaeo. Hoc plane erat,  
 quod aiunt Graeci ἐσιᾶν λόγοις, et comedendos sermones,  
 ut Plautus loquitur, dare. Ideo scribit Parmeniscus, ve-  
 reri se, ne ex hujusmodi epulis plethoram Molpis con-  
 traxerit et stomachi fastidium: quo ut illum liberet, velle  
 se ait convivium ei narrare non multae lautitiae, sed mul-  
 ti joci. Postrema verba obscura sunt: προπιῶν δ' ὑσσώπῃ  
 τὴν ὄραν, ἐπάναγε ἐπὶ τὴν ἐσιᾶσιν. Distinctione tollitur  
 obscuritas: προπιῶν δ' ὑσσώπῃ, τὴν ὄραν ἐπάναγε ἐπὶ τὴν  
 ἐς. Sed ubi hauseris aquam ex hyssopo, mature ad has da-  
 pes redi. πιεῖν ὑσσώπῃ, ut φαγεῖν ἄρτε. Aquam intelligo,  
 ubi maceratum fuerit hyssopum. Calida ea herba est, ne-  
 que inutilis languenti stomacho. τὴν ὄραν pro ἐν ὄρα.  
 De quo ante dictum satis. ἄλλων δὲ τὸ ἀπὸ τῆς Πειρήνης.  
 Haec aqua, ut I. II. proditur, omnium in Graecia aqua-  
 rum levissima. καὶ τὴν μὲν ἐξηντλᾶμεν Φακὴν, ἢ δ' ἐπεισ-  
 ρέει. Senarius ex aliquo tragico sumptus, qui in prover-  
 bium abiit. Arrianus in Euxini periplo: ὡς ἐπεισρεῖν ἡμῖν  
 ἐκατέρωθεν ἀφ' ἰόνως τῆ ὕδατος, τῆτο δὲ τὸ τραγικόν, καὶ  
 τὴν μὲν ἐξηντλᾶμεν, ἢ δ' ἐπεισρέει. Πρώτισον ἐν ἀνθηρόν  
 ἐπὶ ταύτῃ φέρων. Haec et sequentia obscurissima sunt.  
 Ut ea illustremus, ante omnia sciendum, his versibus duos  
 loquentes introduci. Alter parum affuetus splendidioris  
 vitae lautitiis, convivium nescio quod describens, pro  
 magnis delitiis narrat fuisse cuique appositum lentis τρυ-  
 βλίον. Atque hoc ille vocavit primo versu δειπνάριον ἀν-  
 θηρόν. Quod cum huic non probaretur, interfatur et ait:

p.284.



Πρώτισον ἐκ ἀνθηρόν. Hoc, quod primum recensuisti, splendidum non est. Pergit alter in narratione instituta. Itaque sequentia ita distingue: B. Πρώτισον ἐκ ἀνθηρόν. A. ἐπὶ ταύτῃ Φέρων εἰς τὸ μέσον ἐπεχόρευσε σαπέρδης μέγας, Ὑπό τι δυσώδης. *Post lenticulam profiliit in medium saperda magnus.* Φέρων vacat prorsus, ut saepissime. De illo dicendi genere, ὑπό τι δυσώδης, satis dictum ad primum Suetonii. Posterius hermistichium versiculi hujus non possum corrigere. ἀνθίαν piscem intelligo. Ὁν πολλὰ τὰς κίχλαις ἤδη λέγειν. Restituo pedem, qui deest manifesto: Ὡς πολλὰ χαίρειν ταῖς κίχλαις ἤδη λέγειν. τὸν Ὅμηρον Σύρον ὄντα τὸ γένος κατὰ τὰ πάτρια ἰχθύων ἀπεχομένους ποιῆσαι τὰς ἀρχαίους. Syros abstinuisse piscibus, et ejus rei causam docemur l. VIII. At Homerum fuisse Syrum, tam verum est, quam fuisse Indum, aut, quod multi tamen crediderunt, Aegyptium. Clemens Alex.: Ὅμηρον οἱ πλεῖστοι Αἰγύπτιον φαίνουσι. ἢ μόνον ἀνεγνωτε σύγγραμμα αὐτῆς τὸ περιέχον λεκίδας καὶ φακῆς σύγκρισιν. Dalecamp. emendat. ληνύδας. Male. Vertit autem *oleariae trullae*. Etiam hoc male. Vocat σύγγραμμα, quod fuit poematum jocularare. Poëta eo carmine lentem cum pisco contenderat. Eustathius VI. in Odyss. comm.: εἰς ὄσπριον φακῆν γράψαι λέγεται Ὅμηρος, ἐκδέμενος λεκίδας καὶ φακῆς σύγκρισιν. λεκίδας δὲ, δηλονότι ἢ τῆς ἐν τοῖς ὠοῖς, ἀλλὰ ὄσπρις κροκοειδῆς, ὅπερ ἀρσενικῶς καλεῖται ὁ λεκίδος. Haec ille. ἐνδεδέσθαι τῷ σώματι καὶ τῷ δεῦρο βίῳ τὰς ἀπάντων ψυχὰς. Haec veterum multorum philosophorum sententia, animam quasi in ergastulo contineri in hoc corpore: ideo δέμας illud dici, et vitam βίον, quasi βίαν. Themistius: τῆτο γὰρ δέμας καλεῖσιν ὡς δεδεμένης ὑπ' αὐτῆς τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα παρὰ φύσιν. ἄδὲν γὰρ, ἐν ᾧ πέφυκεν εἶναι, κχτέχεται βίῳ καὶ τὸ δεδέσθαι, τὴν τε βίαν τούτην παραγαγόντες ὠνόμασαν βίον ὡσπερ, οἶμαι, τὴν ἐσπέραν Ὅμηρος ἔσπερον. Epiphanius in epist. ad Johannem episcopum Hierosolymitanum, de erroribus Origenis loquens: *Exinde veritatem historiae allegoriae depravans mendacio, infinita verba multiplicat: et simplices quosque varia persuasione supplantans, nunc asserit animas juxta Graecam etymologiam ψυχὰς ἀπὸ τῆς ψυχασθαι idcirco vocitatas, quia de coelestibus ad inferiora venientes calorem pristinum amiserint, nunc, corpus hoc ob id juxta Graecos δέμας, id est, vinculum, sive juxta aliam proprietatem cadaver dici, quia animae de coelo ruerint.* Hactenus Epiphanius, interprete Hieronymo. Ego vero non



video, quam tandem etymologiam secutus Origenes putaverit, idem esse δέμας ac πτώμα, *cadaver*. καὶ διελπισθαι τὴν θεόν. Scribe τὸν θεὸν ex membranis. διὸ πάντας εὐλαβημένες τὴν τῶν κυρίων ανάσασιν φοβεῖσθαι τῷ ζῆν ἐκόντες ἐκβῆναι. Egregie emendamus hunc locum, in quo viri docti ἔδεν ὑγιές. Legendum, literula unica detracta, ἀνάσασιν. Id est: propterea omnes, qui deorum, in quorum potestate sunt, minas verentur, timere vita exire fronte sua. οἱ κύριοι sunt dii, qui et κρείσσονες dici solent. Sic statim: μετὰ τῆς τῶν κυρίων γίνεσθαι γνώμης, accidere ex deorum sententia. ἀνάσασις est comminatio, et ἡ μετὰ πιρρίας ἀπειλή, ut Graeci interpretantur. Proprie significat baculum attollere, qui est minitantium gestus. Philo Judaeus in commentariolo Ὅτι πᾶς σπαδαῖος ἐλεύθερος: ἐπανατάσεων δὲ καὶ ἀπειλῶν, ἅς σοφοῖς ἀνδράσιν ἐπανατείνονται καὶ ἀπειλῶσι τινες, ἦκιστα φροντισέον. In editione Philonis magni Turnebi leges ἐπανασάσεων, eodem, atque hic, errore. Leges apud b. Chrysofostomum τὴν ἀπειλήν ἐπαντείνατο. Sopater vel Marcellinus in Hermogenem: ὁ τῷ πένητι πλάσιος ἐπανατεινόμενος τὰς χεῖρας, καὶ κρινόμενος ὑβρεως, ἀρνήσεται, ὡς ἐχ ὑβρίζων τῷτο ἐποίησε. Syrianus in eadem sententia dixit τὰς χεῖρας ὡσπερ οἰκέτη προσάγειν. Adjiciamus illud quoque animi caussa: sicut ἀνατείνειν est minari, ita παρατείνειν est cruciare. Proprie extensionem id verbum significat. Quia autem tormentis corpora extenduntur, παρατείνειν solet accipi simpliciter pro torquere, aut quoquo modo cruciare. Sic accipiendum moneo in hoc loco Xenophon-tis, qui tot viros doctos exercitos habuit frustra, Παιδ. I. I.: εἰ δὲ πάνυ σπαδάζει φαγεῖν, εἴποιμι ἂν, ὅτι παρὰ ταῖς γυναῖξιν ἐσιν, ἕως παρατείναιμι τῷτον, ὡσπερ ἔτος ἐμὲ παρατείνει ἀπὸ σῶ κωλύων. Vertendum: donec hunc ego ita cruciem, ut ipse me cruciat, ab aditu ad te prohibens. Graeci grammatici in similibus locis exponunt ἐπιτρίβειν. Quod verbum significat vexationem et cruciatum. μόνον τε τὸν ἐν τῷ γήρα θάνατον ἀσπασίως προΐξασθαι. Lego προσίεσθαι, libenter admittere, probare. ἔ γὰρ ἐπίσασθε, ὦ ταλαίπωροι. Hic incipit Cynulcus ex sua persona loqui, et suos convivas alloqui, absoluta descriptione Parmenisciae coenae. Τὸ γὰρ ἐσθῆσι πολλὰ καὶ κρέα φαγεῖν etc. p.286. Clemens Alex. Strom. I. VII.: νωθρία ἀπὸ τῆς κρεωφαγίας ἐγγίνεται. Androcydes: οἶνος καὶ σωμάτων ἐμφορήσεις σώμα μὲν ῥωμαλέον ἀπεργάζονται, ψυχὴν δὲ νωχαλεσέραν. πρὸς τὰς πυρθανομένους, τί τηνικάδε, quid istud horae ibi



ageret. Praecedunt haec verba, ἐσπέρας βαθείας. Plena oratio sit: τί τρυμάδε τῆς ἡμέρας ποιεῖς ᾧδε; Nam ita loquuntur Graeci. Aristophanes de Avibus: πηνίκα ἐσὶν ἄρα τῆς ἡμέρας; Φησὶ γὰρ ἕτος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Νόσων. Plures poëtas et scriptores alios edidisse olim Νόσας, docet Suidas. Index operis argumentum fuisse ostendit reditum in patriam vel Graecorum, eversa Ilio, vel Argonautarum e Colchide, vel aliam similem historiam. In hypothesei Medae Euripideae quod exstat *Nostorum* fragmentum, de Iasonis et caeterorum Minyarum rebus agit. Auctor *Nostorum* hic dicitur Anticlides, cuius Νόσας et laudat Clemens Alex. in Protr., et nominat Suidas. Mox citatur Lyfimachus ἐν τρίτῳ Νόσων, fitque ejus operis mentio etiam in Pindari antiquis scholiis. Plutarchus de flum.: καλεῖται δὲ Ἀδράσεια, καθὼς ἰσορεῖ Πηλοσίμαχος ἐν β' Νόσων. Scribendum ἰσορεῖ ὁ Λυσίμαχος. Alexandrinum fuisse, didici ex Apollonii interprete I. I. Stephorum quoque Νόσας scripsisse, Phalaridis ad ipsum epistola docet. Interdum sine auctoris nomine laudatur scriptor Νόσων, quasi incertus. Apollodorus Bibl. I. II., Nauplius, ait, uxorem duxit, ὡς μὲν οἱ τραγικοὶ λέγουσι, Κλυμένην τὴν Κρατέως, ὡς δὲ ὁ τὰς Νόσους γράψας, Φιλύραν. Περιμήδην, Εὐρύβιον, Εὐρύπυλον. Alii horum caeterum aliter narrant. Vide Apollodorum Bibl. I. II. εἰ καὶ πάντα Ἑρacles ζήλωται. Diogenes Laërt. in Antisthene et nos ibi.

## CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Τραγικὸν ἢ Φακῆ. πρὸ Φακῆς λοπάδ' αὐξεν. λοπάδ' et τρυβλίον. *Urticarum esus. Bolbophace edulii genus. πολφοί. Antiphanis drama Ὁμοίαι. Aegyptus lentium fertilis. Φάκινοι homines. Socrates Φάκιος. χαλκήλατος κολοσσὸς Φάκινος. Alia item multa.*

*Tragica res est lenticula, ait Cynulcus, respiciens eum nisi fallor, quod tragici quidam poëtae ejus legumini saepiuscule et frigidiuscule meminissent. Nam cum tragodia circa reges et principes versetur, lenticulae nullus esse locus in ea poësi videtur. Notum, quantopere ex*





agitatus fuerit Euripides a comicis propter Telephum, quem mendicum ac fortasse lenticulae sorbitiuncula se oblectantem induxerat. Athenaei verba sic eduntur: τραγικὸν γὰρ ἢ Φακῆ ἐσιν. Ἀρχάγαθος ἔφη πω γεγραμμέναι ῥοφούντα Ὀρέσην τῆς νόσος πεπαυμένον, Φησὶ Σωφίλος ὁ κωμωδοποιός. Non possum in animum inducere, p. 287. haec ita recte scribi, ac lego: τραγικὸν γὰρ ἢ Φακῆ ἐσιν, Ἀρχάγαθος ἔφη. ἧς γε καὶ ῥοφῶντα Ὀρέσην τῆς νόσος πεπαυμένον, Φησὶ Σωφ. Planissima sententia. Integer est fenarius, quem ex Sophilo affert. Timonis Philiassii verbum corruptum vox Ζηνώνειον, alieno loco inserta. Pertinebat enim ad praecedentem aut sequentem versum hoc modo: Καὶ γε Φακῆν ἐψεύειν ὅς μὴ φρονίμως μεμάθη Ζηνώνειον. Cratetis subjecta verba, Μὴ πρὸ Φακῆς λοπάδ' αὐξῶν εἰς σάσιον ἄμμε βάλῃς, non dubito esse desumpta ex encomio lenticulae, quod ab eo fuisse editum, testatur Demetrius Phal. in lib. περὶ ἑρμηνείας. Est vero Crates poëtico loquendi genere usus, quod ne doctissimi quidem viri videntur intellexisse. Sic enim vertunt et Erasmus, et alii omnes: *Ante lentem ne auge ollam.* Atqui erat vertendum: *Nè lenticulae praetuleris patinam.* λοπάς est *patina*, in qua lautiores cibi soliti apponi, ut et doctissimus Erasmus ait recte, et notissimum est. Lenticulam apponebant non ἐν λοπάδι, sed ἐν τρυβλίῳ, in patropside ut plurimum fictili. Diphilus: Φακῆς κατ' ἄνδρα τρυβλίον μεσὸν μέγα. Quid inter λοπάδα et τρυβλίον intersit, declarat historia Philoxeni l. VI. Philoxenus, ait, παρακειμένων ἐλαῶν, καὶ μετὰ μικρὸν προσενεχθείσης λοπάδος ἰχθύων, πατάξας τὸ τρυβλίον (in quo erant olivae) ἔφη· Μάσιξεν δ' ἐλαίαν. Poëtisum verbum est ἀέξειν vel αὐξῆν, quo utuntur pro studere alicui rei, eamque curare. In Sardanapali epigrammate: Εὖ εἰδώς, ὅτι θυητὸς ἔφους, σὸν θυμὸν ἀέξει. Id est, *genio indulge*, et cuticulam cura. Apud Homerum et Hesiodum θάρσος ἀέξειν, et πένθος ἀέξειν, et similia multa, pro uti plurimum aliqua re. Sic igitur et apud Cratetem λοπάδα αὐξῆν expronemus *studere patinis*. Plutarchus, ut vim hujus vocis exprimeret, ὑπερβαίνειν verbo usus est recte: nam αὐξῆν πρὸ Φακῆς est neglecta lenticula transire ad patinas. Verba magni illius scriptoris sunt in comment. praeept. falubr.: αὐτὸς δὲ τις ἑαυτῷ παρκελευσάθω, μὴ πρὸ Φακῆς λοπάδ' αὐξῶν ἀεὶ, μηδὲ πάντως ὑπερβαίνων τὴν καρδαμίδα καὶ τὴν ἐλαίαν ἐπὶ τὸ θρίον καὶ τὸν ἰχθύον, εἰς σάσιον ἐκ πλησμονῆς τὸ σῶμα καὶ παραχᾶς ἐμβάλλειν καὶ διαρρ-



ῥοίαι. Sequuntur duae gnomae ex Chrysippo, quibus  
 parsimonia et victus tenuitas commendatur. Prior est:  
 Μή ποτ' ἐλαίαν ἔσθι' ἀναλήφην ἔχων χειμῶνος ἄρα. *Sz*  
*habueris urticam, olivam ne edito hyeme.* Frugi homines  
 carniū et piscium loco olivas esitabant: auctor tamen  
 huius praecepti etiam ab his monet abstinendum. Urti-  
 cae, ut scandix et similia agrestia olera, non pauperum,  
 sed mendicorum mensis conveniunt. Alterum praece-  
 ptum: Βολβοφακὴν βαβαί βαβαί, βολβοφακὴ δ' οἶον  
 ἀμβροσίη ψύχης κρύεντος. Tres voces primae vitium co-  
 dicum nostrorum arguunt, nisi alieno loco positae sunt:  
 quod verum censeo. Debuere enim subjici hexametron  
 versui, quo praeceptum hoc continetur, per hiemem  
 pro summis delitiis habendam esse bolbophacen, id est,  
 p.288. habenti bolbophacam non alias delicias hieme esse quae-  
 rendas. Sequi debent ista: Βολβοφακὴν, βαβαί, βαβαί!  
 Quae verba sunt cujusdam, qui aut rem aut nomen Βολβο-  
 φακῆς abominabatur. Est autem bolbophace, quam ex  
 Aristophane Pollux nominat πολφοφακὴν. Veteres magistri  
 explicant πολφῶς μηρύματα ἐκ σαιτός, *farinae subactae mas-*  
*sam in fila diductam et productam.* Ex quo facimus con-  
 jecturam, non ignorasse veteres genus illud edulii, quo  
 plurimum delectantur Provinciales, et eorum vicini Allo-  
 broges, quos Delphinates nunc appellant. Probe sub-  
 actum Φύραμα tritici excellentissimi ducunt tractu in te-  
 nuissima fila, ex quibus ceu tela quaedam textitur, aliis  
 filis stamen, aliis subtemen referentibus: deinde, ubi  
 opus confectum est et sole siccatum, in ollam coquen-  
 dum conjiciunt, fitque plane βρώμα πολτῶδες, quod Ero-  
 tianus ait esse πολφῶς. Ipsi a tenuitate et subtilitate filo-  
 rum *menis* vocant. Sed addunt Graeci polphos legu-  
 minibus solitos immisceri: unde ratio apparet compositae  
 vocia πολφοφακῆ. Sic *betam cum lenticula* curiosum ge-  
 nus pulmenti τευτλοφακὴν Asclepiades appellavit, ut scri-  
 bit Aurelianus. L. VII. leges in Pherocratis versu λειριό-  
 πολφανεμώνην, quia etiam cum herbis quibusdam polphi  
 parabantur, ut lilio et anemone. In Aristophanis versu  
 Πτισάνην διδάσκεις σαυτὸν ἐψεῖν ἢ φακὴν, placet iudicium  
 scribentium αὐτὸν. sublata litera, quae perperam repetita  
 fuit. In sequenti versu ἡδῖσον ὄψον scribit Eustath., nomi-  
 ὄψων. Ex istis Epicharmi, quae statim sequuntur, Χύτρα  
 δὲ φακέας ἤψετο, male intellectis exsculpsit olim Era-  
 smus proverbium, quod nullum unquam fuit, ut recte  
 Graecae linguae peritissimus vir, Henricus Stephanus



admonuit. Magna sane Erasmi incogitantia, cum ἤψετο, *coquebatur*, interpretatus est *attigit*, ἤψατο. Sed habuit doctissimus Erasmus occupatam alibi mentem, cum illa scriberet: non enim ex ignorantia, verum ἐκ τῆς ἀπροσεξίας ortus hic illius error. At Dalecampium, qui neque vidit hunc errorem, neque recte monentem Stephanum audire voluit, nemo negaverit Hesiodicum illud fustulisse, Ὅς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέη, μήτ' ἄλλε ἀκέη. Fabula Antiphanis, quae hic inscribitur Ὅμοιοι, ea est, de qua l. XI.: Ἀντιφάνης ἐν Ὅμοίοις. Alibi citatur idem poëta ἐν Ὁμωύμοις. Antiphanis verba ita fortasse concipienda: εἶγε γίνεται. ἢ φακῆν ἐψέ, ἢ με δίδασκει, τῶν ἐπιχωρίων τις εἶς. Bene res habet. At tu vel lentem coque, vel, quis sis indigenarum, doce me. ἔψειν de eo dicitur, qui aliquid coquendum curat: ut in apophthegmate Antigoni regis apud Plutarchum γόγγρον ἔψειν. Aegyptum lente abundare et scribit Plinius, et testatur Virgilii versus: Nec *Pelusiacae curam aspernabere lentis*. Testatur et Cynulcus his verbis: ἀλλ' ὑμεῖς γε οἱ ἀπὸ τῆς καλῆς Ἀλεξανδρείας, ὦ Πλάταρχε, σύντροφοί ἐσε τῷ φακίνῳ βρώματι, καὶ πᾶσα ὑμῶν ἢ πόλις πλήρης ἐστὶ φακίνων. At vos *pulchrae Alexandriae cives, o Plutarche, lente plurimum vescimini: atque adeo universa urbs vestra plena est φακίνων, lenteorum*. Nempe βρωμάτων, aut aliarum rerum a lentibus denominatarum. Sed videntur Graeci φακίνες appellasse a cibi hujus utilitate homines abjectos et nihili, hoc est, eos, qui hodieque Italis et Gallis *faquini* nominantur. Non enim caret joco, quod ait Cynulcus, plenam esse Alexandriam φακίνων. Similis jocus in his: ὦν καὶ Σώπατρος ὁ Φάκιος παρωδὸς μέμνηται ἐν δράματι Βακίδῃ. Alibi poëtam hunc Φλοιακογράφον vocat: hic Φάκιον jocosè pro Πάφιον, (fuit enim Paphius) alludens ad φακῆν legumen, et homines, ut videtur, φακίνες. Index fabulae Βακίδης merito suspectus mihi. Neque ullam fabulae hujus mentionem facit Suidas. Censeo scribendum, ut saepe alibi, ἐν Βακχίδι. Paulo post vocat Μνησηῆρας Βακχίδος. At l. XIV., δελφάκων, inquit, σιτευτῶν ὁ Φλυακογράφος Σώπατρος ἐν Βακχίδος γάμῳ μνημονεύει. Scribit Suidas, fecisse alicubi Athenaeum mentionem fabulae Sopatri, cui titulus φακῆ. Locus, quem respicit, exstat init. l. VI. Caeterum verba Sopatri sunt haec: Οὐκ ἂν δυναίμην εἰσορῶν χαλκήλατον Μέγαν κολοσσὸν Φάκινον, ἄρτον ἐσθλεῖν. In editionibus omissa virgula post Φάκινον, quam ex conjectura, Eustathio et libris restitimus, fecit, ut a sensu



aberrarent interpretes plus quam *ἡμέρας δρόμον*. Negat, qui haec loquitur, posse panem comedere, cum appositam sibi tanta copia lenticulam cernat. *Colossium aereum magnum lenticularem* appellat paropsidem, in qua erat lens apposita. Ejus magnitudinem, altitudinem et plenitudinem declarat colossi appellatio. Voluit enim poëta intelligi, eam paropsidem cumulatam atque in altum exaggeratam fuisse *ὑπερεκπερισσῶ*. Elegans locus profecto et dignus, qui a nobis non praetermitteretur. Sopatri versus excipiunt Euripidei, quorum primus ab interprete non est animadversus. Hic nempe: *Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυοῖν μόνον;* De eo, quod subjicitur, Diogenis Cynici dicto adi ad Laërtium: nam Dalecampius, ut pudori suo consuleret, sententiam dissimulavit. Locus ex Euripidis Supplicibus paulo aliter apud poëtam legitur. Scribendum mox: *Χρυσίππος ἐν τῇ εἰσαγωγῇ τῇ εἰς τὴν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν πραγματείαν. Aut inducenda ista εἰς τὴν. Pherecratis est hic versus, Πένητας εὐπατρίδας ἀδὲ εἰς ὄρῃ, ut docet lectio, quam ex epitoma restitui- mus. Sensus hic est: Nemo unquam vidit pauperem, qui inter nobiles locum suum obtineret. εὐπατρίδασι dicuntur bono genere prognati, qui patrem suum ciere queant. Possent etiam patricios quamvis nobiles in paupertatem venire, quis dubitat? Ergo erunt quidam πένητας εὐπατρίδασι. Quod negat tamen poëta, quia, ut ille ait, *pauper ubique jacet*, neque unquam pro nobili habetur. In sequente ecloga ejusdem Pherecratis scribe sic versum II.: *Καὶ κύλικα, κλύτραγεῖν, ἴν' ἰδίου πίνω. Da poculum, et ad edendum aliquid, ut eo libentius bibam.**

p.290.

## CAPUT DECIMUM SEXTUM.

*Κόγχος, conchis. περισσοτρόφητος οἰζύς. Μαζα ἑκταίη. Μαζα ἐκ Τέω vel Τείη. κόγχος αὐσα- λέη. Μαζαε Eretriacae. Eretria λευκάλφιστος. κογχίον μικρόν. Herus Zenonius. πρᾶθῆναι ἐπ' ἐξαγωγῇ.*

Postquam multa dixisset Cynulcus de lentibus, gratissimo sibi legumine, cum nihilominus ab earum esu convivas videret, *ἀλλ' ἡμῖν γε, inquit, ποιήσον δοθῆναι*



ἄρτον, μεθ' ἧ μηδὲν τῶν πολυτελεῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν πολυ-  
 τρύλλητον ἔχης Φακῆν, ἢ τὸν καλέμενον κόγχον. Haec  
 illum fecit loqui Athenaeus consulto consilio, ut esset  
 occasio dicendi de voce κόγχος, quae deinceps sequitur.  
 Enimvero cur de Athenaeo jure exoptulemus, causam  
 praebet nobis iste locus: ubi cum tam multa de nomine  
 κόγχος disputentur, quid tamen hic eo verbo intelligere  
 debeamus, non est ab illo expositum εἰδ' ἐν αἰνιγμοῖς,  
 quod aiunt. Certissimum est, falli eruditum interpretem,  
 qui in vulgata significatione κόγχον accipiens de generis  
 tantum differentia hic agi putavit: quasi aliud nihil tota  
 hac disputatione ageretur, quam ut probet auctor, non  
 solum κόγχην, sed et κόγχον dixisse veteres. Ille vero ea  
 de re ne cogitavit quidem isto loco: quod affirmare licet  
 absque ulla temeritatis suspitione ejus verba saltem le-  
 genti. Quid? nonne suo loco dictum est l. III., ubi de  
 conchis et ostreis agebatur, utroque genere solitam eam  
 vocem usurpari? τὰς κόγχας, ait, ἔσιν εὐρεῖν λεγομένας  
 καὶ θηλυκῶς καὶ ἀρσενικῶς. Nos arbitramur, causam non  
 adjectae interpretationis esse, quod in communi usu tum  
 versaretur vox κόγχος ea notione, qua hic accipitur.  
 Quare hoc tantum docere instituit Athenaeus, etiam an-  
 tiquos notum habuisse eum cibum, et ita appellasse, ut  
 tum vulgo nominabatur. Quod si recte divinamus, cibus,  
 quem auctor intelligit appellatione κόγχος, faba est non  
 fresa, sed integra et cum folliculo, quam Romani *con-  
 chen* et *concham* dicebant. Sensus igitur est: petit Cynul-  
 cus, dari sibi panem, et cum eo aliquid non de lautiori-  
 bus cibis, sed vilioribus: puta, ait, lenticulam, de qua  
 tam multa jam dicta sunt, vel quam vocant conchen Ro-  
 mani, Graeci veteres κόγχον. Memineris, Romae hos  
 sermones haberi. Itaque τὸν καλέμενον debemus expo-  
 nere eam, quae vulgo hic vocatur conchis. Quid conve-  
 nientius lenticulae conjungi poterat, quam conchis?  
 Nam et hanc pauperum fuisse ἔδεσμα, ex Juvenalis sat.  
 III. et XIV. notissimum est. Martialis: *Cum Saxitani po-  
 natur cauda lacerti, Et, bene si coenas, conchis inuncta  
 zibi.* Memineris etiam, Cynulcum esse, qui κόγχον no-  
 minat. Solitus hic vir rerum appellationes, quae erant  
 Romae in usu, inter loquendum retinere, cum magno  
 saepe aurium Cituciti fastidio. Sic l. III. pastoritia fistula  
 exceptus est, quod *διόπταν* appellasset, quam Romani  
*decoctam*. Ergo etiam hic conchen appellans κόγχον ri-  
 sum meretur convivarum. Nam sequitur: γελασάντων δὲ



πάντων, καὶ ἐπὶ τῷ κόγχῳ μάλιστα. Ille vero irrisores suos docte ἀντιμυκτηρίζει, locum Timonis afferens, ubi κόγχος id significat, quod Romae conchis. Illius sunt hi versus: Οὔτε μοι ἐκταίη μᾶζ' ἀνδάνει, ἔτε καρύκη Ἐκ Λυδῶν, λιτῆ δὲ καὶ ἀσφαλὲν ἐνὶ κόγχῳ Ἑλλήνων ἢ πᾶσα περισσοτρώφητος οἰζύς. Hoc vult Timo, ut indicat mox Cynulcus, sibi homini frugi et parco κόγχον magis placere, quam mazam ἐκταίην aut Lydiam carycam. Sed expendenda sunt nobis verba Timonis: nam et hic est, quod nos exerceat. ἐκταίην μᾶζαν interpretantur *ante sextum diem factam*. Quae expositio si admittatur, caussa nulla est, cur miremur, non probari Timoni mazam ἐκταίην. Quae enim voluptas, aut mazam aut p̄nem sex diebus servatum comedere? Viderint docti, quam hoc quadrare putent Timonis menti. Ego absurdum censeo. Probabilius fit, interpretari ἐκταίην *grandem*. Ut *grandis polenta* apud Persium: *Invigilat s̄liquis et grandi pasta polenta*. Proprie est maza, quae sex hominibus alendis sufficiat. Sic panes ἐκταίης interpretatur Hesychius τὰς ἐκ χοινίῳν ἕξ. Choenix autem, ut scribit Diogenes Laërt., victus erat hominis diurnus. Ita possumus exponere editam lectionem, ἐκταίη μᾶζα. At neque in manu exaratis Athenaei codd., neque in epitoma invenimus ἐκταίη scriptum, sed vel ἦτε, vel ἐκτέω. Legendum existimo ἐκ Τέω, extra versum quidem: in versu autem ἢ Τηίη vel Τείη. Nam utrumque rectum, ut docet in Ἑθνικοῖς Stephanus. Favent conjecturae sequentia Cynulci verba, quibus comparat has mazas cum Eretriacis: quasi innueret, utrumque genus a loco, unde afferretur, nomen invenisse. Quare sensus erit, non placere Timoni cibos longe accersitos, cujusmodi est maza Teia aut Lydia caryca, sed pro omnibus delitiis, in quibus parandis tantum alii laboris ponant, abunde sufficere vilem et sordidam concham, usitatum Graecorum omnium cibum. De caryca Lydorum satis l. XII. et alibi. κόγχος ἀσφαλὲν per contemptum dicitur, ut *scabiosum far* Persio. Pro περισσοτρώφητος existat in MSS. περισσότροφος. Quod non probo. Placet περισσοτρώφητος οἰζύς eo sensu, quem expressimus. Quod diximus, in fama fuisse Eretriacas mazas, id Cynulcus probat allato hoc versu Sopatri: Ἐρέτρειαν ὠρμήθην εἰς λευκάλφιτον. *Venimus Eretriam, ubi alba farina*. Quia Sopater Eretriam vocat λευκάλφιτον, putat Cynulcus, satis hoc argumenti esse ad probandum, mazas excellentes fieri solitas Eretria. Non male argumentatur:



nam ἄλφιτα Graeci vocabant farinam, ex qua fiebant mazae. Itaque λευκάλφιτος valet hoc loco *mazas babeñs candidas*. De Strattidis *Phoenissis* alio loco diximus. Sopatri Νεκυία argumentum habuit ex Homeri Necyia 'Οδ. λ. Ait Larenfis, M. Varronem in Latinis scriptis fuisse mentionem Graeci proverbii τὸ ἐπὶ Φακῆ μύρον. Id verum p.292. esse, testis A. Gell. l. XIII. c. 27. *Videre, inquit, ne existimetis, semper atque in omni loco mortales multos pro multis hominibus esse dicendum: ne plane fiat Graecum illud de Varronis satyra proverbium, τὸ ἐπὶ Φακῆ μύρον.* Graecum proverbium explicat Martialis epigr. l. III., cujus initium: *Unguentum, fateor, bonum dedisti Convivis, here, sed nihil scidisti.* Habet proverbii speciem, quod ait Larenfis: σὺ δὲ μοι δοκεῖς, ὦ Κύνυλκε, (τάτῳ γὰρ χαίρεις τῷ ὀνόματι, ἔ λέγων, ὃ ἐκ γενετῆς σε ἢ μητὴρ κέκληκε) κατὰ τὸν σὸν Τίμωνα εἶναι μοι καλὸς τε μέγας τε, ἐκ ἐπισάμενος. *Videris mihi, o Cynulce, homo bonus et magnus, qui hoc nescias.* Fatuos vocabant longos et magnos, ut apud Graecos Latinosque poëtas passim. Versus est Homeri 'Ιλ. φ.: Οὐχ ὀράας, οἷος κἀγὼ καλὸς τε μέγας τε. Tamen non ex Homero, verum ex Timonis Sillis sumit Larenfis. Sed aliter fortasse distinguendum, producta parenthesi usque ad εἶναι. Ut sit sensus, Theodorum Cynicum in hoc Timoni similem esse, quod gaudeat magis Cynulcus dici ascitio nomine, quam eo, quod a matre fuerat inditum, sicut Timo lubentius audiebat Μισάνθρωπος, quam Timo. Caeterum hanc conjecturam infirmant, quae dicimus de Timone sequ. c. In Antiphanis versu κογχίον μικρὸν est *pauca concha*, hoc est, parum conchis. κογχίον, ut apud Latinos *lenticula*. Sextus versuum Sopatri sic editus a nobis, ut habetur in membranis. Lego Πρὸς πῦρ καπνίζων. Sensus est: Volo de vobis, o philosophi, sumere experimentum, utrum vere an falso de malorum tolerantia vos jactetis. Ego vos ad ignem admotos fumo cruciabo: deinde si quem vestrum crus reducere videro, dum torrebimini, addicam illum hero Zenonio et immisericordi, ea lege, ut extra fines deportetur, qui quidem sapientiam ementiatur, et falso nomen philosophi sibi vindicet. Haec mens poëtae: qua cognita, obscuri nihil in illius verbis. In septimo cave assentiaris Dalecamp., qui ἔ σπάσαντα scribit pro συσπάσαντα. Duos postremos ita scribe: Ζηνωνικῶ πραθήσεθ' ἔτος κυρίῳ 'Επ' ἐξαγωγῆ, τὴν Φρόνησιν ἀγνοῶν. *Zenonius herus, inclemens et misereri nescius.* Erat enim Zenonis dogma,



τὸν σοφὸν ἐκ ἐλεηθῆσεσθαι, non cadere in sapientem misericordiam. Lege Ciceronem pro Mur. παραθήσεται κυρίῳ ἐπ' ἐξαγωγῇ, ut editum est, negamus esse Graecam orationem. At παραθῆναι ἐπ' ἐξαγωγῇ frequens apud oratores et Graecos jurisconsultos. Poenae fervilis genus erat, hac lege atque omine vendi, ut extra fines deportetur servus nequam. Aelianus in epistolis: τὴν δὲ νύμφην ἀποδώσομαι κἀκείνην ἐπ' ἐξαγωγῇ, εἰ μὴ τι καὶ αὐτῆ τῶν ἔργων τῇ Φρυγίᾳ τε καὶ τῇ Θράττῃ συναπολαμβάνη. Proximos Antiph. versus ita scribo: Τῶν Πυθαγορικῶν δὲ τυχὸν ἄθλιοί τινες, Ἐν τῇ χαράδρᾳ τρώγοντες ἄλιμα, καὶ κακὰ τοιαῦτα συλλέγοντες. De alimo ante diximus.

## CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

p.291. *Antiphanis fabula* Κύριος Κώρυκος. μελαγχρῆς. λέπειν μαζαμ. δι' ἡμέρας πέμπτης. *Antiphanis* Δραπεταγωγός· item Θομβυκίων. συλλαβοπευσίλαβηταί. ζηταρετησιάδαι. *Zenonis libri futiles.* Μος circumferendi horologia. *Viatoria peninsula.* Τιμον Φιλόμηρος. Ψυχὴ τελεβώδης.

Non ausim praestare sinceritatem hujus lectionis: καὶ τῷ Κυρίῳ Κωρύκῳ δ' ἐπιγραφόμενῳ Φησί. Nam alibi simpliciter haec fabula Antiphanis inscribitur Κώρυκος. Quamquam non hoc tam me movet, quam quod divinare nequeam, quid sit Κύριος Κώρυκος. Dalec. fortasse non male καὶ τῷ Κυρίῳ Κωρύκῳ. *Domini pera*, aut *rauarium*, vel *corycis*: ut de corycomachia, veterum exercitatione, accipiamus. Lege: — τῆς δὲ πλεΐσης τῆ βολῆ Μάζης μελαγχρῆ μερίδα λαμβάνων λέπει. *Μαζαε*, cujus summum pretium sit obolus, crustam nigricantem sumit ac decorticat. Significat, mazaе male curatae et semiuftulatae crustis istum vesci. μελαγχρῆς pro μελαγχροῖς. ut apud Menandrum μελαγχρῆς μεϊράκιον. Auctor Eustath. λέπειν hic mazaе crustam auferre, ut arbori librum. In V. versu e Tarentinis Alexidis scribe ἀποκτείνας μὲν ἔν. Cum ait, οἱ δι' ἡμέρας Δείπνῃσι πέμπτης ἀλφίτων κοτύλην μίαν, non hoc dicit, quinque diebus eum cotylam hordeaceae farinae unam absumere, sed quinto quoque die solum ede-





re, et nihil edere, nisi mazam factam ex hemina farinae hordeaceae. Erat autem cotyla octava pars choenicis, qui censebatur legitimus modus diurni alimenti personae unius. Colloca *τελείαν σιγμήν* post ista, *γῆ Δί'. ἱερσῖον μὲν ἔν, 'Οποιονῆν (vel 'Οποῖον ἄν) κάλλισον, ᾧ βέλτισ', ἔχη*. Dixerat alter, existimare se, convivium amici Pythagorici, a quo erat invitatus, futurum ex instituto disciplinae Pythagoricae sine carnibus, sed pro illis datum iri caricas, uvas passas, caseum et similia. Respondet hic, longe aliter futurum: nam convivatorem victimam esse mactaturum omnium, quas haberet, maxime opimam. *Δραπεταγωγός*, fabulae unius Antiph. nomen, de eo interpretor, qui fugitivum retraxit. Mox *Θομβυκίων* nomen est alius cujusdam fabulae ejus poetae. Quod quid sit, non scio: nisi forte proprium viri. Alibi citatur Antiph. *ἐν Βουβυλίῳ*. Sed cogitemus amplius. Bucca, quam describit poeta, parva erat *ἐκ τῆ πρόσθεν*, id est, *ex anteriore parte, et qua poterat conspici*. *συλλαβοπευσίλαβηταί* in epigrammate contra philosophos sunt, *qui in interrogando syllabas captant*. Respicit dialecticorum interrogationes et sophistarum elenchos. Non placet, quod in epitoma inveni, *συλλαβοπευσίλαληταί*. Si cui aliter videatur, per me licet interpretetur de iis, qui nihil nisi syllogismos et sorites loquuntur, quique minutis interrogatiunculis obvios cruciant. *ζηταρησιχδαι* sunt, quos Latini vocant *aretalogos*, de quibus plura ad Suetonium. Scripturam excerptorum etsi non probo, adscribam tamen fidei meae causa: *ζηταρησιχδης*. Epigramma istud debebant sequi versus Arcestrati de Diodoro Aspendio: sed longissimo hyperbato obscuravit auctor seriem sermonis. p.294. Principium hyperbati est in his verbis: *'Αρχέστρατος τε ὁ Τελῶος ἐν τῇ Γαστρολογία, ἣν μόνην ὑμεῖς* etc. Finis vero in istis longo post intervallo: *'Αρχέστρατος δὲ, ᾧ Κόνελλε, ὄν ἀντὶ 'Ομήρου* et seqq. Facit auctor mentionem librorum Stilponis, qui dialogos IX. ediderat non magnae rei, vel Diogene Laërtio teste: item Zenonis Stoici commentariorum, librum, opinor, intelligens ab eo editum *'Ερωτικῆς Τέχνης, de arte amandi*. Sed et de republica libri turpiculi erant, saepe ut illorum discipulos ipsius puderet. Inter exempla vanissimarum quaestionum a Zenone tractatarum hanc affert Athenaeus: *πῶς ταῖς ἐπιχύσεισι χρῆσέον, quomodo trullis vinariis sit utendum*. Hoc significat epichysis: qua voce etiam Varro utitur. Hac vinum hauriebant e cratera, quae mensae erat apposita.



Dicitur et οὐνήρουσις. Scribe paulo post: ὡς ὁ σοφὸς πίν-  
 τως ἂν εἴη καὶ στρατηγὸς ἀγαθὸς μόνος. *Quod solus omnino  
 sapiens etiam bonus ductor exercitus sit futurus.* Quod ait,  
 quaesitum esse a Ctesibio. quid utilitatis ex studiis philo-  
 sophiae retulisset, de eodem interrogatus Aristoteles quid  
 responderit, apud Diogenem licet legere. Simile quid  
 etiam apud Eunapium in Aedesio. Diffidentia fere comes  
 est sordium et avaritiae, quae in hominibus angusti animi  
 eam generat. Hoc vitium philosophorum mendicabulis  
 objicit Bato comicus hisce versibus elegantissimis: Ἐπειδ' ἔ-  
 ωθεν περιάγεις τὴν λήκυσον καταμανθάνων τέλαιον, ὥσε  
 περιφέρειν Ὠρολόγιον δόξει τις, ἐχὶ λήκυσον. Tanta, in-  
 quit, te diffidentia tenet, *ut totum diem a mane summo  
 circumferas ampullam, diligenter considerans subinde, quod  
 intus est oleum: ut jure aliquis putet, non ampullam te hic  
 illuc gestare, sed horologium.* Qui ex diffidentia metuunt  
 alicujus rei jacturam, solent ei incubare, et subinde illam  
 subjicere oculis suis, quibus ipsis miseri vix credunt.  
 Theophrastus in ejus vitii descriptione: καὶ φέρων αὐτὸς  
 τὸ ἀργύριον, καὶ κατὰ σάδιον ἀριθμεῖν, πόσον ἐστίν. Quae  
 verba pluribus ibi exposuimus. καταμανθάνειν est diligen-  
 ter aliquid explorare. An autem in ampulla oleum insit,  
 necne, motitatione aut pondere cognosci poterat: nam  
 ampullae, ut alibi dicebamus, scortae fuerunt, aut ficti-  
 les, aut ex aere. Notabis antiquissimum morem circum-  
 ferendi horologia: cujus nullum aliud testimonium puto  
 in literis antiquis extare, nisi quod Vitruvius horum me-  
 minit l. IX. c. 9. appellatque *viatoria pensilia*. Hodie mul-  
 tiplicis formae horologia fiunt elegantissima, quae jam  
 non utilitatis, sed ornamenti gratia etiam proletariorum  
 mulieres sibi appendunt: adeo publicorum morum disci-  
 plina est corrupta aut potius nulla. Scribendum deinde  
 est: ὃν ἀντὶ τῆ Ὀμήρου προσκυνεῖς διὰ τὴν γαστέρα. ἧς ἔ λα-  
 μυρώτερον ἔδεν, ὃ Ἴμιων σὲ φησὶ πε. De Epicuro dixit  
 Timon in Sillis: Γαστρί χαριζόμενος, τῆς ἔ λαμυρώτερον  
 ἔδεν. Ex reliquiis poematum Timonis apparet, quam di-  
 ligens in Hom. lectione fuerit. Multa n. illius usurpat  
 pro suis. vel ἀπραλλάκτως, vel leviter immutans, ut hic.  
 Versus enim Homeri est: Οὐ γὰρ τοι συγερεῖ ἐπὶ γαστέρι  
 κύντερον ἄλλο. Fatuos et corrupti judicii homines, qui-  
 bus nihil palatum sapit, sic describit Archastratus: Οὐδ'  
 ἔσθαιεν ἐθέλωσ', ὅσσοι κέφην τελεβώδη Ψυχὴν κέντηνται θυ-  
 τῶν. Quibus non erit major linguae Graecae usus, quam  
 nobis, aegre illis persuadebitur, τὸ τελεβώδη Graecum



esse vocabulum. Atqui non tantum isto loco, sed et I. VII., ubi iterum describuntur Arcestrati versus, in ea lectione scripti cum editis consentiunt. Quid super eo verbo sit statuendum, judicent acutiores. Interea sunt conjecturae, quas subjiciemus, vel ἐκ ἐμπειρίας, vel εὐ-  
 σοχίας nostrae monumentum. Potest scribi κέφην ἢ ἐρεβώδη, mentem levem et caliginosam. Sic τόπος ἐρεβώδης apud Apollodorum. Potest etiam: Οὐδ' ἔσθαι ἐθέλει, οἱ κέφην ἢ ἠλλεβρωδή Ψυχὴν κέκτηνται. Quibus mens est ellebori egeus, et, ut ait Persius, ebria veratro.

## CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

*Reprehendendi mos per imitationem. Diodorus Pythagorista insolens. περιβάσιμος σοά. ἐπιφαγεῖν et ἐπεσθῆεν. ταχέως καὶ παραχρῆμα. κόλαροι. μέλη πάραυλα. κροτητὰ μέλη. Ulysses multorum comicorum fabulae inscriptae. Diphili Ἐναγιζοντες. Lios quorundam, tonsori saepius quotidie operam dare. Menandri dramata, Ὀργῆ et Naucclerus.*

Irridendi genus est, cum id, quod in aliquo carpere volumus, factis dictisque nostris imitamur. Nunquam comicus Graecus tragicorum aut dithyrambicorum poetarum verba sesquipedalia subsannat, quin ampullas loquatur. M. Tullius hominem balbum irridens paene fit ille. Hujus nobis in mentem veniat necesse est, cum legimus, quae referuntur isto loco de Diodoro, Pythagoricae disciplinae aemulo, et Stratonico citharoedo, graphice faceto scurra. Diodorus iste de numero eorum fuit, qui cultu victuque separant se a caeteris mortalibus, famam gravitatis aut sanctimoniae inde aucupantes. Ideo dixit Timaeus, Diodorum ἐξηλλαγμένην εἰσαγαγεῖν κατασκευῆν, quod pluribus explicat noster. Addit postea: πρὸς ὃν ἐπισέλλων ὁ Στρατόνικος, ἐκέλευσε τὸν ἀπαίροντα τὸ ῥηθῆν ἀπαγγεῖλαι τῷ περὶ θηροπέπλες μανίας ὑβρεώς τε περιβάσιμον σοάν ἐχόντι Πυθαγόρα πελάτη. Id est: ad quem scribens Stratonicus, jussit eum, qui proficiscebatur, renuntiare, quod ipse dixisset, Pythagorae clienti, cujus porticus magna frequentia celebratur, dum disputat de insania amiciendi se



*movere ferarum et insolentia.* Non hic est stylus affuetus Stratonico, quod declarant multa ejus acute dicta, quae magni scriptores nobis conservarunt: sed induit Stratonicus *Φιλοκαυλιαν* orationis et *χαυνότητα*, ut eadem vitia in factis illius, ad quem scribebat, irrideret. Porro Stratonici verba, quae hic describuntur, videntur esse titulus p.296. atque *ἐπιγραφή* epistolae, quam Diodoro mittebat. Itaque vere Stratonici sunt tantum haec: *Τῷ περὶ Δημοπέπλου*, et quae sequuntur. Caetera adjecit Timaeus: quem miror equidem seriam historiam professum his nugis chartas suas implevisse. Interpretibus nihil hic lucis assulisse, res ipsa loquitur: nostra interpretatio quam bene iis consentiat, quae de Diodoro refert Athenaeus, nemo non videt. Debemus Palatino codici elegantissimam vocem *περισάσιμον*. *περισάσεις ποιῶν*, ut dicebamus ad Theophrastum, est *agrytarum more turbam circa se cogere*. Inde locus *περισάσιμος*, qui *frequentia hominum celebratur*. *Δηρόπεπλον μαυλιαν* quid aliud esse dicas, quam quod expressimus? Huc pertinent illa superiora verba, *κομῶν*, *ἔυπῶν*, *ἀνυποδητῶν*, et alia in eam sententiam. *κομῶν* est inhumanitas et insolentia hominis, qui deficit a caeterorum moribus et institutis: nam in corporis cultu, ut docet Varro, aliud est homini, aliud humanitati satisfacere. Paulo post ita haec distingo: *ὅτι δ' ὑμεῖς οἱ Φιλόσοφοι περὶ τὰ δαίπνα αἰεὶ τὸν νῦν ἔχετε*, (*δέον ὑμᾶς ἐπιφαγεῖν τι αἰτήσασθαι, ἢ ἐπεσθίειν τι τῶν κυνικῶν βρωμάτων*: ἅτε γὰρ χαριτογλωσσεῖν ὑμᾶς θεμις) *δῆλον ἐξ ὧν καὶ Ἄ. Scio, quid de vocibus ἐπιφαγεῖν et ἐπεσθίειν innox scribatur: nihilominus tamen isto loco non putem otiosam esse praepositionem. ἐπιφαγεῖν et ἐπεσθίειν interpretor edere post alium, et, ut ita dicam, arrodere jam rosi.* Scripsimus auctoribus membranarum *Εἶδες τὴν Θασίαν ἄλμην, οἷ' ἄττα βαύζει*, cum esset editum *Θυσίαν*: immani errore. L. super. veram lectionem exposuimus c. 32. In sequente versu *ἐκ παραλλήλου* dictum *ταχέως καὶ παραχρῆμα*. Neque mutanda est distinctio, ut sentiebat Dalec. Tertius versus elegantissimum proverbium continet, *Οὐ μέντοι παρὰ κωφόν ὁ τυφλὸς ἔοικε λαλῆσαι*, de eo, qui maledicenti remaledicens et, ut dicitur Graeco proverbio, *τὸν ξύοντα ἀντιξύων* probe se vindicavit. Aliquanto post sequitur de Cynulco: *ὑπὸ τῆς ἐμφύτης γαστριμαργίας καὶ ἠδυλογίας κολάρης ἀναγινώσκει, καὶ μέλη παράυλα, καὶ ἀκρότητα κύμβαλα*. Quid appellat *κολάρης*; Aut omnino quid ea vox significat? Nobis id verbi alibi nusquam lectum. Quin hic quoque



illud non agnoscit Eustathius, neque epitomae auctor. Dalecamp. vertit *mutilos*. Legit nimirum *κολάρες*. Quam frigida sententia, omnes intelligunt. Sed locus est emendandus literae unius adjectione, scribendumque *κολάρες*. Vide l. XV. c. 16. *μέλη πάραυλα* recte Erasim. exposuit *modos ad tibiam non respondententes*. Eustath.: *παρὰ Σοφοκλεῖ μὲν βοή πάραυλος ἢ ἐξισομένη αὐλῶ, ἢ κατὰ Θρηνηδῖαν, ἢ διὰ τὸ τρανές· παρ' ἑτέρῳ δὲ τινι μέλος πάραυλον τὸ ἀπωδὸν, κατὰ τὸ, ὑπὸ ἐμφύτῃ γαστριμαργίας καὶ ἡδυλογίας ἀναπέμπει* (nostri omnes codd. ἀναγινώσκει) *μέλη πάραυλα*. Haec Eust. *ἀκρότητα κύμβαλα sunt cymbala male sonantia neque ex arte modulata*. E contrario κροτητὰ μέλη apud Sophoclem in *Thamyra*: *Οἴχωνε γὰρ κροτητὰ πηκτίδων μέλη*. Versui Alexidis mox subjecto, *Οὕτω τι πάλλότηρι ἐσθίειν ἐστὶ γλυκὺ*, similis Terentianus: *En ossium et cibis alienus quid facit*. Additur: *καὶ Θεόπομπος δ' ἐν Ὀδυσσεῖ*. Julius Poll. l. VII. c. 16. fabulam hanc Theopompi inscribit *Ὀδυσσεῖς* numero multitudinis. Quae de Ulyssae historia fabularis continet, non solum epicis et tragicis multorum poëmatum argumentum praebuerunt, sed etiam comicis multarum comoediarum. Citatur Epicharmi Ulysses duplex: *Αὐτόμολος* et *Ναυαγός*. Cratini quoque, ut Theopompi, *Ὀδυσσεῖς* saepe laudantur: item Alexidis *Ὀδυσσεὺς Ἰφιάλων*. Nominatur et Anaxandridis *Ὀδυσσεὺς Athenaeo*. Deinceps proponuntur ab Ulpiano quaestiones aliquot super dictionibus nonnullis, quibus de industria usus est auctor in superiore velitatione inter Larensem, Cynulcum et Magnum. Primum quaeritur auctor vocis *ἡδυλογία*, quae praecessit non longe: *ὑπὸ τῆς ἐμφύτῃ γαστριμαργίας καὶ ἡδυλογίας*. Profert Cynulcus Phrynichum comicum *ἐν τῷ Ἐφιάλτῃ*. Cujus dramatis et Scholiastes comici in Aves facit mentionem, et Julius Poll. l. VII. c. 24., ubi male editum est *ἐν Ἰφιάλτῃ*. Hinc corrige. Deinde tractat de verbo *χρητογλωσσεῖν*, quia praecessit in oratione Magni: *ἔτε γὰρ χρητογλωσσεῖν ὑμᾶς θέμις*. Postea de culinae vasis et voce *ἀσώτιον*, quia praecedit: *ἢ ὡς εἰς ἀσώτιον μαγειρικὰ σκεύη μαθητόμενοι*. Quia autem mirari poterat aliquis, etiam de culinae instrumento esse deipnosophitas locutos, quasi factum excusans ait auctor: *τέτων γὰρ ἐμνημόνευσαν ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς θέλπνοις μνήμης ἡξιωμένων*. Hoc est: *nam et coquinae vasorum nostri convivae meminerunt, ut quorum facere mentionem non sint dedignati, qui Arcadicas coenas nobis descripserunt*. Intelligit Athenaeus Harmodium Lepreaten,



cujus praecessit locus de Arcadum conviviis, et in eo haec verba: ἡ πόλις παρῆχε τὴν τοιαύτην ἄπαταν παρασκευὴν, πλὴν τῶν περὶ τὸν μάγειρον σκευῶν. Diphili drama, quod hic Ἐναγίζοντες, *Parentantes*, inscribitur, alibi vocatur Ἐναγίσματα, *Parentalia*. Penultimus adductorum inde versuum, Τὸ μνήμα κατ' ἐνιαυτὸν ἓνα λίθον, neque legitimum pedum numerum, neque sententiam implet. Lego: Τὸ μνήμα, κατ' ἐνιαυτὸν ἓνα πωλεῖν λίθον. Locus est comicus παρὰ προσδοκίαν. Nam auditor exspectabat verbum πρίσθαι. Volo, ait, legem ferre, quae Ctesippi um coget monumentum patris tandem perficere: ut quotannis unum saltem toneatur saxum emere, ad conticiendum tandem patris monumentum, quod diu est cum aliquot lapidum defectu visitur imperfectum. Quia aliquot saxa de tumulo Chabriae vendiderat Ctesippus, ut modo dictum est, id opus pro inchoato tantum habebatur ab iis, qui rei veritatem ignorabant. Ideo ait iste, lege adigendum esse Ctesippum, ut operi incepto tandem colophonem imponat; sed quia veritatem norat, qui haec loquitur, pro πρίσθαι dixit πωλεῖν, acerbo joco immanitatem Ctesippi perstringens. Timoclis versus de Ctesippo exponi debent convenienter menti auctoris, quod docti non fecerunt. Ait poeta: Οὐδ' ὁ Χαβρία Κτήσιππος ἔτι τριεκέιρεται, Ἐν ταῖς γυναιξὶ λαμπρὸς, ἐκ ἐν ἀνδράσι. Loquitur de Ctesippo paupere jam facto, et ait, mutatam ab eo esse vitae rationem, cum prius ter die tonderi soleret. Mollitiem objici certum est: cujus argumentum vult esse, quod solitus fuerit ter quotidie tonsori operam dare. Mos fuit Θελυτριῶν, barbam et pilos capitis diligenter tondere: et hoc amplius, alas axillarum, et alias corporis partes summo studio vellere. Ideo vellent nollent tonsoris opera plurimum cogebantur uti. Apud Theophrastum inter uotas hominis, qui nomen comiti et venusti affectabat, leges τὸ πλείσθαι ἀποκέρεσθαι. Itaque τριεκέιρεται interpretor *ter quoti. ie operam dat tonsori*. Sic λέεσθαι πεντάκις τῆς ἡμέρας in versu Menandri, qui sequitur de eodem Ctesippo. Ὅργην Menandri et Athenaeus alibi, et Pollux laudat I. VI. c. 17. Locus Demosthenis ubi Ctesippi meminit, nomen ejus reticens, hic est in ea adversus Leptinen: ἀλλὰ, νῆ Δία, τὸν παῖδα τῆ Χαβρία περιίδωμεν ἀβαιρεθέντα τὴν ἀτέλειαν; *Nauclerus* Menandi nescio an sit idem drama cum eo, quod aliis inscribitur *Gubernatores*. Pollux: Μένανδρος Κυβερνήταις· Ἐπελάει δὲ αὐτὸν, ὅσις εἶη. Et Stobaeus ferm. XXII.

P.298.



## CAPUT UNDEVICESIMUM.

*Pythodelus* Isoballion. Balliones. *Theopompi locus* expositus contra Athenaei mentem. Atheniensium cum Tarentinis comparatio. Tarentinorum de se ipsis dictum. Otiosi pauperes vocati in jus Athenis. ζῆν ἐν περισίαις. Diana τρίμορφος. Apicius, de quo Posidonius.

Axionici comici de Pythodelo aſoto verſus recitatur hic: Ο Πυθόδηλος ἔτος ἰσοβαλλίων. Quo in loco ἰσοβαλλίωνα dici exiſtimamus quaſi Ἴσον Βαλλίονι, μοῖσιβυς Ballioni ſimilem. Balliones in vetere comœdia, etiam Cicerone teſte, appellabant impuriſſimos homines, ut ſunt lenones et id genus. Lege Pſeudolum Plauti: quem poëtam et nomen illud, et caetera omnia, imo plerarumque fabularum integra argumenta de Graecis fabulis in ſuas tranſtuliffe, nemo eſt, quin ſciat. Proximus verſus. Προσέρχεται ἐπικλήμενος ἀσωτότατος, tranſpoſitione vocum poſteriorum ſanandus eſt, ſiquidem illum volumus eſſe ſarium: Προσέρχεται ἀσωτότατος ἐπικλήμενος. Mox: Πολύευκτα δ' Ἀναξανδρίδης ἐν Τηρεῖ κωμωδῶν. Ὀρνις κεκλήση, Φησί. διὰ τί, πρὸς τῆς Ἑβρίας; Non eſt poëtae τὸ Φησί, quod verſui illius eſt inſertum. Praeterea offendit me inſolens uſus verbi κωμωδῶν. Sed nimis jam clarum, aliter ſcribi debere. Lege igitur et diſtingue: Πολύευκτον δ' Ἀναξανδρίδης ἐν Τηρεῖ κωμωδῶν, Ὀρνις κεκλήση, Φησί. διὰ τί, πρ. etc. Scribo deinde χωρίσαντες εἰσι. Atticum eſt pro ἐχώρισαν. Theopompi vero ſubjectum locum quod docti viri non recte ceperint, equidem facile illis condono: manifeſto enim fallit nos Athenaeus, niſi falſi ſunt omnes noſtri codices. Loquens auctor de Eubulo aſoto Athenienſi, teſtem laudat Theopompum, ut qui illius mentionem fecerit, et ſtatim verba iſta Theopompina ſubjicit: Καὶ τοσούτον ἀσωτία καὶ πλεονεξία διενήνοχε p.299. τῶ δῆμος τῶ Ταραντίνων, ὅσον ὁ μὲν περὶ τὰς ἐβρίαſεις εἶχε μόνον ἀκρῆτῶς, ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ τὰς προόδους καταμιſθοφορῶν διατετέλεκε. Quis non jure arbitretur, de Eubulo accipienda eſſe verba Theopompi, cum id clare adeo Athenaeus ſignificet? At ſi, miſſo Athenaei teſtimonio, ipſa hiftorici verba conſideremus, clara luce clarius eſt, non de cive aliquo hic loqui Theopompum, ſed de univerſo Athenienſium populo, cujus comparationem



instituit cum populo Tarentino. *Longe* inquit, *superavit* luxu et avaritia populum Tarentinum: nam hic quidem opulis tantum ultra modum deditus erat, Atheniensium vero populus etiam publicos urbis redditus in mercedem sibi divisit. Ita accipio τὸ καταμισθοφορεῖν: nam sententia interpretum aliena est a Theopompi sententia, qui, ut vides, ista voce Atheniensium πλεονεξίαν taxare voluit. Quae autem avaritia est, publica pecunia peregrinum militem alere? Scimus autem ex Demosthene insaniam ejus populi, quae aera militum sibi solitus dividere ad ludos spectandos. Im quo uno duo inerant complicata vitia: τρυφή et amor voluptatum, cum spectacula anteponerent publicae salutis curae; avaritia et πλεονεξία, cum in eam rem dari sibi de aerario pecuniam postulant, suae parci, publicae prodigi. Quod paulo post dicitur, Tarentinos omnes fere dies in conviviis transegisse, facile credat, qui Strabonis verba legerit de Tarentinis. Illum consule l. VIII Tarentini, inquit Athenaeus, soliti dicere, τὰς μὲν ἄλλας ἀνθρώπους διὰ τὸ φιλοπονεῖσθαι καὶ περὶ τὰς ἐργασίας διατρίβειν παρασκευάζεσθαι ζῆν, αὐτὰς δὲ διὰ τὰς συνουσίας καὶ τὰς ἡδονὰς ἔ μέλλειν, ἀλλ' ἤδη βιώσασθαι. Acutum scilicet dictum, et dignum, quod auctorem alium habeat, quam voluptarium populum. Is esto Manilius, poeta insignis, cujus sunt verba luculentissima: *Quid tam sollicitam vitam consumimus annis, Torquemurque metu caecaque cupidine rerum, Aeternisque senes curis, dum quaerimus aevum, Perditius, et nullo votorum sine beati Victuros agimus semper, nec vivimus unquam?* Quod in Graeco est παρασκευάζεσθαι ζῆν et μέλλειν ζῆν, dixit Manilius *victuros agere*. De Philippo, Alexandri patre, et ejus sodalibus quae deinceps narrantur, similia iis, quae l. VI. de iisdem Rex Cypri, quem libri editi *Pascyprum* appellant, excerpta *Pascryppum*. At *Aethiops* ille Corinthius, qui mox dicitur fuisse Archiae comes conditori Syracusarum, in omnibus libris idem nomen servat. De Archia multa Strabo aliique. Scribo τοῖς δὲ Παναθηναίοις ἱππαρχος ὢν ἰκρ., non autem ἕπαρχος. Primum ita habent excerpta nostra: deinde sic legendum esse arguit perspicue Xenophontis Hipparchicus. Olim, inquit Athenaeus, ἀσotos, et quibus non suppeditabat, unde se alerent, ἐκάλεν τε οἱ Ἀρεοπαγίται καὶ ἐκόλαζον. Scripta lectio ἀνεκαλεῖντο οἱ Ἀρ., id est, *vocabant ad se in Areopagitica curiam*. Sic usus est verbo ἀνακαλεῖσθαι paulo ante: ἀνακαλεσαμένων αὐτὸν τῶν Ἀρεοπαγιτῶν. Commodè accipe, quod ait, poenas luiffe





τὰς μὴ ἐν περισσίᾳς ζῶντας, eos, qui pauperes viverent.  
 Hoc Graeca verba sonant. Saevos iudices, si paupertatem  
 verterunt crimini, et pro maleficio vindicarunt: sed  
 laxiorem sententiam ad eos restringe, qui simul pauperes  
 et otiosi erant. Quin etiam ita fortasse scriptum fuerat:  
 τὰς μὴ ἐν περισσίᾳς ἀργῶς ζῶντας, eos, qui in magnis opi-  
 bus non constituti otiose viverent. Lege antiqua Athenien-  
 sium otiosi homines rationem vitae suae Arcopagitis red-  
 dere tenebantur. Diogenes Laërt. in Solone. Scribe  
 aliquanto post εἶπεν εἰς ταῦτα ἀνηλωκέναί, non εἰπῶν, nam  
 praecedit ἀναγνῆς. In versu Amphididis. Πίνωσ' ἐκάστης ἡμέ-  
 ρας δὺ ἡμέρας, conjecturam meam consensui librorum lu-  
 bens praetulerim, δι' ἡμέρας, bibunt singulis diebus totos  
 dies. Dianam et poëtae et pictores olim faciebant τρι-  
 μορφον καὶ τριπρόσωπον. Cleomedes I. II.: ὅθεν καὶ τρι-  
 πρόσωπον τὴν Ἄρτεμιν ποιεῖν ἔθος ἐστίν. Eo respexit Di-  
 philus, cum diceret, ἀφOTOS, qui dies totos vino sese in-  
 gurgitant, κεφαλαίως ἔχειν τρεῖς, ὡσπερ Ἄρτεμισιον, tria  
 capita habere, tanquam aliquod Dianae simulacrum. συνα-  
 νασρέφουσαι τοῖς νέοις mox scribunt meliores libri, ubi  
 caeteri συνανασρέφειν. Posidonius, auctor historiae, quam  
 commemorat noster super Apicio afoto, is est, qui histo-  
 riam τῶν μετὰ Πολύβιον libris duobus et quinquaginta de-  
 scripserat. Satis compertum est, vixisse illum ante ever-  
 sam Rempublicam. Quamobrem Apicius iste, cujus men-  
 tionem facit Athenaeus ex Posidonio, alius omnino est  
 ab illo ganeone praenobili, qui imperante Tiberio vive-  
 bat. Pater illius fortasse fuerit, aut avus. Nam a da-  
 mnatione Rutilii Rufi, cujus dicitur iste Apicius exstitisse  
 causa, ad tempora Tiberii et posterioris Apicii anni mi-  
 nimum centum intercedunt. De Apiciis plura l. I. c. 6.  
 ἐπιδόσεων morem exponebamus ad Theophrastum in cha-  
 ractere illiberalitatis, ubi etiam sequentem de Phoco lo-  
 cum explicuimus.



## CAPUT VICESIMUM.

Ἄσώτιον. ζωμήρουσις. τυρόκνησις παιδική. σκαφίδες. κυβηλὶς. σελεύς. Aristophanis fabula Σκηναὶς Καταλαμβάνεσθαι. Mos auciorum, fabularum titulos contrahere. κακκάβη et κάκκαβος. Βατάνειον et πατάνιον. χαίροντες ὀνομάζουσι. σιττυβος. *Alia quaedam.*

Proposuerat Ulpianus paulo ante duas quaestiones, alteram de voce ἄσώτιον, alteram de coquinae instrumento: deinde aliorum responsionem antevertens de asotis, quae legerat apud veteres, recitavit. Nunc ut orationi suae finem imponat, redit ad propositas quaestiones, et ait: *περὶ δὲ τῶν ἄλλων, ὧν φθάνω προβεβληκῶς, εἴ τι λέγειν ἔχετε, ἀναπεπταμένως ἔχω τῶν ὧτων τὰς πύλας ὥς λέγετε, ἐπιζητῶ γάρ. καὶ Μάγνος εἴρηκε τὸ ἐπεσθῆναι καὶ ἐπιφαγεῖν.* Legendum aio: *ἐπιζητῶ γάρ, καὶ ὁ Μάγνος εἴρηκε, τ.* Jam, inquit, sermonis vices suscipite: quae-ro enim a vobis non illa tantum, quae dixi ante, verum hoc amplius, ubi legantur voces *ἐπεσθῆναι* et *ἐπιφαγεῖν*, quibus modo usus est Magnus. Lege superiora cum vel mediocri attentione, neque dubitabis, ita scribendum et exponendum. Multa hic fecius interpretes, maxime cum non animadvertunt, Aemiliano grammatico dari partes respondendi et quaesitis satisfaciendi. *ἄσώτιον* est *ganea*, dictum, ut *μαγσίριον* et similia. Culinae vasa recensentur ex Anaxippi Citharoedo: cujus fabulae Pollux meminit l. X. *ζωμήρουσις* proprie est *trulla ad hauriendum jusculum*: ut *οἰνήρουσις trulla τιπανία*. Sed coqui varie abutebantur: ut in tollenda ex olla spuma. Philippus in epigrammate: *Ζωμήρουσιν τε τὴν λίπυς ἀφρηλόγον.* Vocat *τυρόκνησιν παιδικήν*, (nisi aliter scribendum) quia libenter radulam tractant pueri: vel quia plurimum ea utebantur in parandis infantium aut puerorum cibis. *στελσόν* non puto esse radulae manubrium, sed per se accipi debere de quodam ligno manubrium securis similitudine quadam referente: cujus potuit esse in culinis multiplex usus. *σκαφίδες* sunt alveoli, vasa inter maxime necessaria coquinae. Errant, qui *ρελυεμ* esse putant. Usus alveolorum multus. Antiphanes: *Καὶ δημοῖοι μέλιτος αἰτῆσαι σκάφας.* Ariston in epigrammate de coqui supellectile: *Καὶ τῶν λαιμοτόμον σκαφίδων.* Significat, alveolis solitum excipi sanguinem mactatorum



animalium. Iterum in eodem: Καὶ τὰν κρειοδόκον σκαφίδα. Quia, ut puto, in alveolis carnes coquendas lavabant. Sub finem in quibusdam haeret nobis aqua ob mendas codicis. κυβίλην scribunt excerpta: melius κυβηλῆς, ut in Hefychio, qui hanc vocem diligenter exposuit. Sequitur: τὴν χύτραν δ' Ἀριστοφάνης ἐν Σηηναῖς Καταλαμβανέσαις. Etiam alibi sic scriptum invenimus, ut l. VII., et semel in Hefychio, semel item, ni fallor, in scholiis Aristophanis, apud Pollucem vero saepissime. Nihilominus tamen mendae hanc scripturam arguere non dubitamus. Credimus enim, verum fabulae hujus indicem esse Σηηναῖς Καταλαμβάνουσαι, *Mulieres locum ad tentoria sua occupantes*. Σηηναῖ Καταλαμβάνουσαι nihil potest Graecis significare. At σηηναῖς καταλαμβάνειν dicuntur, qui in foro et viis publicis locum occupant, ubi sua umbracula destituant. Ita soliti facere mercatores, quoties celebrabatur aliqua panegyris. Vetus Theocriti interpres: ἐν ταῖς πανηγύρεσι σηηναῖς ἐποίεον οἱ πωλῶντες. Sic autem loquitur idem poëta in Pace: εἰς Ἴσθμια Σηηνήν ἐμαυτῆ τῶ πέει καταλαμβάνω. Videtur Aristophanes descripsisse eam dramate mulierum tentoria sua commodis locis figere cupientium jurgia et ἀεροχειρισμῆς. Non defuere, qui hanc fabulam Platoni adscriberent. Athenaeus l. XIV.: Ἀριστοφάνης ἢ Πλάτων ἐν ταῖς Σηηναῖς. Solent auctores titulos dramatum hoc modo contrahere, ut cum Sopatri Βακχίδος Μνηστῆρας appellant *Bacchidem*, de quo c. 15.; cum Sophoclis Ἀχαιοῶν Σύνδειπνον simpliciter Σύνδειπνον scribit Hefychius; cum Archippi Ὀνοσσιάν, cujus mentio p 302. in scholiis Aristoph., tantum Ὀνον. Harpocratio: Ἀρχιππος Ὀνω τραχηλίαις, ταῦτα καὶ τοπείοις εἰσάσιν ἐκ ἄνευ γόνυ. Emendamus; Ἀρχιππος Ὀνω Τραχηλίαις ταῦτα καὶ τοπείοις εἰσάσιν ἐκ ἄνευ πόνυ. Ergo etiam Σηηναῖς cum legis, intelligere debes hanc fabulam. Hefychius: τριτοσάτης, Ἀριστοφάνης ἐν Σηηναῖς, τριτὺς, τριάς. Integer titulus fuit, ut diximus, Σηηναῖς Καταλαμβάνουσαι. Sic enim rescribendum ubique est, et in hoc, et in aliis scriptoribus. Ut apud Hefychium in ε' γὰρ ἄκανθαι proverbio. Apud Pollucem l. VII.: Ἀριστοφάνης δ' ἐν Σηηναῖς, καταλαμβάνουσαι ἔφη καὶ τῶν πλατυλόχων διβολίαν ἀκοντίων. Corrige: Ἀρ. δ' ἐν Σηηναῖς Καταλαμβανέσαις ἔφη. Καὶ τῶν πλατυλόχων. Adde alium locum eod. l. extr., item alios l. X. c. 5. et c. 19., nec non c. 24. et 25. Quibus tot locis potes adjicere alium Harpocratiois similiter depravatum in Δήμαρχος. Atque huic nostrae emen-



dationi suffragatur amplissimi Messaei codex MSS., non isto quidem loco, sed in alio gemino huic, quem ex conjectura emendamus l. VII. c. 19. Nam disertus codex ille praefert eo loco Ἀριστοφάνης Σικηνὸς Καταλαμβανέσαις. Quod ait Aemilianus, comicum in ista fabula κακκάβην dixisse, quam alii χύτραν, non omnium hoc fuit iudicium. Pollux enim eo loco κακκάβην interpretatur patinam. καὶ κακκάβην, inquit, τὴν λοπάδα ἐρεῖς, εἰπόντος Ἀριστοφάνους ἐν Σικηνὸς Καταλαμβανέσαις. In versu Antiphonis recte Dalec. ἔγχευς Βοιωτία, non Βοιωτίας. Neque aliter epit. Addit noster: βατάνειον δ' εἶρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Εὐθυδίῳ· Ἐπειτα πολύπυς τετμημένος, Ἐν βατάνοισιν ἐφθός. Scribe βατανείοισιν. Pollux l. X. c. 24.: ἐν Ἀριστοφάνους Εὐθυδίῳ· πολύπυς τετμημένος ἐν πατανίοισιν ἐφθός. Athenaeus legit hic per β βατάν. Imo etiam Pollux ipse. Ex ea fabula recitatur hic versus ab Harpocrate: Ἐγὼ ξενιτευόμενος ἐσρατευόμην. Pergit Athenaeus: Ἀλεξίς ἐν Ἀσκληπιουκλείδῃ. Idem et Pollux, sed leviter mutato dramatis nomine: Ἀλεξίς δ' ἐν Ἀσκληπιουκλείδῃ πατάνια εἶρηκε. Praeterea in versibus, quos describit inde Athenaeus, πατάνια Pollux legit per π. Athenaeus cum secunda litera β. Secundus versus adjectione articuli fulciendus: Περὶ τὴν Σικελ. Mox scribe: — ἄλλος ἐπὶ τῷ μέγας Ἦξει τις ἰσοτράπεζος. Ita meliores codd., non Ἐξει. Paulo post, cum ait poeta, — ἐμοὶ δὲ τῆνομα Οἶει διχφέρειν, εἴτε κάκκαβόν τινες Χαίροντες ὀνομάζουσιν, εἴτε σίτυβον; Apud Pollucem scriptum Χαίρουσιν ὀνομάζουσιν, apud Eustathium et in epitoma simpliciter ὀνομάζουσιν. Omnes, retento sensu, verborum elegantiam et metri legem neglexerunt. Est enim venustatis Atticae χαίροντες ὀνομάζουσι pro nominant vel nominare solent. Sed non assentior Eustathio, qui poetae verba sic accipit, quasi κάκκαβος, λοπάς et σίτυβος idem sint. Nobis plane videtur contrarium. Ait enim, qui ista loquitur, non curare se verborum proprietatem, neque videri sibi quicquam interesse, quo nomine vas illud appellet, sive κάκκαβον, sive λοπάδα, sive σίτυβον. Haec iste quidem: at caeteris omnibus Graece loquentibus aliud est κάκκαβος, aliud λοπάς, et toto genere ab his diversum σίτυβος. Hesychius δερματίνην σολήν interpretatur. Eubuli ex Ione locum affert Athenaeus, ut probet, non semper esse idem βατάνειον et πατάνειον. Eundem recitat Pollux, ut evincat, non plane esse idem πατάνειον et λοπάς. Neuter firmo admodum argumento nititur. Nam quid mirum, si

p. 303.



bis idem dictum sit a comico? Qui fortasse stomachabundum aliquem ea loqui faciens, dedita opera battologiam ei attribuit. Sane cum ait πατάνεια πυκινὰ ταρφέα, diversis vocibus idem bis dicit: nisi quis putet, τὸ πυκινὰ interpretamentum esse vocis poeticae ταρφέα.

## CAPUT VICESIMUM PRIMUM.

Σφάκος. λοπάς νεανική. Eurolidis Taxiarchi. Structoris officium. Cratini Cleobulinae. Alexidis Δρωπίδης. πρυτανεία. Mulieres δημοίχοι Athenis. Ephebi nobiles ministri sacrorum. νεοσάδες ὄρνεις. *Alia non pauca.*

In testimonio ex Alexidis Lebetes, quo et Pollux utitur l. VI. c. 10., non est nulla menda. II. versu, 'Ἄλλ' ἄγε λέγ', ἔδει, scribe 'Ἄλλ' ἄγε, λέγ', ἔδει. In V. malit aliquis non sine caussa καυλὸν σιλφίς. Sed nec sine caussa placeat, quod est editum, καυλὸν, σίλφιον. Vide locum Antiphanis, quem exponimus l. super. c. 21. In VI. recte libri nostri Κορίαννον αὔρον, ῥέν, κύμινον, κάππαριν. Male apud Pollucem Κορίαννον αὔρον. Quod male emendarunt nonnulli Κορίαννον, δαῦρον, corrupto metro: nam jambicos esse versus testatur diserte Pollux. Deinceps perturbata sunt omnia: Ὀρίαννον, γήτειον, σκορῶδιον, θύμον, σφάκον, σίραιον, Σέσελι, πήγανον, πράσον. Restitue eadem opera et veram lectionem et metri legem: Ὀρίαννον, γήτιον, ἄνισον, θύμεν, σφάκον, Τότ' αὖ σίραιον, σέσελι, (vel πέπερι ex Polluce,) πήγανον, πράσον. Vocem ἄνισον restituumus ex Polluce: ubi tamen ἄνητον minus bene editur. Omissum hoc nomen fuerat, quia in V. versu ἄνητον poeta recensuerat: sed aliud esse anethum, aliud anisum, consulti herbariae rei sciunt. σφάκος est *salvia*, hoc est, ἐλελίσφακος. Scribe etiam paulo post: — Τῆς ὀριγάνου Πρώτισον ὑποθεῖς εἰς λοπάδα νεανικήν. Nam ὑποθεῖς facit versum hypermetrum et exlegem. λοπάς νεανική non est olla noua. Itane vir doctus nullum discrimen agnovit inter patinam et ollam? Deinde νεανικὸν non est νέον, sed vehemens, more juvenum. Pro magno accipitur, ut apud Aristotelem I. Histor. πόροι νεανικοί. Sic λοπάς νεανική, *patina ingens*, et apud Aristophanem in Pluto κρέας νεανι-



κόν, *magnum frustum carniūm*. Vocis ἐπιΦαγεῖν citatur auctor Eupolis Ταξιάρχαις. Et Ταξιάρχης vocat Pollux eam fabulam, et Ταξιάρχας. Ut l. VII.: σιδηρίτιν δὲ  
 p.304. τέχνην ἐν Ταξιάρχεις Εὐπολίς εἴρηκε τὴν Ξανθίε τῷ Σιδη-  
 ρέως. ἔ ἐπὶ τῆς εἰκότος ἐπιγέγραπται ΣΙΔΗΡΟΦΤΗΣ.  
 Confer hunc locum Pollucis cum iis, quae scribit Hefych. in σιδηρίτιν τέχνην. Antiphanis versus de structo-  
 ribus itā emendabis: — ὃς πλυνεῖ σκεύη, λύχνος θ' ἐτοι-  
 μάσει, σποιδᾶς ποιήσει, τ' ἄλλ', ὅσα Τέτοις προσήκει. Quae fue-  
 rint structoris partes, docet Athenaeus, allato Philemonis  
 loco: Περὶ τῆς πτανεῖον ἀγίνεθ' ἤσκειπτωρ' α. Τραπεζοποιός ἐστιν  
 ἐπὶ τῷ διακονεῖν. Hoc est: *circa culinam non versatur ars  
 illius: est enim τραπεζοποιός, structor, ministerio praefectus.*  
 Quam diversa dicunt interpretes? Locus Xenophontis non  
 est ἐν δευτέρῳ Ἀπομνημ. ut scribitur in omnibus libris, sed in  
 I. De auctore culpaē liberum esto cuiusque iudicium. Me-  
 nandri verba e Phania in jambici legem facile ita redigas:  
 Φειδωλὸς ἦν τε καὶ ἀγοραστὴς μέτριος. Cratini Cleobulinae  
 nomen videntur habuisse a Cleobulina, Cleobuli, sapien-  
 tum unius, filia, quam libris suis Diogenes Laërt. prodi-  
 dit nobis. Solent autem plurali numero inscribi similes  
 comicorum fabulae: ut Ἀρχιλόχοι, Ὀδυσσεῖς, et similia.  
 Pollux n. singulari l. VII. c. 11., proferens inde vocem  
 ἵπον· unde est ἵπποστασι, *premi*. Quo etiam verbo usus  
 Cratinus, inquit. in hic versibus: δώσεις ἐμοὶ καλήν δίκην  
 Ἰπόμενος ταῖς συμφοραῖς. Atque haec ea fine nunc refe-  
 ro, ut obiter studiosos veterum poetarum moneam, Ari-  
 stophanem in Equitibus more suo Cratini verbis usum pro  
 suis, mutata solum voce συμφοραῖς in εἰσφοραῖς. L. X.  
 ejusdem Pollucis c. 24. laudatur Cratinus ἐν Κλεοβέλω.  
 Et apud scholiasten Aristoph. initio Avium Κρατίνος ἐν  
 Κλεοβέλοις. Pendeo animi, siue eadem fabula, de qua  
 diximus, an alia. Δρωπίδης Alexidis Δρωπίς est in libris  
 Pollucis l. X. c. 26. Utrum utrum sit verum, proprium  
 videtur. Legi in Hefychio Δρόπις, *τρογητός*. De quo  
 cogitandum. Aristophanis eclogae e Nebulis prioribus  
 expositionem petant tirones e Scholiastae Graeci erudi-  
 tissimis commentariis: nam interpretes plus quam toto  
 coelo aberrant a via. πρυτανεῖα in foro Atheniensium,  
 quod in Romano *sacramentum*. Varro: *Ea pecunia, quae  
 in iudicium venit in litibus, sacramentum a sacro. Qui pe-  
 tebat et qui inficiabatur, de aliis rebus uterque quingentos  
 aeris ad pontificem deponebant: de aliis rebus item certo alio  
 legitimo numero assidem. Qui iudicio vicerat, suum sacra-*




*mentum a sacro auferbat: victi ad aerarium redibat.* Scribo mox ἀλλ' ἐν οἷθ' αὖ σὺ, vel οἷδασι. Nam οἷδα σὺ non rectum. Ait Philyllius: Βλέσθε δῆτ', ἐγὼ φράσω, τίς εἰμ' ἐγώ; Ἡ τῶν προτενδῶν δορπία κληθεμένη. Vultis, dicam, quis ego sim? Dorpia dicor, primus Apaturiorum dies, quo die praegustatorum turba multum est operata. Ex verbis sequentis senatusconsulti ita exponi debere hunc locum liquet. Sententia ejus senatusconsulti est haec: quo possit senatus, cujus hoc decretum est, festum Apaturiorum cum caeteris civibus concelebrare, per tot dies senatoribus remitti necessitatem veniendi in senatum, p. 305. per quot dies reliquae curiae vacent: quinque nimirum dies ab eo, quem praegustatores celebrant. Athenis plures curiae fuere, Quingentorum, Areopagitarum, aliae. In Areopago videtur hoc senatusconsultum esse factum. Initio, quae fuit curiae hujus severitas, pauca erant festa, quibus legitimus senatus ab Areopagitis non ageretur: mutatione facta publicorum morum, paulatim et hoc mutavit. Restituimus antiquam lectionem in istis: τὰς δὲ τὰ πέμματα, προσέτι τε τὰς πλακῆντας ποιῶντας οἱ πρότερον δημοκράτες ἐκάλεον. In editis necessaria voce ποιῶντας locus erat mutilatus. Quod si mei arbitrii res fuisset, locum paulo aliter concepissem. Fuisse enim viros ullos, qui δημοκράτοι appellarentur, quod placentas conficerent, et, ut loquitur auctor l. I., ἀπὸ τῆς τῶν πεμμάτων δημοκρατίας, neque probant sequentia Athenaei, neque verum censeo. Scripserim igitur τὰς δὲ τὰ πέμματα, non τὰς, et ποιήσας, non ποιῶντας. Mulierum δημοκρατῶν mentio clara in subjectis testimoniis. Hesychius paulo arctius hanc vocem accipit: λέγεται καὶ γυνὴ δημοκράτος, ἣ ἐν τοῖς γάμοις πέμματα πέσσει. Ita vult appellari, non publicas pistrices, sed eas mulieres, quibus in nuptiarum solemnibus munus solitum mandari fingendarum placentarum. Pollux explicat l. III. c. de nuptiis. Platoni l. V. de republ. inter muliebria opera recensetur ἡ τῶν ποπάνων θερραπεία. Proclus interpres refert ad morem Atheniensium, qui soliti sint in effingendis deorum libis mulierum uti industria. Verba doctissimi viri sunt ista: "Ἐνθα καὶ ἔθος ἐδίδαξε τὸ Ἀττικόν, ὡς ἄρα γυναῖκες ἦσαν ἔχαι ἀλετριδες μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱ ποπανοποιοὶ μιμῶμενοι τὰς φύσεις, τὰς πλακῆσας, ὅσα τοῖς θεοῖς ἀνιάσι ζῶα καὶ φυτά. Conferendus est cum istis Procli pulcherrimus Theocriti locus in descriptione pompae Ptolemaicae. Ait poeta recensens pompae illius fercula: "Εἰδατά δ', ὅσα γυναῖκες



ἐπιπλαθάνη πονέονται, Ἄνθεα μίσογοισαι λευκῶ πικροῖ ἀμ-  
 ἀλεύρω. Ὅσσα τ' ἀπὸ γλυκερῶ μέλιτος, τὰ τ' ἐν ὑγρῶ  
 ἐλαίῳ Πάντ' αὐτῶ πετεηνά, τὰ θ' ἔρπετὰ τῶδε πάρσι.  
 Mos autem, de quo Plato et Proclus, non in omnibus  
 sacris obtinuit Athenis. Nam in Furialibus id ministe-  
 rium obibant nobiles ephēbi: quod docet nos Philo Jud.,  
 cuius verba subscripsi, quia sunt elegantissima. Διό μοι  
 δοκεῖσιν οἱ τῶν Ἑλλήνων ὀξυθερκέσατοι διάνοιαν, Ἀθηναῖοι,  
 (ὅπερ γὰρ ἐν ὀφθαλμῶ κόρη, ἢ ἐν ψυχῇ λογισμός, τῆτ'  
 ἐν Ἑλλάδι Ἀθῆναι) τὴν ἐπὶ ταῖς σεμναῖς θεαῖς πομπὴν  
 ὅταν ἐλλῶσι, δῆλον μηδένα προσλαμβάνειν τὸ παράπαν,  
 ἀλλὰ δι' ἐλευθέρων ἕκαστα τῶν νενομισμένων ἀνδρῶν τε καὶ  
 γυναικῶν ἐπιτελεῖν, καὶ ἔχουσιν αὖ τύχην, ἀλλὰ βίον ἐξη-  
 λωκίτων ἀνεπίληπτου· ἐπεὶ καὶ τὰ πρὸς τὴν ἐορτὴν πέμ-  
 ματα τῶν ἐφήβων οἱ δοκιμώτατοι σιτοποιῶσι, πρὸς εὐδο-  
 ξίας καὶ τιμῆς, ὅπερ ἐστὶ, τὴν ὑπηρεσίαν θέμενοι. Ut ad  
 pensum redeamus, ferri diutius non debet monstrum le-  
 ctionis in IX. versuum Menandri: ὁ μάγειρος γὰρ ἐν Πι-  
 χηχέτε ποιεῖ. Nam ex I. XIV. scribendum: ὁ μάγειρος  
 γὰρ ἐγγύτης ποιεῖ, Πλακῆντας ὀπτᾶ, χ. Probat autem,  
 omnia perverse agi, quia coquus opera dulciaria effingat,  
 cum ejus sit munus, carnes coquere aut pisces, et con-  
 dimenta condire. E contrario ἡ δειπνός, inquit, co-  
 qui aemula partes illius obit, carnes coquit, turdos pa-  
 rat, et alia curat, quae ad coquorum curam pertineēt.  
 Hic sensus est sequentium versuum: Ἡ δειπνός δ' ἀντι-  
 παρατετραχυμένη Κρεάδι' ὀπτᾶ etc., vel, ut in I. XIV., Κρέα  
 διοπτᾶ. Etsi autem laxa significatione vocis δειπνον et  
 antecoenia et missus omnes cum bellariis continentur:  
 peculiari tamen notione ita vocabant missum medium,  
 qui ex solidioribus cibis constabat. Ideo super. I. extr.  
 δειπνε ἀρχῆ esse dicebatur missus ille, qui gustationem  
 excepit. Ita accipiendum moneo verbum δειπνεῖν in XIV.  
 et XVI. Menandri versu de coena loquentis, ubi perversa  
 sunt omnia: Ἐπειθ' ὁ δειπνῶν μὲν τραγηματίζεσθαι, Μυ-  
 ρισάμενος δὲ καὶ σεφανωσάμενος πάλιν Δειπνεῖ . . . . τὰ  
 μελίπηκτα τῆς κίχλαις. In postremo versu deest vox  
 una: haud scio, an σύναμα. Appellat νοσσάδας ὄρνεις Se-  
 leucus vel potius Panyasis pullos gallinarum. Eustathius:  
 ὡς δὲ καὶ συγκόπτει τὸ οἰκειῶν ἢ τοικύτη λέξις (νεοττός)  
 κατὰ τὸ νεγγάτεον νηγάτεον, δηλῶσιν αἱ παρὰ τῶ Ἀθη-  
 ναίῳ νοσσάδες ὄρνεις. Lego mox cum doctis viris: Φέ-  
 ρεσθε τῇ παρθένω δῶρα σησαμίδας. At non illis assentior,  
 cum in Simonideis versiculis, Ὅς δερὶ πάντας νίκασε νέεσ

P. 306.





Δινάεντα βαλῶν Ἄναυρον ὑπερ, corrigunt Ναῦρον. Vide, quid sit vulgatorum exemplarium fidem sequi temere. Nam virum doctum, qui ita censuit, in eum impulerunt Strabonis editiones, quae nostram praecefferunt: in quibus Ναῦρος hic Thessaliae fluvius nominatur. Perperam, ut olim diximus, et est certum atque indubitatum.

## CAPUT VICESIMUM SECUNDUM.

*Deliorum coquorum nomina explicantur, Gongylus, Magadis, Artyfilaus, Artystragus. Delii cur Rhenaeci dicti. Critonis Philopaeemon, et aliae fabulae. κοπίδων συνώνυμος. Daeton et Ceraon dii veterum.*

Delii, inquit ex Apollodoro Athenaeus, coquis suis nomina indere soliti a ministerio, quod plurimum obibant. Inde originem habent Deliacorum coquorum appellationes, *Gongylus* et *Magadis*, vel, ut scriptum in excerptis, *Magasis*. ἐπειδὴ τὰς μάζας, Φησὶν Ἀριστοτέλης, ἐν ταῖς θοῖναις δι' ἡμέρας τρίβοντες παρεῖχον, ὥσπερ ἐν γυναιξὶ γογγύλας μεμαγμένας. Sine dubio latet vulnus in hac pericopa. Vult exponere duarum superiorum vocum, *Magasis* et *Gongylus*, τὸ ἔτυμον. Magasidas coquos fuisse nuncupatos, qui in sacris epulis totos dies mazas subigerent. Hactenus recte. Quid illa sibi volunt, ὥσπερ ἐν γυναιξὶ γογγύλας μεμαγμένας; Oculis corporis nihil invenio in blattariis membranis, quod in hoc aestu me adjuvet. Oculi p.307. mentis videtur invenisse veram lectionem: ὥσπερ οἱ Γόγγυλοι γογγ. μεμαγμ., vel etiam, retenta voce γυναιξί, ὥσπερ καὶ γυναιξὶ Γογγύλας γογγύλας μ., sicut et *Gongylē* ita sunt dicti, quod mulieribus conficerent, quas vocabant *gongylas mazas*. Excerpta sic: ἐπεὶ τὰς μ., Φ. Ἀρ., ἐν ταῖς θ. δι' ἡμ. τρ. παρεῖχον γογγύλας. Ita nullum erit discrimen inter *Magasidas* et *Gongylos*. Cur superioris conjecturae nos poeniteat, opinor, non est. Quid si tamen illa quidem vera? Venit enim nobis in mentem loci cujusdam Aristophanei, quem suspicio est ex ora libri in contextum verborum esse admissum inconsulto, et cum Aristotelis verbis in unum veluti cinnum confusum. Comici versus in Pace sunt: Ἦν μὴ παραθῶ τρίψας δι' ἡμέ-



ρας ὅλης "Ωτπερ γυναικὶ γογγύλην μεμαγμένην. Illorum  
 coquorum, quos Delii Ἀρτυσιλάας et Ἀρτυσιτρέχας voca-  
 bant, subobscura est nominis ratio: non aliter tamen li-  
 bri manuales, nisi quod Ἀρτυσίλειω scribit eclogarius.  
 In istis, Πολυκράτων ὁ Κρίτωνος Ῥηναίης δίκην γραφί-  
 μενος, ἢ Δηλίης αὐτὸς ὀνομάζει, ἀλλὰ τὸ κοινὸν τῶν ἐλεο-  
 δυτῶν ἐπητήσατο, restituimus priscam scripturam Ῥη-  
 ναίης, quae improbo scelere fuerat mutata in Ἑρηναιίης.  
 Polycrato, ait, Critbonis f., dicam Rhenacis aliquando impe-  
 git: quos tamen Delios appellavit nunquam, sed actionem  
 suam inscripsit: *Adversus τὸ κοινὸν τῶν ἐλεοδυτῶν, com-  
 mune coquorum.* Rhenaci sunt incolae Rhenae, vel, ut  
 alii vocant. Rheneae, parvae insulae ad Delum, quatuor  
 tantum stadiorum intervallo distitae. Hanc Polycrates  
 Samius olim Delio Apollini consecravit. ἀλύσει δῆσας  
 πρὸς τὴν Δῆλον, *Delo annexam catenis*, ait Thucydides.  
 Quare et Rhenaci ex eo Delii dicti. Imo vero omnes  
 Delii Rhenaci erant: quia enim neque nasci neque denasci  
 in Delo fas erat, et primum et ultimum vitae diem in ea  
 insula omnes agebant. Puto tamen, excidisse hinc vo-  
 cem ita restituendam: Ῥηναίης δίκην γραφόμενος, ἢ Ῥη-  
 ναίης ἢ δὲ Δηλίης αὐτὸς ὀνομάζει, *in actione contra Rhenacos,*  
*neque Rheuacis, neque Delios eos vocavit.* Non facile di-  
 xerim, qui sit factum, ut in nostra editione scribatur:  
 Κρίτων δ' ὁ κωμωδοποιὸς ἐν Φιλοπρίγμονι. Nam prius ede-  
 batur Φιλοπρίγμονι, quo nomine etiam Timocles comoe-  
 diam docuerat. Ego non memini, quando hunc scripto-  
 rem cum MSS. contuli, et ex iis emendavi, usquam ita  
 scriptum reperire: nisi forte in Palatino codice, qui nunc  
 ad manum non est. Caeterum Critonis hujus drama *Ae-  
 tolos* laudat Pollux l. IX. et *Messeniam* l. X. c. 7. Illum  
 versum, Ναύκληρον ἐν τῷ λιμένι ποιήσας ἄπλεον, inter-  
 pretor, *cum in portu naviculatorem constituisset hominem navi-  
 gationis expertem.* III. versus est: Καὶ Φορμιῶσαι ναῦς  
 ἀναγκάσας δύο. Equidem ista non intelligo, nisi hoc  
 similive modo corrigamus: Καὶ ἀφορμίσασθαι ναῦς ἀναγ-  
 κάσας δύο. *Cum coëgisset naves duas stationem deferere,* id  
 est, navigare. VI. versu, Οὗτος τρία μόνον ἀγαθὰ κε-  
 κτῆσθαι δοκεῖ, scribendum est μόνος. Solus hic locus tria  
 p. 308. habet parasitis admodum utilia et bona. Quod sequitur  
 testimonium ex Achaeo, Τίς ὑποκεκρυμμένος μένει σαρα-  
 βάκων νοπίδων συνομώνυμο, corruptissimum est, neque in-  
 terpretari prius, quam emendaveris, licet. Alius aliam  
 afferet medicinam, nobis haec non displicebat: Τί δ' ὑπο-



πεκρυμμένος μένει; σαλάνων, κοπίδων σύ γ' ὀμώνυμοι; *Quid te clam occultans manes nequam, qui vulgo copis cluis? σαλάνων* proprie quis dicatur, notum ex Aristotele et Theophrasto. Hic simpliciter accipio pro improbo aut nequam homine. Vocat autem κοπίδων ὀμώνυμον, quasi dicas *victimarium* vel *carnium ad minutalia incisorem*. κοπίδας in coquorum instrumento recensent veteres. Ariston in epigrammate de coqui supellectile: *Σπόγγον ὑπὸ σιβαρῶν κεκλιμένον κοπίδι*. Ex eo κοπίδας appellarunt Delphi eos, qui in culinis copidas tractarent. Athenaei quae sequuntur verba, hanc interpretationem non obscure confirmant. Ait: *ἐπισκώπτει γὰρ οἱ Σατύριοι τὰς Δελφάς ὡς περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς θολύνας διατρίβοντας*. Doctis viris οἱ Σατύριοι sunt *satyrici poëtae*. Minime vero. Non meminerant, satyram totam esse Romanorum: et si tragicorum erant quaedam satyrica dramata, at ipsi ex eo nunquam satyrici poëtae dicti. Scribo οἱ Σάτυροι, et intelligo Satyros, quos in Alcmaeonem suam introduxerat Achaeus. Ex praecedentibus ita exponendus est hic locus. Quae de ridiculis veterum Graecorum numinibus, Daetone, Ceraone et caeteris, paulo post narrantur, totidem fere literis apud Eustathium leguntur in Od. comment. Non dissimilia apud veteres Romanos deorum mendicabula, de quibus s. Augustinus et alii patres.

## CAPUT VICESIMUM TERTIUM.

*Hydraulica organa κατὰ κλέψυδραν. Ctesibius rerum pneumaticarum auctor. γίγγυρος et γίγγυράϊνοι αὐλοί. Gingrire. χηνίσειν. ἐκχορδῆσθαι. ἡμμένος Φιλοσοφίας. πετάσσει ἐπιτεθειμένοι. προσώπια. ὄνοι γέμοντες οἶνος. Multa emendantur.*

Apud veteres Graecos et Romanos conviviorum haec ratio fuit, ut, postquam corpora dapibus satiaffent, oculos auresque varie oblectarent. Ideo finitis epulis acroamata, tibicinae, saltatrices, et qui dicebantur Bacchi artifices, in coenationes introducebantur. Haec est causa, cur Athenaeus XIV. demum l. de musica et musicis in-

Athen. P. III. T. I.

B b



strumentis serio tractet. Nam qui fuit ordo conviviorum, idem est horum librorum, ut saepe diximus. Mirari igitur licet, quo consilio vir eruditissimus huc inferferit sermonem de organis musicis, qui deinceps hoc in libro habetur: est enim alieno loco positus, cum ad l. XIV., ut diximus, pertineat. Sed videtur Athenaeus nihil eorum voluisse praetermittere, quae in eo convivio dicta essent, cui apud Larensem interfuerat. Quare etiam alius erat ab illo assignatus locus huic tractationi: quia tamen inter p.309. epulas de musicis quibusdam instrumentis sermo ex occasione incidere, noluit auctor committere, ut ea pars τῶν ἐπιτραπέζιων λόγων in hoc opere desideraretur. Verum hac de re plura nobis alio loco erunt dicenda. Nunc Athenaei verba percurramus. Ait: καὶ τὸ ὑδραυλικὸν δὲ ὄργανον δοκεῖ κλεψύδρας εἶναι. In excerptis κλεψύδρα εἶναι. Quo modo legere interpretes. Membranae κλεψύδρας. Sine dubio scribendum cum Eustathio κατὰ κλεψύδραν. Absurdum est dicere, *hydraulicum organum esse clepsydram*: verissimum est, *clepsydram ea referre*. Ait: διίανθμένων ἀξίνων διὰ τῶν ὀργάνων. Haec videtur citra controversiam recta scriptura, ut vidit etiam Dalecampius. Nam et Vitruvius *axes ex torno subactos* in hydraulicorum descriptione habet. Omnes tamen manu exarati codd. ἀξίνων retinent. Ait: ἔοικε δὲ τὸ ὄργανον βωμῶ σρογγύλῳ. Hero comparat βωμίσκῳ, Vitruvius *arae* et *arulae*, ut emendavit Turnebus. Addit: καὶ Φασι τῆτο εὐρήσθαι ὑπὸ Κτησιβίη κερῆως ἐνταῦθα οἰκοῦντος ἐν τῇ Ἀσπενδοίῃ. Legendum ἐν τῇ Ἀλεξανδροίῃ. Ctesibius enim Aicrenus, ut vocatur a veteribus, res pneumaticas excogitavit Alexandriae in taberna sui patris tonsoris, ut disertissimis verbis narratur a Vitruvio l. IX. c. 9. Falsissimum est, quod putarunt docti homines, de Aspendo, Pamphyliae civitate, haec posse accipi: nam omnino locus emendationis eget, nisi dicere lubeat, fuisse aliquam urbem eius partem, quae sic vocaretur, in qua habitaverit Ctesibii pater. De eo statuunt eruditi: ego enim nullam habeo cognitam Aspendiam in urbe Alexandria, neque in eius vicinia. Tryphone auctore de hydraulici Ctesibius mechanicus librum ediderat. Hoc postquam dixit Athenaeus, subjicit continuo: ἐγὼ δὲ ἔη οἶδα, εἴπερ τὸ ὄνομα σφάλλεται. Melius MSS.: εἰ περὶ τὸ ὄν. σφ. Ego vero nescio, num in nomine sit error. Quis ille error in nomine, quem Tryphoni objicit? An quia mechanicum appellaverat Ctesibium hydraulicorum inventorem? Nam hy-



draulicorum ratiocinationes a tractatu de machinis Vitruvius quoque videtur separare. An in eo potius est error, quod auctorem hydraulicos non Ctesibium appellaverat Trypho, sed vel Chrysiptum, vel nescio quo alio simili nomine hodie in nostris libris depravato? Sequitur de tibiis Phoenicum: γιγγαίνοισι γὰρ οἱ Φοίνικες, ὡς Φησὶν ὁ Ξενοφῶν, ἐχρῶντο αὐλοῖς. Scribendum γιγγαίνοισι, ut in Eustathio, qui hunc locum describit ad ἔκψ. II. σ. Xenophontis locum quaerant studiosi: mihi enim in mentem nunc non venit, quin, si memini satis, nulla hodie in ejus libris ginginarum tibiatarum mentio. Porro has tibias tradit Athenaeus ita dictas, quod eas inflare moris esset in Adoniis: nam Adonim, inquit, vocant Phoenices Γίγγρην. Pollux quoque: ἡ Φοινίκων γλώττα Γίγγραν τὸν Ἀδωνιν καλεῖ, καὶ τέτω ὁ αὐλὸς ἐπωνόμασαι. Aliis placet, a fictitia voce γιγγρι nominatas esse tibias gingrinas. Festus deducit a verbo *gingrire*, quod de anseribus proprie usurpatur. Etiam Graeci *χηρίζειν* de tibia canentibus dixerunt, ut scribitur in XIV. Hebraeorum גִּיגְרִי quidam exposuerunt *anserem*, inde γίγγρος et γιγγρίζειν. τὸ ὕ mutatum in γ, sicut in aliis multis. Amphidis quintum versum leviter emenda, et scribe: Ἐν συμποσίοις ἐστὶ. τί δ' ἐκ ἀγείας. Et in fine: Ὅτι πάντα πράγματα ἀνατριαινώσει κρότοις. Elegantissimum verbum ἀνατριαινῶσαι, *perturbare, miscere omnia*. Nablum esse Phoenicum vel Hebraeorum inventum, ipsum nomen indicio est, ut ad Strabonem dicebamus. De nablo ait Sopater: — ἔτε τῆ Σιδωνίᾳ νάβλα Λαρυγγόφωνος ἐκκεχόρδωται τύπος. Hoc est: *neque Sidonii nabli fides sunt corruptae*. λαρυγγόφωνος τύπος periphrasis est fidium, per quas intentas sonus editur, ut per guttur vox prodit. ἐκχορδῶσθαι, ut ἐξαυλεῖσθαι. Unde dicuntur γλώτται ἐξηλυμέναι et παρεξηλυμέναι. Sequens Sopatri locus est corruptissimus, inscriptio etiam fabulae obscura, ut diximus I. super. Pro παγίς scribe παγίς cum interprete. Secundus Philemonis est imperfectus, hoc similive modo farciendus: Νάβλαν τιν'. ὁ δὲ νάβλας τί ἐστίν; εἰπέ μοι. Et mox: οἶσθα ἀγαθόν. Sophoclis e Thamyra testimonium nihilo emendatius legitur in membranis, quarum haec lectio, Λύρα μόνουλοι τε, χεῖμων τε ὡς, et sequente versu κωμασάσης. At in isto e Sopatri Bacchide, Καὶ τὸν μόνουλον μέλος ἤχησε, deest participium λαβῶν aut ἀναλαβῶν, ut in versu praecedente est Anaxandridae: Ἀναλαβῶν μόνουλον ἤληεν τὸν ὑμέναιον. Deinde sequitur Protagoridae locus ex eo libro, quem



scripserat de spectaculis in suburbano Antiochiae Syriae. Daphne dicto, celebrari solitis: Παντός δὲ ὄργάνων κατὰ μίτον ἤπται κροτάλων ὑπὸ Φανῆ πανδόρου, τῷ τε ἡδεῖ μοναύλω τὰς ἡδίστας ἀρμονίας ἀναμινυρίζει. Mendas esse in prioribus verbis multas, nemo est, quin fateatur. Dalecampii emendationes an genium habeant, alii judicent. Nobis sic videtur esse scribendum: Παντός δὲ ὄργάνων κατὰ μίτον ἤπται, καὶ κροτάλων, ἡδυφώνων τε πανδόρου. *Peritiam habet omnis organi fidibus constantis, et crepitaculorum, et pandori suaviter canentis.* ἤπται sic accipiendum, ut apud Aristotel. saepe ἤπται Φιλοσοφίας, *animum appulsi.* Et in Metaphysicis: τῆτο Φανερόν τοῖς καὶ μιστρῶς ἡμμένοις. *Vel mediocriter versatis in ea scientia.* ὄργανα κατὰ μίτον periphrasis est elegans eorum musicorum instrumentorum, quae ἐντατὰ et κερθραπτά nominantur. Aut legendum καταμίτρα, quod erit idem atque ἐντατῆ. Jam pro ὑπὸ Φανῆ, quod a sententia hujus loci est alienissimum, facimus ἡδυφώνων, quo nihil convenientius. Subjicit auctor elegantem locum Posidonii de ridicula expeditione Apamensium contra Larissaeos. Describitur eorum ornatus, cum in procinctu essent: qui potius comestibundis adolescentibus conveniat, quam veram pugnam pugnaturis. In ea historia sunt haec verba: πετάσα δ' ἐπιτεθειμένοι καὶ προσώπια, σκιάν μὲν ποιῶντα, καταπνεύσθαι δ' ἔκωλύοντα τὰς τραχήλους. Et si nihil variant codd. MSS., tamen scribendum omnino πετάσας. Nisi cui probetur metaplasma generis in hac voce. πετάσας vel πέ-

**P.311.** τασα ἐπιτεθειμένοι valet *petasati*, petasos habentes capitibus impositos. Sic apud Pausaniam: ἐπιτεθειμένη γυμναστῆ σχῆμα. Usitatus est τὸ περικειῖσθαι in hoc loquendi genere. προσώπια non aliud sunt, quam parvae personae, vel faciei tegumenta, ex tenui et subtili materia facta. Has personas ait Posidonius ita fuisse aptatas, ut faciem quidam inumbrarent, at vento non obfisterent, quo minus cervices afflaret. Apage larvas Dalecampii. Censent' vero, delicatulos istos vel ipsum nomen larvae patientibus auribus, et ut non ter in sinum despuerent, fuisse audituros? Quid autem cogitabat vir optimus, cum negationem ante κωλύοντα tolleret? Sequitur: ὄντας ἐφελκόμενοι γέμοντας οἶνον καὶ βρωμάτων παντοδαπῶν. Non nescio, γέμειν recte posse verti aliquando esse *opusium*: sed tunc, cum onus recipitur intus, et fit πλήρωμα τῆ βαζάζοντος. Sic navis γέμειν dicitur, onusta esse: plena videlicet γόμα. Asinos γέμοντας οἶνον non dixit Posidonius



pro *onustis vino*. Scribebam ὄνως ἐφ. καὶ γέμοντας ἀσκὺς οἴνε. Sed etiam alii auctores ea voce ita utuntur improprie. Monaulum dictum esse etiam *τιτύρινον*, ex Ameria Athenaeus, ex Athenaeo probat Eustathius. Minus recte apud Hesychium hodie *τιτυρῆνος*.

## CAPUT VICESIMUM QUARTUM.

*Percurritur Hedyli depravatissimum epigramma. Θεον μόνουλος. εὐπάλαμος. ἡδυμα. γλεύκεις μεμεθυσμένα παίγνια. καλαμαῦλαι, ξαπταῦλαι. Tibiae ἔλυμοι. αὐλοὶ μεσόκοποι. Mendae μύλται indicantur ac tolluntur.*

Ut probet Athenaeus, monaulum non aliud fuisse organum musicum ab eo, quod *καλαμαύλην* vocabant, Hedyli affert epigramma, non inuentum, sed multis mendarum portentis factum informe. Id igitur adscribemus hoc loco, siquam forte illius malis medicinam queamus excogitare: Τέτο Θεών ὁ μόνουλος ὑπ' ἡρίον ὁ γλυκὺς οἶκεῖ Αὐλητῆς, μίμω κῆν θυμέλῃσι χάρις, Τυφλὸς ὑπαὶ γήρωσ εἶχε, καὶ Σκίρπαλον υἱόν, Νηπίον τ' ἐκάλει Σκίρπαλον εὐπαλάμου Ἀεῖδειν αὐτῆ τὰ γενέθλια· τέτο γὰρ εἶχε Πᾶν μαρπᾶν ἡδυμα σημανέων. Ἡῦλει δὴ γλαύκης μεμεθυσμένα παίγνια Μυσέων, Νῆ τὸν ἐν ἀκρήτοις Βάτταλον ἡδυπότην, Ἡ καὶ Κώταλον, ἢ καὶ Πάγκαλον. ἀλλὰ Θεῶνα Τὸν καλαμαυλήτην εἶπατε, Χαῖρε Θεών. Theonem μόνουλον appellat, qui monaulo sciret canere. Metri lex vetabat dicere *μοναύλης*, ut *τυμβαύλης*, vel *μοναυλήτης*, ut in ultimo versu *καλαμαυλήτης*. Ex primi et ultimi versus comparatione intelligitur, monaulum et calamaulum idem esse; quod erat probandum. Tertium ita scribo: Τυφλὸς ὑπαὶ γήρωσ· εἶχε τὸν Σκίρπαλος υἱόν. *Quem habuit filium Scirpalus*, id est, Scirpali filium. Deinde lego: Νηπιαχόν τ' ἐκάλει Σκίρπαλος Εὐπάλαμον, Ἀεῖδων αὐτῆ τὰ γενέθλια. *Hunc recens natum Scirpalus appellavit Eurpalum*, cum ejus natales celebraret. εὐπαλάμους Graeci vocant homines manu folertes. Poëta ait; Scirpalum nomen hoc filio suo imposuisse animo praesagientem futuram illius τῆς αὐλητικῆς peritiam. Tibicinum et eorum omnium, qui tractant organa ἐντατὰ καὶ ψηλαφῆτὰ, eru-



ditos digitos esse oportet. Sic paulo post ait Athenaeus, Epigonum fuisse *μεσιώτατον κατὰ χεῖρα*. Ex his constare arbitror, scribendum esse in sequentibus: *τῆτο γὰρ εἶ-ε Τῆνομα, τῶν μολπῶν ἡδυσμα σημανέων*. Duriuscule dictum pro τὸ τῶν μολπῶν ἡδυσμα σημ., ut significaret *dulcedinem cantilenarum illius*: ἡδυσμα pro ἡδυσμα, ut *Ἰαυματὰ ἔργα* apud poëtam pro *Ἰαυμασὰ*, et alia id genus, de quibus alibi diximus. Postea ait, nomen Eupalami omen habuisse, et evaluisse illum tibicinem suavissimum. Lego: *Ἡὺλει δὴ γλεύκεις μευεθυσμένα παλῖνια Μεσίων*. *Ille igitur tibia canebat misto ebria ludicra, Musarum*. Aut omnia me fallunt, aut verissime ita emendamus. Nam *γλαύκης* ineptum est multis modis. Nostrum *γλεύκεις* plane confirmat vox *μευεθυσμένα*. Battalus, Cotalus et Pancalus nomina sunt sodalium Theonis sive Eupalami, qui soliti dies condere cum illo potantes. Merito igitur poëta illos testes ciet dulcium Theonis modulationum. Haec de epigrammate Hedyli. Addit auctor, sicut *καλαμαῦλαι* vulgo dicebantur, qui calamos inflabant, ita dictos esse *ραπαύλας τὰς τῆ καλήμη αὐλῆντας*. Scripta lectio *ραππαύλας*. Eustathius *ραπταύλας*, melius: est enim pro *ραπαταύλης*. Quare etiam sequentia in Athenaeo corrigenda: *τὰς τῆ ραπάτη αὐλῆντας*, vel certe *τῆ ραπάτη καλ*. Hesychius: *ραπάτην καλήμην καὶ τὰς ἐν αὐτῇ αὐλῆντας ραπάλας*. Scribe *ραπταύλας* vel *ραπαταύλας*. Tibias *ἐλύμεις* apud Sophoclem interpretatur Athenaeus Phrygias: alii longe aliter acceperunt, ut docebit te, si operae est scire, Hesychius. *μυτοκόπεις αὐλῆς*, qui hic nominantur, alibi non reperio. Breviator scribit *μεσόκοπεις*, quam esse rectam scripturam, non dubito. Hesychius: *μεσοκοποι αὐλοὶ, οἱ ὑποδέξεροι τῶν τελείων, μέσοι*. De hemiopsis tibiis producit Anacreontis testimonium in omnibus hodie exemplaribus valde corruptum. Ait Athenaeus: *περὶ ὧν φησὶν Ἀνακρέων· Τίς ἐρασμὴν θρέψας θυμὸν ἐσέβην τέρεν' ὡς ἡμίπονον ὑπ' αὐλὸν ὀρχεῖσθαι*. Tentarunt multi doctissimi viri horum verborum emendationem: quorum sententias non referemus, sed, quid nobis videatur, paucis aperiemus. Lego: *Τίς ἐρασμὴ σ', ὦ θρέαψ, θυμὸν ἐσέβη, τερένων ἡμιόπων ὑπ' αὐλῶν ὀρχεῖσθαι*; Videtur poëta Artemonem compellare, olim servum, postea luxus et mollitiei perfectum exemplum: quod ex alio ejusdem Anacreontis cantico scimus l. XII. magna ex parte descripto. In eum aut alium similis conditionis similiūque morum inveniens poëta, *Quae, inquit, libido, o serve, te invasit sal-*

D  
lea  
zē  
lee  
S  
ma  
de  
lit  
ter  
lum  
Me  
Gua  
Giga  
am  
cans





*tandi ad teneras hemiopas tibiās?* Postrema sane illa, *τερένων ἡμιόπων ὑπ' αὐλῶν*, non aliter concipienda esse, liquido constat ex ipso Athenaeo scribente aliquanto infra: *διὸ καὶ τέρενας αὐτὰς (τὰς ἡμιόπας) κέκλημεν ὁ Ἀνακρέων.* p.313. Non igitur est, quod vereamur omnibus membranīs fidem hic abrogare: sunt enim vitiatæ omnes. Quanquam hoc leve est, praent quod mox dicemus.

## CAPUT VICESIMUM QUINTUM.

*Indicatur paginarum aliquot insignis transpositio in omnibus antiquis codicibus commissa. Tibiæ hemiopi, lysiodi, citharisteriae. Euphorus historicus. Proverb. Μάγαδῖς λαλήσω μικρὸν ἅμα σοὶ καὶ μέγα. Βάρωμος et Βάρεμος. Phoenix organum. κλεψιάμβοι. Theopropi drama Ἀρμάτιον. Σκίνδαφος ὀξύινος. ὀξύα et πρόμαλος. Anaxilai fabula Λυραποιοῦς. Tibiæ pariambides. Voces Doricae αὐλόφιν et γεγαθῆν. Psalterium. Ptolemaeus Euergetes. Alexandrini dicaces. Tibia ἀλέκτωρ. Ionis Chii Φερεοί. Idaeus ἀλεκτρυών. ἰδη. ἐκτύπος αὐλός. Phrygius rhythmus. Tibiæ κώδων.*

De hemiopis tibiis loquens Athenaeus, necdum absoluto eo sermone, repente, quasi oestro quodam percitus, alio transfilit. Plane enim *παρὰ προσδοκίαν*, quod aiunt, lectorem suum in diversa rapit auctor, *ἀσύγκλωσα συγκλώθων πράγματα*, ut ait Plato, et, quae nihil omnino commune habeant, conjungens. Quid enim commune est disputationi de peregrinis et antiquis instrumentis musicae cum enarratione Homericorum conviviorum? Fatebor hoc loco errorem meum: nam qui rationem nullam excogitare possem, cur res adeo disjunctae *εἰς μίαν Μύκθον* τῆτε λόγῳ essent congestae, scriptorem eruditissimum saepius apud me *ἀταξίας* et supinae cujusdam negligentiae reum egi, eoque nomine poenas ab illo exegi. *ἀλλ' ἐν ἧν ἔτυμος ὁ λόγος*, dicebat olim Stefichorus, recantans opprobria, quae in Helenam temere effuderat.



Nobis quoque idem necessario faciendum. Nullum enim hic negligentiae exemplum ab auctore editum est, sed magna potius facta illi injuria ab iis, qui hoc opus transcripserunt. Nescio enim, quo casu factum sit, ut ex libro sequente transferrentur aliquot pagellae in locum hunc et in medium sermonem de tibiis hemiopis. Nam dubitari non potest, quin conjungi debeant, quae de illis tibiis hic dicuntur, cum iis, quae intervallo satis magno deinceps de iisdem observantur. Anacreontis verbis, quae super. c. emendabamus, subjiciuntur ista p. 177. in editione recente: εἰσὶν δ' οἱ αὐλοὶ ἔτοι ἐλάσσονες τῶν τελείων. Quae deinde sequuntur usque ad ista, Κατὰ μεταφορὰν Ἰξίων Φησί· Τὸν δ' ἡμίωπον καὶ τὸν ἐλάσσονα etc., quae habentur p. 182., omnia aliena sunt ab hoc loco, pertinentque alio, ut facile quivis intelliget admonitus a nobis. Vide l. sequ. c. I. Iis igitur in suum locum rejectis, jungamus, quae malo exemplo divulsa ab aliquot retro seculis fuere. Quare ita continuemus integram Athenaei de hemiopis tibiis observationem: οἶδαμεν

p. 314. δὲ καὶ τὰς ἡμιόπας καλεμένους, περὶ ὧν Φησιν Ἀνακρέων· Τίς ἐρ. Ξ. Ξ. ἐσ. τ. ὡς ἡμ. ὑπ' αὐλ. ὄρχ. εἰσὶ δ' οἱ αὐλοὶ ἔτοι ἐλάσσονες τῶν τελείων. κατὰ μεταφορὰν δ' Ἰξίων Φησί· Τὸν δ' ἡμίωπον καὶ τὸν ἐλάσσονα ταχέως ὁ μέγας καταπίνει. εἰσὶ δ' οἱ αὐτοὶ τοῖς παιδικοῖς καλεμένοις, οἷς ἐκ ἔσιν ἐναγωνίοις πρὸς τὰς εὐωχίας χρῶνται· διὸ καὶ τέρενας αὐτὰς κέκληκεν ὁ Ἀνακρέων. οἶδα δὲ καὶ ἄλλα γένη αὐλῶν et caetera ad l. fin. usque. *Notas habemus et hemiopus tibiis, de quibus Anacreon, Quae, inquit, libido, o serve, te invasit saltandi ad teneras hemiopus tibiis? Hae tibi ae minores sunt iis, quas perfectas vocant. Per translationem dixit Ixion: Hemiopon et minorem cito magnus devorat. Sunt autem istae tibi ae eadem cum iis, quas pueriles vocant, quibus cum in commissionibus non esset locus, utebantur ad convivium. Ideo teneras dixit illas Anacreon. Non poterant Platonica illa humani corporis ἡμίτομα aptius copulari aut arctius, quam ista inter se cohaerent. Versus Ixionis de piscibus intelligi debet. ἡμίωπος ἰχθύς, ut si Latine dicas *cingrinam arquam* pro parva: quia cingrinae tibiae erant breves. Pisces minutos praedam et escam esse magnorum, certum est, et multis magnis auctoribus testatum, ut olim dicebamus ad I. Strabonis. Athenagoras in apol. pro Christianis eodem verbo usus in eadem sententia: οἱ δίκην ἰχθύων ζῶντες· καὶ γὰρ ἔτοι καταπίνεσι τὸν ἐμπεσόντα ἐλαύνοντες ὁ ἰσχυρότερος τὸν ἀσθενέ-*



*νέερον.* Sed quisnam iste Ixion poeta? Nam Demetrium Ixionem grammaticum ex Diogene Laërt. et Athenaeo satis habemus notum. Ixionem poetam neque Athenaeus alibi, neque alius quisquam, opinor, commemorat e veteribus scriptoribus. Suspicio, scribendum esse Ἴων Φησι, non Ἰξίων Φ. Ion Chius inter antiquissimos et celeberrimos poetas notus omnibus. Tentari etiam potest nec absurde scripsisse Athenaeum: κατὰ μεταφορὰν δ' Ἰξίων Φησὶν ..... Τὸν δ' ἤμ. In lacuna haec aut similia defunt: εἰρημέναι Ἴωνα τὸν Χῖον· Τ. Atque haec de hemio-  
 pis Athenaeus et nos cum illo. Cum istis pulcherrime cohaerent, quae sequuntur deinceps ad fin. huj. l. Pergit enim auctor varia tibi-  
 arum genera recensere, de quibus dictum hactenus non est. Nimis certum, haec ita continuanda esse: clara enim et aperta est series disputationis et ἡ τῶν λόγων ἀλληλεχία. Hunc tamen errorem tantum neque interpretes odorati sunt, neque eruditus ille grammaticus, qui ante tot saecula epitomen horum librorum contexit. Sequitur enim is quoque κατὰ πόδας ordinem, qui in libris editis. Nos ipsa potius Athenaei vestigia premamus, et reliquam de tibiis disputationem percurramus. Ait igitur: οἶδα δὲ καὶ ἄλλα γένη αὐλῶν, τραγικῶν τε καὶ λυσιπῶν, καὶ κιθαρῖνων, ὧν μνημονεύουσιν Εὐφορος ἐν τοῖς Εὐρήμασι. De *lystodis* tibiis adi ad l. XIV. κιθαρῖναι tibiae adhibitae in concentum cum citharis. *Euphorus*, qui scripsit de priorum inventis, sitne Ephorus, notus omnibus historicus, an alius, nondum constitui. Tibiam magadim et gravem et acutum sonum edidisse ἐν ταύτῳ, id est, simul, probat auctor testimonio Alexandridae, cujus est hic versiculus: Μάγαδιν  
 λαλήσω μικρὸν ἅμα σοι καὶ μέγαν. Scio, sic legi hunc versum et alibi in Athen., et apud veteres nonnullos grammaticos. Sed mihi durius dictum videtur μάγαδιν λαλεῖν pro inter loquendum magadim imitari. Deinde etiam illud, si quid iudico, duriusculum, μάγαδις μέγας aut μικρός pro gravi aut acuto magadis sono. Excogitavimus igitur planiorem et non paulo venustiore lectionem: Μάγαδις λαλήσω μικρὸν ἅμα σοι καὶ μέγα. Corruerunt, qui non videbant, particulam, similitudinis indicem, venuste omissam esse. *Loquar tecum, ut magadis, alte et remisse.* De tibiis ex hinnulorum ossibus dictum l. II. extr. Ait: τὸν γὰρ βάρωμον καὶ βάρβιτον, ὧν Σαπφὼ μνημονεύει. Non βάρωμον, sed βάρμον l. XIV. scribitur. Putabam, voce βάρμον alludi ad etymum vocis βάρβιτος.



Nam persuasum fuit veteribus Graecorum criticis, βάρβιτον quasi βαρύμιτον esse dictam: cum vel Strabone teste barbara sit ea vox Graecis et Syriaca. Sed baromum sive barmum distinguit auctor a barbito. Additur: Ἀρισόξενος δ' ἐπιφύλα ὄργανα καλεῖ Φοινικιάς. Legebam: καὶ ἐκφ. ὄργ. καλεῖ καὶ Φοινικιά. Neque enim *phoenicica* ullum musicum organum nominatum. Pleraque autem eorum, quae hic commemorata sunt, a Syris Graeci acceperant. Sed scribendum καλεῖ Φοινικίας ex l. XIV., ubi geminus huic locus: et scribit ibi Athen., *phoenicem* organum a Syris inventum ταύτης τυχεῖν τῆς προσηγορίας. Noli quaerere κλεψιάγγες, qui statim nominantur ex Aristoxeno, apud scriptores alios. Nusquam reperies. Legendum κλεψιάμβος. Hesychius: κλεψιάμβοι, Ἀρισόξενος μέλη τινὰ παρὰ Ἀλκμῶνι. Vides, eundem auctorem laudari ab Athen. et Hesychio. Nominis causam explicat noster l. XIV.: ἐν οἷς παρελογίζοντο τὰ ἐν τοῖς ἰάμβοις, κλεψιάμβος ἐκάλεσεν. Quare jubeamus μακρὰν κλαίειν commentitios istos *clepsimpos* et illa *furtiva vasa*, interpretum somnia. In excerptis non melius κλεψιάμβος. Platonis locum exple atque explica ex ipso: nam pauculorum verborum praetermissio contrariam ejus menti sententiam hic peperit. Plato enim negat, remp. a se institutam artifices alituram τριγῶνων καὶ πηκτίδων et caeterorum. Matronis imitatio Homericæ est in his ita scribendis verbis atque exponendis: Οἱ δ' ὑπὸ πασσαλόφιν κρέμασεν, ὅθι περ τετάνυστο Σκίνδαφος. Illi vero paxillo id appenderunt, unde etiam *scindapsus* pendebat. Prima verba, quid paxillo appenderetur, non declarant. Fortasse aliud musicum instrumentum; fortasse lagena vini, ut in illo Hermippi comici: Χία δὲ κύλιξ ὑψὲ κρέμαται περὶ πασσαλόφιν. Theopompi Colophonii poema, Ἀρμάτιον in libris publicis inscriptum, in membranis dicitur Αἰμάτιον et Αἰματία. De quo pronunciet quisque τὴν ἀρέσκειαν. Inde sunt haec: Σκίνδαψον λυρόεντα μέγαν χεῖρεσσι τινάσσαν Ὀξύινον, προμάλοιο τετυγμένον αἰζήεντος. Dalecamp. scribit Ὀξύων in init. post. vers.: quod sententiae non potest convenire. Lego Ὀξύινον, *fagineum*. Nam ὀξύα Theophrasti, quam *scissimam* indigetavit Theodorus Gaza, iudicio eruditorum fagus illa est. operibus ligneis apta arbor, de qua Plinius l. XVI. c. de lignis sectilibus: *facilis et fagus, quanquam fragilis et tenera: eadem sectilibus laminis in tenui flexilis, capsisque ac scriniis sola utilis*. Ex hac arbore factum *scindapsus* ait poeta. Sed videntur ad *scindapsi* fabricam non



unius generis ligna desiderata. Ideo subdit: προμάλιο τετυγμένον αϊζήεντος. *Eiahoratum e ligno promali grandis. αϊζήεντος* valet εὔτραφῆς, interprete Hesychio. τετυγμένον interpretor non de praecipua scindapsi materia, sed de ligno ad quasdam partes necessario. Sic observat Theophrastus in V. de plantis, ilicem esse utilem non simpliciter ad lyram, sed ad ζυγὰ λύραις καὶ ψαλτηρίοις. Promalum esse arboris, non fruticis nomen, ad Theocritum probabamus. An sit myrica sive tamarix, quaerant amplius rhizotomi. Non inemini legere alibi fabulae titulum Λυροποιός, cuius mox sit mentio: Ἀναξίλας, inquit, ἐν Λυροποιῶ. Apud Stobaeum tamen serm. LV. citatur Anaxilas ἐν Μυροποιῶ. Sed puto, scribendum Λυροποιῶ aut certe Λατροποιῶ. Pollux l. VII. c. 30. in sermone de balneis: Ἀναξίλας λατήρια ἀνόμασε τῆς νῦν λατήρας, ἐν Λατροποιῶ λέγων. Ἐν τοῖς βαλανείοις ἔτίθεται λατήρια. Eadem repetit l. X. c. 10. *Pariambidas* videntur appellasse veteres tibiarum genus quoddam jambicis versibus aptum. Apollodorus, auctore Hesychio: παρὰ τῆς λάμβας αὐτάς φησι πεποιῆσθαι, ἃς οἱ κιθάρωδοι ἔδιδαν. Athenaeus testem citat Epicharmum, qui in Periallo sic illarum meminerit: Σεμέλα δὲ χορεύει, καὶ ὑπαλίσφιν σοφὸς κιθάρα παριαμβίδας· ἃ δὲ γεγαθεῖ πικινῶν κρεγμῶν ἀκροαζομένα. Non semel questi sumus de Epicharmi fato, cuius omnia pridem haec cum fuere, pauculis fragmentis exceptis, quae in hoc potissimum scriptore hodie supersunt. Illa vero fere sunt omnia quam corruptissima. Quid enim hac lectione contaminatus? Lego: Σεμέλα δὲ χορεύει ὑπ' αὐλόφιν καὶ κιθάρα καὶ παριαμβίδεσι. *Saltat semel ad tibiam et citharam et pariambidas.* αὐλόφιν, ut πασσαλόφιν, et ὀσέοφιν, et similia. γεγαθεῖν verbum est Sicalae formae, ut aiunt antiqui critici, pro γαθέω, ut πεπλήγω, πεποιῆω et id genus. Tamen MSS. γεγήθει. Quod varie accipere est. De psalterio multa doctores ecclesiastici, Hieronymus, Chrysostronus, Augustinus, alii. Sicut autem pleraque alia musica instrumenta a Syris mutuata sunt Graeci: ita hujus et inventum et nomen Syris imputarunt. Ac miratus sum saepe, jam inde a temporibus Nabuchodonosori, vetustissimi regis Babylonii, psalteriorum nomen in ultimum fere Orientem penetrasse. Nam apud Danielelem יִרְתַּנְסָה, *psalterin*, Graeca sunt ψαλτήρια. Videtur autem Athen. psalterium distinguere ab alio organo, quod vocat ψαλτήριον ὄρθιον, quodque proprio nomine *lyrophoenix* dicebatur. De hoc fortasse de-



bent intelligi b. Chrysofostomi verba in proth. ad psalm.:  
 ψαλτήριον τῶν ἐντατῶν μὲν ἦν, πλὴν ὄρθιον, καὶ ἄνωθεν  
 p.317. εἶχε τῶν Φθόγγων τὰς ἀφορμὰς. In versu Sophoclis scri-  
 be ἀντίσπασα, retracto accentu. Non enim potest esse  
 pro ἀντισπάση. Πολὺς δὲ, ait, Φρύξ τρίγωνος ἀντίσπασά  
 τε Λύδης ἐφύμνει πηκτίδος συγχορδία. *Multus resonabat*  
*trigonus Phrygius, si contrario resonabat Lydiae pectidis*  
*concentus.* Ptolemaeus, rex Aegypti, sub quo vindicatas  
 ab interitu literas scribit Athenaeus, in historiis dicitur  
 Euergetes secundus: Alexandrinis et vivus et mortuus  
 Cacergetes est appellatus, ut hoc loco docet auctor. Sic  
 soliti Alexandrini in suorum regum mores magna liber-  
 tate jocari, alium Gastronem aut Physconem, alium Cy-  
 biosacten appellantes: erant enim eo plane ingenio, quo  
 fuisse Antiochenses in Misopogone prodit Julianus. Hic  
 Ptolemaeus etiam contra fratrem bellum gessit: quae  
 causa est, cur occiderit postea πάντας τὰς κατ' αὐτὸν ἐφη-  
 βήσαντας. Nam eorum maxime suspecta erat fides ty-  
 ranno, qui a pueritia cum fratre assuevissent. In Aristo-  
 phanis verbis inducendum τὸ αὐτήν. Ita plana erunt cae-  
 tera. Ion Chius, inquit, tibiam vocavit ἀλέκτορα isto  
 versu: Ἐπῆδ' αὐλὸς ἀλέκτωρ Λύδιον ὕμνον Ἀχαιῶν. In  
 promptu causa est: nam et gallus gallinaceus et tibiae  
 cantu dormientes excitant. Similiter Aeschylus *Solem* vo-  
 cat *Ἰουλις αἰτέτη*, id est, ἀλέκτορα, in Supplicibus: Καὶ  
 Ζηνὸς ὄρνιν τόνδε νῦν κικλήσκετε. Scholiastes: Ζηνὸς ὄρνιν,  
 ἥλιον· ἐξανίσησι γὰρ ἡμῶς, ὡς ὁ ἀλεκτρυών. Poetae hujus  
 Φερρῆς adducit in testimonium etiam Hesychius in νιΦόεσ-  
 σα Ἐλένη. In ea fabula cum Ulyssie loquens Helena ver-  
 sum hunc pronunciabat, quem in Ranis usurpavit comi-  
 cus: Προθεῖ μὲν, ἐχθάρει δὲ, βέλεται δ' ἔχειν. Ex eodem  
 dramate adducit Athenaeus: Προθεῖ δὲ τοι σύριγγ' Ἰδαῖος  
 ἀλέκτωρ. Ubi, sicut observat auctor, τὸν ἀλεκτρυόνα  
 Ἰδαῖον εἶρηκε σύριγγα. Offendit me orationis hujus τὸ ἀμ-  
 φιβολον· difficile enim dictu, vox Ἰδαῖον quo pertineat.  
 Eclogarius ita accipit: ἀλλαχῆ δὲ τὸν ἀλεκτρυόνα Ἰδαῖον  
 σύριγγα κέκληκε. *Gallum gallinaceum appellavit Idaeam*  
*fistulam.* Ἰδαῖον valet factam ex buxo, ut exponit Dalec.,  
 vel *in sylva natam* simpliciter: nam Ἰδην quamvis sylvam  
 dicebant etiam vulgo. Pollux: ἔσι δὲ εἰπεῖν εὐθηρος γῆ  
 καὶ εὐθηρος Ἰδη. Idem: τόποι δὲ θηρίων, Ἰδαι, νάπαι, ὕλαι,  
 ὄρη. Et: τὰ δὲ ταῖς Ἰδαῖς τε καὶ ὕλαις χαίροντα. Alibi:  
 εὐναὶ λαγῶν, Ἰάκωνοι συνηρεφεῖς, Ἰδαι ἀμφιλαφεῖς. Apud  
 Homerum Idaeus nobilis est Trojanorum praeco. Suspi-

Dis

Ez

Hoc

tam

debe

quidi

quam

vardi

tomat

pats e



catus sum nonnunquam, eo alluisse Ionem, appellasse-  
 que praeconem fistulam et gallum gallinaceum, quarum  
 appellationum ratio perspicua. Athenaei verba huic menti  
 inserto καὶ accommodaveris: τὸν ἀλεπτρόνα Ἰδαίου εἴρηκε  
 καὶ σύριγγα. In sequente versu, Ἐκτυπον ἄγων βαρὺν  
 αὐλὸν τρέχοντι ῥυθμῶ, scripta lectio est τρέχοντα, quod  
 refutat epitoma, in qua sic est adnotatum: Ἴων ῥυθμὸν  
 τρέχοντα τὸν Φρύγιον καλεῖ. Quid est ἔκτυπος αὐλός; *tibia  
 canora et bene resonans?* Sonus ἔκτυπος, *clarus et perspi-*  
*cius*, proprie locum habet in iis, quae de alio sunt ἀκρι-  
 βῶς expressa, et, ut Graeci loquuntur, ἐμμεμαγμένα.  
 Non male tamen scripserimus εὐκτυπα. De Phrygio rhy-  
 thmo scribitur in extr. l.: βαρὺς γὰρ ἔτος. παρ' ὃ καὶ τὸ  
 κέρασ αὐτῷ προσάπτειν, ἀναλογεῖν τῷ τῶν σαλπιγγων κώ- p.318.  
 δωνι. *C. vnu illud, inquit, quod adjicitur tibiae Phrygiae,*  
*proportione respondet codoni tubae, id est, vim eandem*  
*habet ad exacuendum gravem alias tibiae Phrygiae so-*  
*num, quam in tuba codon. Est autem κώδων orificium*  
*tubae, qua exit spiritus. Sed notandum est, cum multa*  
*fuerint tubarum genera, (sex enumerant veteres,) tibiam*  
*Phrygiam non cuicumque, sed tantum Tyrrhenicae fuisse*  
*similem. Eustathius: Ἐκτη, (tubae species,) Τυρσηνική,*  
*ἧς εὐρεταὶ Τυρσηνοὶ, ὁμοία Φρυγίῳ αὐλῶ, τὸν κώδωνα κε-*  
*κλασμένον ἔχουσα, λίαν ὀξύφωνος. Hactenus ad l. IV.*

## CAPUT VICESIMUM SEXTUM.

*Disputatur de sede legitima fugitivae partis, de qua  
 super. c. dictum est. Veterum criticorum dispu-*  
*tationes de loco Homeri Ἰλ. β. De vocibus συμ-*  
*περιφορὰ et συμπεριφέρεσθαι.*

**E**t si certi sumus, invasisse alienas sedes disputationem de  
 Homericis conviviis, quae sub l. IV. fin. legitur: unde  
 tamen profecta eo pedem tetulerit, et quo rejici domum  
 debeat, dubitari non sine ratione potest. Occurrunt si-  
 quidem duo in hoc opere loci, ubi locari haec dissertatio  
 quam commodissime posse videatur. Nam et l. I. convi-  
 vandi ratio heroum Homericorum prolixè, (quod ex epi-  
 toma facile intelligi potest,) fuerat exposita, et l. V. bona  
 pars est de conviviis ab Homero descriptis. Inclinat ta-



men eo sententia, quod tutius putem ad l. V. ista referre, quam ad l. Non leve, si quid iudico, ejus rei argumentum est ipsa locorum vicinia. Est enim multo probabilius, ex sequ. l. principio aliquot paginas in istius finem esse casu quodam translatas ab imperitis et aliud agentibus exscriptoribus vel bibliopegis, quam ex ullo alio, nedum primo. Sed multo clarius hoc ipsum parebit, si fugitivam hanc partem cum disputationibus primi quintique libri attente contuleris. Reperies non solum similia, sed omnino eadem esse ista cum iis, quae l. V. disseruntur. Quare eo rejiciamus censeo, quae nullum dubium est inde esse abscissa et avulsa. Porro ubi potissimum notari hiatus debeat in l. sequ., nondum pro satis comperto habemus. Quanquam ne illud quidem nimis erit obscurum studiose ista cum illis contendentibus. Verum statuat super hoc quisque, ut erit libitum. Nos, quod instat, agamus. Prima verba sunt haec: *Αἰσχύλος γοῦν κατὰ μέτρα σπιδάζοντας εἰσήγγχε.* Quo et quos? Merito duo ista hic quaeras. Nihil enim in praecedentibus habemus, unde possit intelligi, quos vocet *σπιδάζοντας*, et quo *εἰσήγγχε* illos, de quibus loquitur. Ex sequentibus mens clara auctoris: etsi haeremus in verbis. Nam illud, *κατὰ μέτρα*, junxerunt interpretes cum proximo verbo *σπιδάζοντας*, hoc sensu: Aeschylum in convivium, quod descriperat in una aliqua suarum tragoediarum, introduxisse convivas metrorum studiosos. Mihi ista sententia frigidiuscula videtur, ut est revera. Deinde *περὶ μέτρα* dicendum fuerat, non *κατὰ*. Quare aliter accipiendum. Sine dubio *σπιδάζοντας* appellat viros *σπιδῆς μεσούς*, ut loquitur Xenophon init. Symposii. Vide l. V. c. 2. In Huraldino exemplari, quod non minus hoc loco paginarum aliquot depravatione corruptum est, quam omnia Italica, mirificam vocem offendimus, *καταμστασπιδάζοντας*. Non potest id vocabulum ferri. Olim fortasse fuit *κατασπιδάζοντας*, id est, *de rebus seriis serio agentes*. Sic l. VI. *κατεσπιδασμένος ἀνὴρ*, homo navus. Verte autem: *Aeschylus in suis poëmatis convivas inducit de seriis tractantes*. Hoc vult Athenaeus, convivium Aeschylo scriptum virorum gravium fuisse, Xenophonteum missum ex gravibus et plebejis, Homerum plura descripsisse ex diversis generibus hominum et diversorum morum. Melius, ait Athenaeus, poëta *διέφορα* fecit, *καὶ παρατιθέμενος συμπότια*. Et ut sententiae melius sit, et ut ne vacet *τὸ καὶ*, scribo: *πολλὰ καὶ διάφορα παρατιθ. συμπ.* Cur





ita melius, causam adjicit: *πάλιν γὰρ ἐξ ἀντιπαροβολῆς ὁρᾷται μᾶλλον*. Quid hic facit τὸ πάλιν; Nempe hoc, quod *Veneri donatae a virgine purpurae*. Trudatur ergo vox inanis, et ejus loco scribatur: τὸ καλὸν γὰρ ἐξ ἀντικ. Recte, ait, fecit Homerus, qui plura et diversa convivia descripsit. Nam quod honestum est ac decet, rectius intelligitur ex comparatione plurium, quae sint diversa. Deinde enumerantur genera et causae conviviorum, quae apud summum vatem leguntur. τὰ δημοθροῦντων ἔχοντα et τὰ οἰκείων σύνοδον opponuntur, ut festa publica totius civitatis solemnitate celebrata, et quae privatim quisque cum amicis et necessariis agit. Quis nescit, quid appellent Graeci δημοτελεῖς ἑορταί; Tamen viri docti inter δῆμον et ὄχλον nesciverunt facere discrimen. Sequitur disputatio veterum criticorum super Homeri loco ex II, ῥαψ. β. Sapientissimus poeta inducit Menelaum ad fratris convivium venientem invocatum pro jure necessitudinis, quae est inter fratres: *Αὐτόματος δὲ οἱ ἦλθε βοήν ἀγαθὸς Μενέλαος*. Subjicitur in nostris libris hodie hic versus: *Ἴδее γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεόν, ὡς ἐπονεῖτο*. Negat philologus, τὸ ποιητῆ esse istum versum, sed παρεμβεβλημένον et subditivum. Quantum ex Athenaeo colligitur, ejus appendicis auctor Aristarchus, aut certe propugnator. Adversus hunc igitur haec disputatio instituta est. Ait: *Ἴδее γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεόν ὡς ἐπονεῖτο*. Anceps est versiculi hujus interpretatio. Si τὸ κατὰ θυμὸν jungas cum ἐπονεῖτο, erit sensus, quem probavit Dalec.: *norat, quod frater cruciabatur animo*. Eustath. jungit cum *Ἴδее*, et interpretatur: *norat animo, quod frater ἐπονεῖτο, ἤγυν ἐνήργει περὶ θυσίαν, parabat sacra et convivium*. Ait: *ὡσπερ δέον εἰπεῖν*. Eustath. et epit. *δέον ὄν*. Haec omnia ex persona Aristarchi dicuntur. Itaque τὸ Φησὶν in sequentibus, *πότερον γὰρ Φησιν, ὡς ἐκ ἡδὲ τὸν ἀδελφὸν ἐσιῶντα*; mutandum videtur in *Φαίη* vel *Φήσειεν*. Loquitur enim ipse Aristarch. aitque: *Utrum dicet aliquis, nescisse Menelaum, fratrem convivium celebrare?* Hinc colligit Aristarchus, probabilem esse versus, de quo quaeritur, sententiam. Addit: *καὶ πῶς ἔγελῶν, ὅποτε περιφανῆς ἦν βεβυστία καὶ πᾶσι γνώριμος*; Prior Aristarchi ratio ad probandum, quod verisimile sit, Menelaum rescivisse de convivio, quod ab Agamemnone agitabatur. Ridiculum est, inquit, putare, ignorasse Menelaum rem omnibus vulgo notam. Erat enim sacrificium splendidissimum, et in eam rem multae magnae-

p.320.



que victimae mactatae. Sequitur altera ratio: πῶς δ' ἄν ἤλθεν, εἰ μὴ ἤδει; *Quomodo, inquit, ad convivium Agamemnonis venisset Menelaus, si eum convivari nescisset?* Ad visendum aegrum nemo se accingit, nisi qui sciat, aegrotare: neque coenaturus quisquam ad alium venit, quin sciat, illum coenare. Quare cum ad fratrem accesserit Menelaus, ut ejus convivio interesset, ignorari ab eo non potuit, fratrem convivium celebrare. Quantum sit roboris in hoc argumento, alii viderint: mens qui lem Aristarchi haec. Hinc discite, τὸ ἐπονεῖτο cum Eustath. exponendum esse necessario: nam altera interpretatio ne venisse quidem videtur unquam Aristarcho in mentem. Subjicitur: ἢ, νῆ Δία, περισπωμενον, Φησὶν, αὐτὸν εἰδῶς, συνεγνωμέναι τῷ (malim τὸ) μὴ κεκληθέσθαι, καὶ συμπεριφέρουστος ἤλθεν αὐτόμαχος; *An, obsecro, hoc dicit, Menelaum, qui sciret, fratrem curis variis distrabi, veniam ei, quod se non vocasset, dedisse, et, ut convivio illius interesset, venisse invocatum?* Haec quoque loquitur auctor sub Aristarchi persona. Proponitur his verbis eorum sententia, qui dicebant, Agamemnonem fratris esse oblitum, sed illum, nihil offensum fratris oblivione, venisse αὐτόματον. Horum sententiam postea confutat Aristarchus. Sed prius, quam ad illa accedimus, observandum est verbum elegantissimum συμπεριφέρεσθαι, in quo exponendo utrum diligentior, an infelicior fuerit Dalecampius, incertum habeo. Ita ille: *et cum huc illuc obambulare, una cum caeteris eo pervenisse.* Non observaverat vir doctus, hoc verbum, quod proprie de corpore dicitur, solitum transferri ad animum. Itaque συμπεριφέρεσθαι dicitur, qui accommodat se alienae voluntati. Aeschines de ementita legatione: τοῖς γὰρ καιροῖς συμπεριφέρεσθαι ἀνάγκη πρὸς τὸ κράτιστον καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὴν πόλιν. Athenaeus I. XIV.: Ἰώνων δὲ τὸ πολὺ πλῆθος ἠλλοίωται διὰ τὸ συμπεριφέρεσθαι τοῖς αἰεὶ δυνασεύουσιν αὐτοῖς τῶν βαρβάρων. Hoc sensu saepe legas συμπεριφέρεσθαι et συμπεριφορὰν apud Clementem Alex., Epiphanium, Diogenem Laërt. in Zenone, Stoicorum principe. Ex quo lucem facias licet Photio scribenti in excerptis ex Iidori vita: ἔτε τετυφωμένος ἦν ὁ Ἰσίδωρος, ἔτε δυσόμιλος, ἐδ' ἠγνόει τὴν Στωϊκὴν συμπεριφορὰν. Chrysoft. in eam ad Titum: τὸ κεφάλαιον τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν ἀγαθῶν γυνὴ ἀνδρὶ συμπεριφερομένη. *Caput bonorum omnium alicujus domus est iuxta mariti sui voluntati suam accommodans.* Frequens verbum apud Simplicium in Epict. Euseb.: τοῖς κυκλικοῖς



συμπεριφερόμενοι οἱ Ἕλληνες, ἐξενίκησαν τὴν ἀλήθειαν.  
*Græci poetis epici cycli assensum commodantes, veritatem p 321.*  
*oppresserunt.* Sic fere accipiendum infra l. VII. init., ubi,  
 jubente Ulpiano, ut fisteretur circumlatio ciborum, re-  
 clamans Cynuleus, ἢ συμπεριφέρουσι, inquit, ὦ σοφώ-  
 τατε, ποῦ ἔτι τῆς ἐπιπέδο. Vide c. I. ad illum librum.  
 Septuaginta interdum hoc verbo elegantissime usi. Ut  
 Proverb. c. II.: ὁ υἱὸς συμπεριφερόμενος τῷ ἐαυτοῦ οἴκῳ κλη-  
 ρονομήσει ἀνέμω. In prototypo est **רצו**, quod significat  
*zurhare* Putarunt LXX. **רצו** id esse, quod aliis ver-  
 bis dicitur in Panareto c. 4. *φαντασιοκοπεῖν ἐν οἰμέταις.*  
 Atque hanc sententiam commodissime expresse-  
 runt verbo Græco, de quo loquimur: quo etiam alibi utuntur, sicut  
 jam diximus. Elegantissime s. Paulus apostolus hoc sensu  
 usurpavit verbum *συναπάγεσθαι*. scribens ad Rom.: *μὴ*  
*τὰ ὑψηλὰ φρονῶντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι.*  
 Hoc est, inquit s. Chrysostr., *εἰς τὴν ἐπεικῶν εὐτέλειαν κα-*  
*τάβηθι, συμπεριφέρεσθαι, συνταπεινῆ.* Observavimus autem,  
 peculiariter de convivii usurpari voces *συμπεριφορὰ* et  
*συμπεριφέρεσθαι*. Appellant autem *συμπεριφορὰν* acces-  
 sionem ad convivium, quando aliquis vocatur. Contra-  
 rium est Euseb. *τὸ μὴ ὑπακχεῖν.* Ut l. VI.: *Μένανδρος ἐν*  
*τῇ Ὀργῇ περὶ Φίλων λέγων ἔχ ὑπακχέοντος γάμων δείπνων*  
*Φησίν.* Item *τὸ παραιτεῖσθαι*, cum rogatus ad coenam ali-  
 quis excusatione utitur. Plutarchus in *praec. sanit.:* *ἢ*  
*παραίτησις, ἂν τὸ ἐπιδέξιον καὶ τὸ ἀσεῖον ἔχη. ἔχ ἦττον*  
*ἔσαι κενχρισμένη τῆς συμπεριφορᾶς.* Et saepius eod. l.  
 Idem *probl. l. V.:* *καὶ τὰ συμπόσια θορυβώδεις εἶχε τὰς*  
*συμπεριφορὰς καὶ τὰς διαλύσεις ταχέως.* Sed et simpliciter  
 accipiebant pro *ἐστιάσει*, ut in eod. l.: *θεῖος δὲ πε καὶ ὁ*  
*τῶν Φίλων χορὸς, εὐγνωμόνως διανεμόμενος ἐν ταῖς συμ-*  
*περιφοραῖς.* Et *συμπεριφέρεσθαι* simpliciter pro interesse  
 convivio. Init. libri istius: *συνθήμας εἶχε δηλῶν, εἴ τινα*  
*συμπεριενεχθεῖν δείπνων πολυτελεῖ.* Ubi recte Dalecam-  
 pius: *si quando sumptuosae coenae interesse* At paulo post,  
 ubi de Laconicis coenis agitur, ὅτε δὲ καὶ παραγένοιντο,  
*μικρὰ συμπεριενεχθεῖσι νόμος χερὶν παρεσκευάζετο,* turbavit  
 interpretes ista vox. Is locus expositus est supra c. 9.  
 Sic usurpat etiam alibi deipnosophista: neque aliter hic  
 erat capiendum. Diodorus Sic. l. XVI. de Eumene: *αὐ-*  
*τὸς δὲ κατὰ τὴν μέθην συμπεριενεχθεῖς τῶν παραληφθέντων*  
*τοῖς εἰς τὸ πίνειν ὀρηγασίαν, ἐπέπεσεν εἰς ἀδύωσιαν.* Ait,  
 Eumenem, quod accommodasset se crebris invitationibus  
 eorum, quos ad convivium suum advocaverat, in *mor-*



bum incidisse. Hinc vox elegans ἀσυμπερίφορος, qui non delectatur conviviis neque invitationibus, aut facilem in illis se non praebet. Ptolemaeus tetrab. I. III.: ποιεῖ ἀσκηρῆς, ἀσόργος, πρὸς συνουσίας ἀσυμπερίφορος. Ad-  
dit deinde: ὡς περὶ ὁ Φῆσας ἀκλήτος ἦκειν, ἵνα μὴ πρῶτως ὑποβλέπωσιν ἀλλήλους, ὁ μὲν αἰδέμενος, ὁ δὲ κευφομενος. Malim ὡς περὶ Φῆσας. Quasi diceret, se venisse invocatum, ne, ubi mane advenisset, limis oculis se in vicinis respicerent, dum alterum puderet, alter quereretur. ὑποβλέπειν, Terentius limis aspectare. Affine apud Suetonium in Julio  
p. 322. vultu minus familiariter respicere. Subjicitur: ἀλλὰ γελοῖον ἦν ἐπιχθῆσθαι τὸν Ἀγαμέμνονα τῷ ἀδελφῷ. Jam refellit Aristarchus proxime expositam sententiam.

## CAPUT VICESIMUM SEPTIMUM.

Criticorum velitationes explicantur. ἀνάγκη, necessitudo. εὐχοθός et εὐχοθέων. κατανοεῖν. ἐπιφωνεῖν. τὰ κρεκὰ δια τῆς αὐλῆς. ἀμφιδέειν. ἐξάργχειν. περιγρᾶφειν. De compositis pronominibus, ἑμαυτὸν, σεαυτὸν, ἑαυτὸν.

Athenoclis sententia de Homeric loco, qui in quaestione hic versatur, non alia, opinor, erat, quae initio in medium allata est ab Athenaeo. Quare satis illi fuit, paucis ejus summam nobis exponere. Sed praeter auctoris βραχυλογίαν accessit a librario obscuritatis alia causa. Non enim distiteor, subobscura mihi esse haec: εὐπαιδευτότερον ἡμῶν Φησι τὸν Ὅμηρον κταλιπεῖν, ὡς τῆς ἀνάγκης ὁ Μενέλαος οἰκισιότερος ἔχειν. Scribo εἶχεν, et ita interpretor, sapientissimum poetam reliquisse hoc nobis intelligendum, Menelaum arctius junctum Agameinnoni fuisse, quam ut esset necesse, ipsum vocari. ἀνάγκη, quam intelligit, est necessitas τῷ περιμένειν τὸν καλῶντα, ut mox loquitur. Alii accipiunt pro necessitudine, quae quidem potior fuit inter fratres, quam inter amicos. Nam ἀνάγκην ita accipiunt Graeci. Ut Chrysostomus in eam ad Rom.: ἡ συγγένεια φύσει ἐστὶ καὶ ἀνάγκης. Etiam sequentia verba, quibus explicatur Demetrii Phalerei sententia, faciunt mihi negotium, non factura, si, adjectis duabus voculis καὶ ὅτι, scribas: καὶ ὅτι μικρολογίαν ἐμ-

Bi  
ch  
d  
ta  
gr  
cor  
gra  
duci  
de a  
esse  
dan  
qui  
mon  
reun  
ait  
tan  
/ma  
ait  
neiu  
a po  
ei ob  
cem  
ind  
eti  
appell  
gno  
men  
tis A  
veru e  
all  
ap  
neque  
pretas  
sum. E  
quaeren  
mus, L  
ex Ather  
bis, orna  
hoc veris



βάλλει τοῖς ἡθροῖσιν. Jam omnia plana. In versibus Bacchylidis recte εὐόχθας, nec tollendum τὸ θ, etsi est ab ἄλλῃ, alimentum. Errant enim tota via, qui vertunt θαῖτας εὐόχθας epulas ac essu faciles. Etiam apud Hesiodum εὐόχθων exposuerunt eruditiores veterum criticorum bene instructus cibus. Cujus vocis eadem est ratio. Euphoniae gratia litera θ est inserta. Quando ait noster disputans contra Platonem pro fortitudine Menelai, ἐφ' ἧ μόνος τῶν κρατευσσάμενων εἶρηκεν. Ἐν δ' αὐτὸς κίεν ἧσι προθυμῆσι πεποιθώς, non hoc vult, neminem ex omnibus Graecorum ducibus pari elogio affectum esse a poeta: nam majora se aliis ducibus alibi praedicat poeta: sed istud ait, solum esse Menelaum, cui in recensu exercitus singularem quamdam pugnandi alacritatem attestetur. Ille Menelai hostis, qui eum vocavit μῆλακόν ἀλχητήν, Apollo est in sermone ad Hectorem II. β. ψ. ρ. Magnae incogitantiae reum facit Platonem his verbis: τὸ δὲ μηδὲ τὸν εἶχον, ὃν ἤτιᾶτο, τελείως κατανοῆσαι. ἄτοπον. Absurde fecit Plato, ait, quod integrum versum, quem reprehendebat, non attendit. κατανοεῖν est animum aut oculos ad aliquid spectare. Ut mox κατανοῆσαι τὴν οὐσίαν. Verum est, quod p. 323. ait Athenaeus: nam si venisset Platoni in mentem, Menelaum eo ipso versu, quem arguebat, βοὴν ἀγαθὸν dici a poeta, sententiam. credo, mutasset de ignavia, quam ei objicit. Quid hic interpretum hallucinationes indicem? qui etiam in sequentibus mirifici plane sunt. τοῖς ἀνδρειοτάτοις Ὀμηρος εἶωθεν ἐπιφωνεῖν. Lego εἶωθε τῶν ἐπιφωνεῖν. Hoc elogio solet ornare. Hoc est, solet eos appellare βοὴν ἀγαθὴν. ἐπιφωνεῖν est ἐπικατηγορεῖν, connotinare, aliquid adicere ad primum et proprium nomen. Eust.: βοὴν ἀγαθὴν ἀποκλεῖ τὸν τε Ἔκτορα, καὶ τὸν Αἴαντα, τὸν Διομήδην, καὶ ἄλλους ἀνδρείους. In hoc versu ex Aristophanis Vespis. Ὀροφὴν θέασαι, κρεκάδι' αὐλῆς θαύμασον, etiam poetae illius codices hodie habent κρεκάδιον. Quam tamen vocem neque comici scholiastes, neque ullus omnino veterum grammaticorum est interpretatus, ac ne retulit quidem in Graecarum vocum censum. Eruditissimus Dalecamp., ut liberaret se molestia quaerendi, quid essent κρεκάδια, depravatam lectionem κρέκα δι' αὐλῆς probavit et exposuit. Sed non dubitamus, falsam esse illam γραφὴν atque ineptam. Apparet ex Athenaei disputatione et praecedentibus poetae verbis, ornamentum aliquod τῆς αὐλῆς, hoc est, vestibuli, hoc verbo significari. Sonorum fortasse aliquid erat, et



inde nominis ratio. Fortasse etiam κρενάδια leviter corrupta voce appellauit τὰς μικρὰς κρέκας, quasi κρενάδια, sicut κρεβάτιον dixerunt pro κρεβάτιον. Appellant Graeci κρέκας anulos. Inter ornamenta θυραγωγίων fuisse anulos ferreos aut aereos, absurdum non putem, praesertim cum legere sit apud antiquos τὰς κρέκας τῆς θύρας, ut apud Hesychium in κορώνη et Harpocrationem in ῥόπτρον. Erunt igitur κρενάδια τῆς αὐλῆς sive τῆς αὐλαίας θύρας marciū januarum vestibularium. Possunt etiam interpretari de ferreis catenis, quibus fores munire moris erat. Lyfias: εἰ δυνάμενος ἐμβλεῖν διὰ τὸ ἀμφιδέαις δεδεσθαι τὴν θύραν. Observant antiqui grammatici, Lyfiam ἰδίως appellasse ἀμφιδέας istas catenas ferreas. Appellationis causa est, quod ex anulis constarent invicem confertis: nam ἀμφιδέας exponit Hesychius κρέκας. Herodotus l. II. ornamenta sacri crocodili describens: ἀρτήματα λίθινα χρυτὰ καὶ χρύσεια ἐς τὰ ὦτα εἰσθέντες, καὶ ἀμφιδέας περὶ τὰς ἐμπροσθίας ποδας. Intelligit circulos aureos, quibus, ceu anulis, moris erat anteriores sacri crocodili pedes exornare. Ex eo etiam periscelidas dixerunt ἀμφιδέας. Sed illa forium munimenta, quae Lyfias appellavit ἀμφιδέας, vulgus, nisi fallimur, κρενάδια aut κρενάδια nuncupabat. Hoc enim obscure innuere videntur Graeci magistri, cum ἀμφιδέας Lyfiae dici scribunt, quae aliis dicerentur aliter. σπονδοποιεῖσθαι pro ποιεῖν vel εἰσάγειν σπονδοποιεμένους usurpavit in istis: καὶ σπονδοποιεῖται γὰρ τὰς δαιτυμόνας. Similia his ad Theophrastum olim notabamus. Quod mox de Amphictyonis invento temperandi vinum sequitur, quo pertineat, subobscurum est. Spectat autem eo, ne quis mi-

p.324. retur, quod postea dicit, Homerum varia temperamenta vini habuisse nota. Cur enim hoc miremur, cum τῆς τῆ οἴνου κράσεως inventor sit Amphictyon, quem ante Iliaca tempora Thebis regnasse nemo dubitat? Scribo mox: ὄρα γὰρ ἐπίνωμον Ἀλκιβιάδην, ὡς ἀσχημονεῖ. Non ἐπὶ κῶμον. Hiat enim sententia, quae illo modo τελειῖται eleganter. Etsi autem Athenaeo assentior Aristarchi licentiam in recensendo poeta castiganti: tamen quod adeo contendit, non posse τὸ ἐξάρχειν de saltatoribus dici, parum esse firmum, judico. Illud vero manifesto falsum, τὸ ἐξάρχειν τῆς Φόρμιγγος esse ἴδιον. Periti sermonis Graeci sciunt, verbum hoc de omnibus promiscue dici posse, qui faciendi, aut dicendi, aut canendi exemplum aliis praebent, ut in choro facit ὁ κορυφαῖος, inter remiges pausarius. Sic βελῆς ἐξῆρχε νέεσθαι de eo dixit Homerus,



qui princeps curia exhibat, et βασιλεὺς ἐξάρχειν, praeire concilio vel senatui ad novas sententias: quod alii dicunt γνώμην εἰσφέρειν. Lycophron: Στρόμβω τὸν αἰματηρὸν ἐξάρχων νόμον. Scripsimus: Διόδωρος δ' ὁ Ἀριστοφάνειος ὄλον τὸν γάμον περιέγραψε, τοπάζων πρώτας ἡμέρας εἶναι. Vulgata scriptura, quam secuti interpretes, περιεγράψατο παίζων, vere διαπαίζει ἡμᾶς: est enim ridicula. Eustathius nobiscum legit, et τὸ περιγράφειν interpretatur ἀθετεῖν, ἐκβάλλειν, rejicere ut alienum aut adulterinum. Plutarchus l. II. de Alexandri fortuna scribit, Philoxenum, cum sibi liber ad emendandum esset traditus, εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὄλον μέχρι τῆς κορωνίδος περιγράψαι, id est, una litura emendasse, ut loquitur Martialis. Inde est περιγραφήν γίνεσθαι τινος pro mutari et antiquari. Tatian.: μετὰ δὲ Ἰναχον ἐπὶ Φορωνέως μόγις τῆς θηριώδους βίης καὶ νομαδικῆς περιγραφή γέγονεν. Porro mentem hujus loci pluribus explicat Eustathius: unde licet petant studiosi. Etiam quod ait Athenaeus, in Homeri versu scribi debere κατ' αὐτὰς, non καθ' αὐτὰς, quia ἐαυτὰς λέγειν fit σόλοικόν, diligenter expositum ab eodem Eustathio IV. in Od. comment. Tractat eandem quaestionem Apollonius Alexandr. l. II. c. 19. Vult Athenaeus, κατ' αὐτὰς scribi debere, non καθ' αὐτὰς. Id significare κατὰ σφᾶς αὐτὰς. Esse enim pronomen simplex pro composito: aut, ut melius dicam, poeta more suo pronomine uno duorum loco est usus. Composita apud Homerum non leguntur, ἐμαυτῆ, σεαυτῆ, ἐαυτῆ, sed pro illis dicit ἐμὲ αὐτὸν, σὲ αὐτὸν, ἔαυτὸν, aut simpliciter αὐτὸν, omisso altero pronomine. Similiter in plurali nunquam dixit ἐμαυτὰς, σεαυτὰς, ἐαυτὰς, sed ἡμᾶς αὐτὰς, ὑμᾶς αὐτὰς, et σφᾶς αὐτὰς. Propterea pronuntiat auctor, in voce ἐαυτὰς soloecismum inesse, secutus eorum sententiam, qui composita ista pronomina pluralia damnabant, non solum quod Homerus, hellenismi canon certissimus; illa esset aspernatus, verum etiam quia eorum compositio ratione caret, contra analogiam recepta. Nam ἐαυτὸν quidem in ἔαυτὸν dissolvas recte, at ἐαυτὰς non potes. Interpretum magna hic ἀμεριμνία. Incerti auctoris verba sunt de hyporchematis lo-

p.325.

quentis: Κρήτα μὴν (vel μιν) καλέεσι τρόπον, τὸ δ' ὄργανον Μολοσσόν. Organum Molossium appellat tibias aut aliud musicum instrumentum conveniens Molossicae ἐμμελῆς sive modulationi, (τρόπον vocat poeta,) de qua l. XIV.



## CAPUT VICESIMUM OCTAVUM.

*Explicantur criticae censurae ab Athenaeo relatae super aliquot Hom. r. locis. ἀκροαμα. διατίθεσθαι. κεκρέτῃται τῶ συμπόσια.*

**N**on constitueram immorari in criticis censuris, quae referuntur in fugitivo isto tmemate. Quia tamen non parum obscuritatis verba Athenaei habent, summam disputationis totius paucis complectemur. Initio observandum est, devenisse philologum Naucraticam in hunc sermonem occasione ista. Instituerat docere, Homerum non unum aliquod descripsisse in poëmatis suis convivium, sicut fecerunt postea philosophi multi, sed varia ac diversa, quemadmodum diversa sunt hominum ingenia et differentes mores. Hanc diversitatem morum expressit poëta. Hinc est, ait, quod acroamata parcius alibi introducit in coenationes, tanquam *ἀναθήματα δαιτός*, non ut toti in iis sint convivae: alibi inter praecipuas et summas convivantium voluptates inducit cantores et alios rerum musicarum peritos. Hujus generis conviviorum exempla esse ait in illis, quae apud nequissimos procos et delicatissimos Phaeacas agitantur, temperatorum in iis, quae apud Nestorem et Menelaum. Haec ubi dixit, occurrit objectioni, quam sciebat fieri sibi posse ex l. IV. Odyssaeae: nam eo loco, narrante poëta nuptiales epulas filii filiaeque Menelai, non praetermittuntur voluptates id genus. Respondet Athenaeus, versus illos, quibus hoc dicitur, fraude Aristarchi collocatos ibi esse, ex ll. ραψ. σ. translatos, ubi suus est illis locus. Versus, de quibus loquitur, sunt hi: leguntur enim hodie in omnibus codicibus ita plane, ut editi sunt ab Aristarcho: "Ὡς οἱ μὲν δαίνυντο καὶ ὑψιρεφὲς μέγχι δῶμα, et qui sequuntur quatuor alii. Quid Aristarchum impulerit in hanc sententiam, declaratur his verbis: εἰ συνέντες οἱ περὶ Ἀριστάρχου, ὅτι συνεχῆς ἔσης τῆς ἐσιάσεως καὶ τῶν ἀκμαίων ἡμερῶν παρεληλυθειῶν, ἐν αἷς παρείληπτο μὲν ἡ γαυκαμένη πρὸς τῆ νυμφίᾳ, πέρας δ' εἶχεν ὁ τῆ Μεγαπένθεος γάμος, αὐτοὶ δὲ μονάζοντες διητῶντο, ὃ τε Μενέλαος καὶ ἡ Ἑλένη. Videtur scribendum εἰ ἐτι συνεχῆς ἔσ. Hoc vult, Aristarchum, quod init. IV. Ulyxae legisset, inventum esse Menelaum a Telemacho δαίνοντα γάμου, falso putasse, durasse adhuc convivium nuptiale: quod ne ieiune nimis a poëta videretur





descriptum, versus illos quinque huc inferciit, queis ce-  
 lebritas nuptialis describebatur in armorum Achillis fa-  
 brica. Sed falsus est iudicii iste criticus, cum, advenien-  
 te Ulyssis filio, jam praeteriisset ejus solennitatis ἀμμή, p.; 56.  
 et nova sponsa in mariti manum convenisset, domum de-  
 ducta, jamque Menelaus et Helena soli agerent. Deinde  
 rationes aliae sequuntur adversus hanc Aristarchi censu-  
 ram: quod contra disciplinam Spartanam foret, si a Me-  
 nelao essent acroamata inducta; quod poëta cantoris nul-  
 lum nomen ponat, ut solet alibi, neque cantilenae, quam  
 canerent; postremo quod non sit probabile, Ulyssis et  
 Nestoris filios ita rusticos fingere voluisse poëtam, ut  
 eos nihil plane afficerent acroamata, sed iis neglectis in  
 contemplatione domus animi mentem occuparent. Tam  
 multis argumentis obruitur emendatio Aristarchi. Cui  
 etiam objicitur error contra hellenismum admissus, quan-  
 do ita scripsit: — μετὰ δὲ σφιν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδὸς  
 Φορμίζων· δοιῶ δὲ κυβισητῆρε κατ' αὐτὰς Μολπῆς ἐξάρ-  
 χοντες ἐδίευσον κατὰ μέσσοις. Debuerat scribere, inquit,  
 censor noster ἐξάρχοντος, ut referretur ea vox ad canto-  
 rem; nam ut ἐξάρχειν dicantur κυβισητῆρες, hoc censet  
 Athenaeus esse contrarium hellenismo, de quo diximus  
 super. c. Ab hac Aristarchi sententia longe recessit Dio-  
 dorus, grammaticus sectae Aristophaneae, cujus obiter  
 recensetur hic iudicium super Homeri isto loco. Censuit  
 hic, inducendos esse omnes illos versus, qui init. l. IV.  
 nuptias inducunt. Atque hujus iudicio si stemus, ita con-  
 cipiendum ejus rhapsodiae principium: Οἱ δ' ἴξον κοίλην  
 Λακεδαίμονα κητώεσσα· Πρὸς δ' ἄρα δῶματ' ἔλων Μενε-  
 λάκ κυδαλίμοιο. Ὡς οἱ μὲν δαίνυντο κατ' ὑψιρροφῆς μέγα  
 δῶμα, Γέλτορες ἡδὲ ἔται Μενελάκ κυδαλίμοιο, Τερπόμενοι  
 μετὰ δὲ σφιν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδὸς, Φορμίζων· δοιῶ δὲ  
 κυβισητῆρε κατ' αὐτοὺς Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίευσον κατὰ  
 μέσσοις. Mira vero critici licentia, qui duodecim ipsos  
 versus περιγράφειν et obelisco notare non dubitaverit,  
 unico nixus argumento, quod probabile non esset, locum  
 tam illustrem de nuptiis duorum Menelai liberorum adeo  
 negligenter transfiliturum esse optimum poëtam. Respon-  
 det noster paucissimis verbis, nescisse Diodorum ista ver-  
 ba, Τὸν δ' εὖρον δαινύντα γάμον, recte capere. Male  
 enim putavit, advenisse Telemachum inchoata solum  
 nuptiali solennitate, quae ex poëtae mente debuit intelligi  
 jam finita atque peracta. Praeterea, inquit Athenaeus,



ſoloecismi genus eſt, καὶ ἐαυτοῦς apud poëtam ſcribere, ut voluit Diodorus Cauſſam ante expoſuimus. Hactenus trium criticorum Ariſtarchi, Diodori et Athenaei ve-  
 litationes ſuper principio IV. Odyſſeae retulimus: ſequitur jam alia reprehentio Ariſtarchi. Ait Athenaeus: ἀλλὰ καὶ τὰ Κρητικῆ χορῶ τὸν ᾠδὸν ἐξεῖλεν, ἐπιτεμῶν τὰ ποιήματα τὸν τρόπον τῆτον. Πολλὸς δ' ἡμερόντα χορὸν περιέσχεθ' ὄμιλο. Τερπόμενος δὲ δὴ κυβισητῆρε κατ' αὐτὰς Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνεον κατὰ μέσσης. Etiam ex hoc loco licet colligere, noſtros hodie codices Homeri ad editionem Ariſtarcheam magna ex parte fuiſſe emendatos: ita enim ſcribitur hodie in omnibus exemplaribus iſte locus. Atqui clare hic indicat noſter, alias editiones praeter Ariſtarcheam poſt vocem Τερπόμενος haec verba agnoviſſe: μετὰ δὲ σφιν ἐμύλητο θεῖος αἰὸς Φορμίζων. Ariſtarchum, quod iſta ſuſtulerit, Athenaeus exagitat, affirmans, ea lectione recepta, ἀνύχτων γίνεσθαι ποινὰ κατὰ τὸ ἐξάρχοντες, μηκέτι δυναμένης τῆς ἐπὶ τὸν ᾠδὸν ἀναφορῆς αὐξάνεται. Ante reprehendebatur Ariſtarchus, quod ἐξάρχοντες male ſcripſiſſet pro ἐξάρχοντος. Nunc longe gravius peccaſſe dicitur, cum ſublato verſu, qui nomen ᾠδῆς continebat, nihil reliquerit, quo poſſit τὸ ἐξάρχοντες referri. Hoc illud eſt, quod vocatur τὸ ἀνύχτων, incommodum tantum, cui par medicina reperiri non queat. Verte ſic: ut ſervari nullo modo poſſit τὸ ἐξάρχοντες, cum referri id jam non poſſit ad cantorem. Proxima etiam verba, διότι δ' ἔπιτανόν, ἀκρόμα παρὰ τῷ Μενελάω τυγχάνειν, verte: Quod autem probabile non ſit, fuiſſe apud Menelaum cantorem. ἀκρόμα ipſe, qui auditur,

p. 328. cantor. Quoties hujus erroris admonuimus eruditum interpretem? Nam quod ſuperius expoſitas criticorum diſputationes non curaverit intelligere, minus miror. Ait: προσηύπτων πρὸς τὸν Πειſίρατον. Reſpicit hunc verſum: Ἄγχι σχῶν κεφαλήν, ἵνα μὴ πειθοῖαθ' οἱ ἄλλοι. Videamus vero, an ita ſcripta ſint ab Athenaeo, quae proxime ſequuntur, τῶν ſκευῶν διατιθέμενος, pro in utenſilium admiratione defixus. Ac videtur τῶν ſκευῶν, ſubaudita voce ἔνεκα, ferri poſſe: etſi duriusculum eſt pro ἐπὶ τοῖς ſκευῆσι. At διατίθεσθαι pro ἐκπλήττεσθαι et vehementius affici e trivio petatum non eſt. Sic loquitur et alibi. Ait: παρὰ δ' Ουῆρω κενρότητα τὰ σῶφρονα ſυμπόσια. Doctus interpres κενρότητα vertit pluiſu celebrantur. Sane id Graeca dictio ſonat: ſed exiſtimo, poſitum κενρότητα



pro συγκροτῆται, κοῦνται, agitantur. Sic enim Graeci  
 loquuntur usitatus. Ut Chrysoſtomus in eam ad Rom.:  
 καὶ μάλιστα τοῖς τὰ Φιλικὰ συγκροτῆσι συμπόσια. Aris-  
 tides in apol.: εἰ μὴ ἄρα ἐν τῷ Ἡλυσίῳ πεδίῳ τὸ συμπό-  
 σιον συνεκροτῆτο. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ etiam in hanc par-  
 tem, ut saepe dixi, fugitivam, et alienas sedes occupan-  
 tem, propriis relictis: pertinet enim ad l. V.



ISAACI CASAUBONI  
ANIMADVERSIONUM  
IN  
ATHENAEI DEIPNOSOPHISTAS  
LIBER QUINTUS.

P. 327.

## CAPUT PRIMUM.

*Libri hujus argumentum.* πανδαισία. *Vinum ad conciliandas amicitias valere.* Φυλετικά δεῖπνα. *Locus Aristotelis illustratur.* Φυλετικῶς Φυσῶν ἑαυτῆς. *Thiasī et τὰ ὀργεωνικά. Diogenistae et similes conventus.*

Quintus liber nihil fere aliud nisi Masurii juris-consulti, viri longe doctissimi, sermones continet. Initio de Homericis conviviis agitur: deinde aliquot μεγαλοπρεπῶν καὶ φιλοδείπνων regūm luxus describitur: postremo cum alii philosophi multorum vitiorum, tum etiam falsi arguitur Plato non unius. Haec capita praecipua sunt hujus libri. Nunc auctoris verba expendamus. Ἄλλ' ἔπει, inquit, πολὺς ἔτις λόγος συμποσίων προδιήντηται, ᾧ Τιμόκρατες, ἐν τοῖς πρὸ τέτων. Malim ἔτις λόγ., et de IV. tantum libro haec interpreter.

P. 328. Is solus liber vere λόγος συμποσίων vel περὶ συμποσίων dici queat. Primus non item: multo minus secundus ac tertius, in quibus de cibis, non de conviviorum ratione aut modo, est actum. Notemus vero etiam et etiam sequentia verba: παρελίπομεν δὲ αὐτῶν τὰ χρησιμώτατα καὶ ἑ βαροῦντα τὴν ψυχὴν, ὠφελοῦντα δὲ καὶ τρέφοντα κατὰ πανδαισίαν, ἅπερ ὁ θεὸς Ὀμηρος παρεισάγαγες. Clarissime auctor significat, nihil hactenus dictum esse de Ho-



meritorum conviviorum ratione. Obsecro, poteratne clarius demonstrari, non pertinere ad librum superiorem, quae inde avellenda atque huc transferenda esse dicebamus? Quod autem objicere aliquis possit, etiam l. l. de Homericis conviviis tractatum esse: huic objectioni jam responsum est. Non enim superiores omnes libros, sed proximum tantummodo respiciebat auctor, cum haec scriberet. Verte ista, ὠφελούντα δὲ καὶ τρέφοντα κατὰ πανδαίσιαν, sed quae juvant animum, et alunt instar erularum omni ciborum genere instructarum. πανδαίσια est, ut explicant veteres, ἡ πολυτελής τράπεζα καὶ παντοδαπὰ ἔχουσα ἐδέσματα· vel ἡ πάσαις αἰσθήσεσιν ἡδονὴν παρέχουσα εὐωχία. Quae explicationes isti loco optime conveniunt: neque enim is est sensus, quem exprimit Dalecampius. Pari elegantia dixit Gregorius Nyss. priore in psalmos comment.: Καιρὸς δ' ἂν εἴη καὶ αὐτὴν ἡδὴ τῶν ἀρετῶν πανδαίσιαν καταννοῆσαι τῷ λόγῳ. Lege cum nostris codd. δοῦναι γὰρ ἔχειν πρὸς Φιλίαν τι ὁ οἶνος ἐλευσικόν· non πρὸς Φιλοσοφίαν, ut scriptum in excerptis offendimus et Eustathio. Absurdum dictu est, vini potu fieri homines ad studia philosophiae proniores. Deinde ut hoc maxime verum esset, quid ad institutum sermonem? Quantum valeat liberior vini potus ad conciliandas amicitias, nemo ignorat, qui illas saltem δεξιώσεις et manuum complosiones noverit, quibus publica populorum vino deditorum diverforia percrepant, ubi semel hospitibus liberaliore vini haustu praecordia incaluerunt. Sed legendum esse Φιλίαν, vel hic Libanii fimillimus locus evincat in de fortuna sua: δεινοὶ γὰρ δὴ οἱ κύβοι καὶ τὰ μέχρι μέθης συμπόσια Φιλίας ἰσχυρὰς κερᾶσαι. Plutarchus elegantissime, ut semper, init. l. IV. sympos., αἱ μὲν, inquit, τῶν παλαιόντων ἐπιβολαὶ καὶ ἔλξεις κοινορτῆ δέονται, ταῖς δὲ Φιλικαῖς λαβαῖς ὁ οἶνος ἀφὴν ἐνδίδωσιν μιγνύμενος λόγῳ. Post ista, διόπερ ἐδὲ πρότερον ἡρώτων, οἵτινες εἶεν, ἀλλ' ὕσερον, in epitoma erant haec adjecta: ὡς δὴλον ἐκ τῆς Βελλεροφόντης ξενεμένῃ τῷ Ἰοβάτῃ quorum tamen in antiquis Athenaei exemplaribus nullum paret vestigium. Sed voluit eclogarius Athenaei observationem exemplo illustrare. Locus autem est, quem innuit, in VII. Il., ubi canit poëta, decimo demum die Bellerophontem, quis cujasve esset, fuisse interrogatum. Etiam in Od. sic Telemachum Menelaus affatur: Σίτῃ θ' ἄπτειστον καὶ χαίρετον. αὐτὰρ ἔπειτα Δείπνε παυσαμένῳ εἰρησόμεθ', οἵτινες εἶσον. Nollem a viro docto factum, ut Φυλετικὰ δεῖπνα



mutaret in Φιλετικῶν aut Φιλικῶν, ubi scriptum est recte: οἱ νομοθέται τὰ τε Φυλετικὰ δεῖπνα καὶ τὰ δημοτικὰ προσέταξαν. Nollem etiam, προσέταξαν vertisset *permiserunt*, quasi interesset nihil inter jubere et permittere. Atqui Φυλετικὰ δεῖπνα etiam imperabant leges Atheniensium, sicut ex oratione Demosthenis c. Mid. et scriptoribus aliis constat liquido: et aiunt Graeci, τὰς τῶν Φυλῶν ἐσιάτορας alios fuisse ἐθέλοντας, alios κληρωτὰς, quibus necessitas imposita praebendi epulas suis tribulibus, id est, τοῖς ἑαυτῶν Φυλέταις omnibus. Ad haec tribulium convivia alludit philosophus init. elenchorum. τὴν ἕξιν, ait, οἱ μὲν ἔχουσιν εὖ, οἱ δὲ φαίνονται, Φυλετικῶς Φυσήσαντες καὶ ἐπισπνεύσαντες ἑαυτούς. *Habitu corporis alii bonum habent, alii videntur, cum seipso more tribuum sufflarint, et refecerint studiose.* Quid est more tribuum Φυσᾶν ἑαυτὰς; Olim Athenis, quando ad celebrandam aliquam publicam solennitatem conveniebant, magna inter tribus de victimarum praestantia et choragii totius magnificentia aemulatio fuit ac contentio. Itaque naturali victimarum altitium habitudine non contenti artem adhibebant, quo pinguiores et opimiores viderentur. Incisa bobus cute spiritum arundine in viscera immittebant, pinguescere eos hac ratione autumantes, ut narrat philosophus histor. l. VIII. c. 7. et ex eo Plinius l. VIII. c. 45. Haec vero adulterina erat, non genuina εὐεξία. Ideo philosophus eos, qui bonam valetudinem non habent, sed arte simulant atque ementiuntur, elegantissime ait Φυλετικῶς Φυσᾶν ἑαυτὰς. Quod, ut diximus, victimis tribuum proprie convenit. Ejus autem aemulationis, quam narravimus, insigne apud Theocritum exemplum in his versibus ex id. IV.: Λεπτὸς μὲν χ' ὦ ταῦρος ὁ πύρριχος· εἶδε λάχοιεν τοὶ τῷ Λαμπριάδῃ τοὶ δαμόται, ὄκνα θύοντι τᾶ Ἦρα, τοιόνδε· κριοχράσμων γὰρ ὁ δᾶμος. Battus optat, ut οἱ Λαμπριάδῃ Φυλέται, (id est Lampriae tribus, cui non favebat,) macram et vescam hostiam fortiantur sacra Junoni facturi. Amphis poeta de gingra recens invento: — διὰ τί δ' ἐκ ἄγεις εἰς τὸν ὄχλον αὐτόν; διότι Φυλὴν περιμένω Σφόδρα Φιλονειῶσαν λαχεῖν τινα. Porro δεῖπνα Φυλετικῶν et δημοτικῶν aliquando idem significant. Nam in publicis sacris et δημοτελέσιον ἑορταῖς, ut loquuntur Graeci, universus populus conveniebat, distinctus divisusque tributim: sed et propria sacra et convivia singulae tribus habuerunt, nec multum ab istis differebant τὰ Φρατρικῶν, de quibus ad Theophr. olim notavimus. Thiasii

e  
li  
a  
b  
p  
E  
vi  
se  
T  
r  
v  
pe  
de  
la  
ce  
sa

Si

S

me  
catt  
die az  
ci pes  
pateri  
le hoc  
pnyca  
vaz l  
genti  
annui  
dent.  
avei ppe  
vextai,  
animad



et τὰ ὀργεωνικά convivia propria collegiis erant ad peculiarem alicujus deorum cultum institutis. Diogenistae, Antipatristae et Panaetiaestae appellati sunt, qui stato anni die Diogenis, Antipatri et Panaetii, nobilium philosophorum, memoriam celebrarent. At qui diem Epicuro sacrum similiter agitabant. non Epicuristae, sed εἰκαδισαί vocabantur: cujus nominis rationem alibi exposuimus ex Diogene Laërt. Unde etiam illustrabis, quod de Theophrasto mox dicitur: κατέλιπε δὲ καὶ Θεόφραστος εἰς τὴν τοιαύτην σύνοδον χρήματα. Respicit Athenaeus ista verba ex Theophrasti testamento: τὸν δὲ κῆπον, καὶ τὸν περίπατον, καὶ τὰς οἰκίας τὰς πρὸς τῷ κήπῳ· πᾶσας δίδωμι τῶν γεγραμμένων φίλων ἀεὶ τοῖς βελομένοις συσχολλάζειν καὶ συμπιλοσοφεῖν ἐν αὐτῷ, et quae sequuntur deinceps. Scribe: ἀλλ' ἵνα τὰς κατὰ τὸ συμπόσιον λόγους σωφρ. καὶ πεπ. διεξάγωσιν. Ita recte epitoma.

## CAPUT SECUNDUM.

Οἱ περὶ πρύτανιν. *Mos Atheniensium, ut prytanes una quotidie cibum sumerent. Aristotelis liber Νόμοι Συμποτικοί. συνεισιάζειν, una esse. Βρωτική ἀναισθησία, aut potius ἀροτική. Superstitio veterum in mentione rerum tristium. Epicuri imperitia. Atticae figurae plura exempla.*

Συνεδείπνεν δ' ὁσημέραι οἱ περὶ πρύτανιν σώφρονα καὶ σωτήρια τῶν πόλεων σύνδειπνα. *Solebant et prytanes quotidie agitare convivia modesta et suis civitatibus salutaria.* p. 331. οἱ περὶ πρύτανιν non sunt, qui in prytaneo aiebantur, ut putarunt: sed summus prytanis cum suis collegis et adfessoribus, qui remp. curabant. De Graecarum urbium prytaneis fufe diximus l. ult. Athenaeus ait, τὰς πρυτανεῖς una quotidie cibum sumfisse: quod hodieque et Argentinae, et in multis aliis Germaniae urbibus obtinet; annui enim consules in loco publico singulis diebus prandent. πρὸς γὰρ τοῖστο συμπόσιόν φησιν ὁ Δημοσθένης ἀνενηνέχθαι τὴν Ἐλατείας κατάληψιν. Dalec. legit ἀνενηνεκται, et active eam vocem interpretatur. Non enim animadvertibat, sequentia verba, Ἐσπέρα μὲν γὰρ ἦν etc.,



Demosthenis esse, non Athenaei. Vertendum erat: Sane ad huiusmodi convivium narrat Demosthenes allatum esse nuncium de capta Elatea. Vespera, inquit, erat: venit aliquis nunciatus prytanibus, occupatam esse Elateam. Sequitur apud Demosthenem: καὶ μετὰ ταῦτα οἱ μὲν εὐθύς ἐξαυξάντες μεταξύ δειπνῶντες. Quae videntur ab Athenaeo fuisse descripta hoc loco: alioquin parum ab illo fuerit probatum, quod voluit demonstrare. Ἀριστοτέλης συμποτικοὶ τινες ἦσαν νόμοι. Ferebantur οὖν, inquit, leges quaedam conviviales. In catalogo librorum Aristotelis, qui apud Diog. Laërt. legitur, invenias Νόμους Συστατικούς. Quod an huc pertineat, quaestionis est. Fortasse enim scribendum in codice Laërtii Νόμοι Συνεσιαστικοί. Quod idem fuerit, ac συμποτικοί. Aristophanes: προμύθανε συμποτικός εἶναι καὶ συνεσιαστικός. Quod Latinis una esse, (ut: una hodie sumus voio,) Graecis συνεσιάζειν. Οὐ χρὴ συμποσίοισι Φίλους ἀπέχεσθαι ἐταίρους. Lego συμποσίοιο. Nam συμποσίοισιν ἀπέχεσθαι excusari non potest. Ἰνῶ δὲ τὰ πρὶ ἑτέρῳ ἐξεργάζετο. Ino ab altera parte conficiebatur. Videtur poeta locutus de Inus metamorphosi, cum in marinam deam, Leucotheam sive Matutam, est mutata. κατὰ περ ἐν διατριβῇ λέγων Ἀριστοτέλης. Divinandum est, ait auctor, cum Epicuri Convivium legas, qui fiat, ut repente aliquis poculum manu tenens quaestiones proponat. non secus ac solitus facere Aristoteles in schola inter discipulos. Post vocem Ἀριστοτέλης distinctio ponenda est: nam in ea voce absolvitur sententia. Sequenti periodo aliquid deesse, clarum nimis. Scribo: ὅς γε ἔλεγον καὶ κοινιορτῆ ἦκειν πλήρη τινὰ ἐπὶ τὸ συμπόσιον ἀπρεπὲς εἶναι φησιν. Quasi auctor dicat: qui quidem philosophus adeo alienus fuit a moribus et rusticitate Epicuri, ut contra facere eum indecenter pronuntiet, qui illotus et pulveris plenus ad convivium accesserit. Athenaeus l. IV.: ἀπρεπὲς γὰρ ἦν, φησὶν Ἀριστοτέλης, ἦκειν εἰς τὸ συμπόσιον σὺν ἰδρωτὶ πολλῷ καὶ κοινιορτῶ· τῆτο γὰρ ὡς ἀληθῶς βρωτικῆς ἐστὶν ἀναισθησίας τὸ συμπόσιον. Legendum cum Hoeschelii excerptis ἀροτικῆς, non βρωτικῆς. Hesiodum, inquit, praeceptum, quo jubet, ut vicinos potissimum invitemus et mensae nostrae honore dignemur, convivia coegerit stupidorum re vera aratorum: cui hominum generi versus suos Ascraeus poeta canebat. Ideo ait ὡς ἀληθῶς. Proverbii speciem habet p.332. ἀροτικῆ ἀναισθησίᾳ, nam rudes et ab omni cultu alienos vocabant aratores aut messorum vel fossorum, ut Strabo





non semel aliique scriptores. ἄλλον δ' ἀπ' ἄλλης προαιρέσεως ἐδόντων. Hic erat locus nigro theta. Nam corruptam esse vocem ἐδόντων non dubium. Lego: ἄλλον δ' ἀπ' ἄλλης προαιρέσεως. δεόντως. Caeterum deesse aliquid, arguunt praecedentia. Illam enim periodum, quae incipit ὦν ὁ μὲν Πλάτων, sequi debebat omnino membrum ita inchoatum, ὁ δὲ Ξενοφῶν. Notemus ergo vitium et labem exemplarium etiam antiquissimorum. Desiderantur aliquot saltem versus, quibus exponebatur, quales induxerit in suum symposium convivas Xenophon. Atque huc pertinent illa verba initio fugitivae partis: ὁ δὲ Ξενοφῶν καὶ τινὰς ἰδιώτας συνανέμειξε. Ubi repetendum ex superioribus τοῖς σπευδάζουσι. *Xenophon seria tractantibus nonnullos immiscuit idiotas.* Appellat ἰδιώτας Philippum τὸν γελωτοποιὸν et illum comissatorem Syracusanum, qui advenit cum tibicina et saltatrice. πάλιν Ἐπίκροτος ἐν τῷ Συμποσίῳ ζητεῖ περὶ δυσπεψίας, ὥστ' οἰωνίσασθαι, εἰδ' ἐξῆς περὶ πυρετῶν. *Praeterea quaerit Epicurus in Convivio suo de cruditate. Ut ex eo liceat ominari.* Deinde quaerit de febribus. Veterum ea superstitio fuit, ut rerum male ominatarum mentionem super coenam fieri nollent, aut factam abominarentur. Hujusmodi res sunt cruditas, febris, incendium. De duobus prioribus testatur hic Athenaeus. De incendio Plinius l. XXVIII. c. 2.: *Incendia inter epulas nominata effusis subter mensam, aquis abominantur.* Junge hic, quae dicebamus l. I. c. II. τὴν μὲν γὰρ ἐπιτρέχουσαν τῇ λέξει ἀρρυθμίαν τί δεῖ καὶ λέγειν; *Nam dictionis, qua Epicurus utitur, inconcinnitatem quid attinet dicere?* Epicurum nescisse Graece loqui, probavimus alibi multorum scriptorum testimoniis. In exprimenda voce ἀρρυθμία frustra laboravit Dalecampius: non enim id auctor voluit, quod ille dixit. Πλάτων δὲ τὸν μὲν ὑπὸ τῆς λυγγὸς ὀχλόμεν. Totus locus concipiendus est aliter, quam vulgo editur. Scribe: Πλάτων δὲ, (τὸν μὲν γὰρ ὑπὸ τῆς λυγγὸς ὀχλόμενον καὶ θεραπευόμενον ἀνακογχυλιασμοῖς ὕδατος, σὺν ταῖς ὑποθήκαις τῆς κάρφου, ἵνα τὴν ῥῖνα κινήσας πτάρη, παρήμι· κωμωδεῖν γὰρ ἤθελε καὶ διασύρειν) χλευάζει τε τὰ ἴσ. etc. Planissima jam sunt omnia. Platonis locus ita habet. Aristophanes, cum ad ipsum vices sermonis venissent, singultu impeditus verba proloqui, Eryximachum medicum duo rogat, et ut suas partes obeat, et ut se singultu liberet. Utrumque ille concedit. Praecepta autem sedandi singultus haec sunt: ἐν ᾧ δ' ἂν ἐγὼ λέγω, εἰάν μὲν σοὶ ἐθέλη ἀπνευσί ἔχοντι



πολύν χρόνον παύεσθαι ἢ λύξ· εἰ δὲ μὴ, ὕδατι ἀνακοχ-  
 χυλίῃσιν. εἰ δ' ἄρα πάνυ ἰσχυρά ἐσιν, ἀναλαβών τι τοῖστο,  
 οἷω κινήσας ἀν τὴν ῥίνα, πτόρε. Quae verba sic vertimus:  
*Interea dum ego loquar, siquidem cessaverit singultus spiri-*  
*tuum longo tempore colibenti, bene erit: sin minus, aqua*  
*fauces collue. Quod si admodum vehementer sit, sume aliquid*  
*ejusmodi, quo nares moveas, et sternuta.* Expressimus figu-  
 P-333. ram Atticam, quae Platonis verba ejus interpretibus obscura  
 reddidit: deest enim aliquid ante εἰ δὲ μὴ. Atque hoc lo-  
 quendi genere etsi plurimum usi Attici, proprie tamen  
 medicis, ut hic fuit, qui ista pronuntiat, videtur conve-  
 nire. Hippocratem certe plurimum eo uti observabamus.  
 Περὶ διχίτης ὀξέων scribit Celsus senex: καὶ ἦν μὲν σοι ἐπι-  
 διδῆ ἐπὶ τὸ βέλτιον· εἰ δὲ μὴ, προλέγειν. Id est: *Ac siqui-*  
*dem melius te habere coeperis, bene est: sin minus, melius*  
*praemonendus.* Iterum eod. l.: καὶ ἦν μὲν ἰκανῶς ἔχη· ἦν δὲ  
 μὴ, εἰ ἐλλείπη, ὀπίσω ποιέειν τὰ αὐτά. Ubi notabis illa,  
 εἰ ἐλλείπη, prorsus non necessario ab Hippocrate adjecta,  
 ut multa saepe apud optimos scriptores, aut ex glossa  
 fortasse orta. Idem auctor l. II. de morb.: καὶ ἦν μὲν  
 τοιαῦτα ποιήσαντι ὑγιῆς μένηται· εἰ δὲ μὴ, etc. Hoc est:  
*Quod si tibi talia praestanti sanus evaserit, bene habet: sin*  
*minus.* Ita vertendum, nisi legas ποιήσας, quod doctis  
 placet: meo quidem iudicio sine caussa. Idem de super-  
 foet.: καὶ ἦν μὲν ἀπὸ τῆς πυρῆσιος ἀποχωρήσει· εἰ δὲ μὴ.  
 L. de diaeta: ἦν μὲν ἔν ἐν ταύτῃ παύσεται· εἰ δὲ μὴ, πτισ-  
 σάνης χυλῶ θεραπεύεσθαι. De fistulis: ἦν μὲν ἔν ἄνα τῆ  
 νύσῳ παύεται· Φιλέει γὰρ ὡς τὰ πολλὰ ἔτως γίνεσθαι· εἰ δὲ  
 μὴ, διὰ Φαρμάκων. Tot locis apud divinum virum figu-  
 ram hanc adnotavimus. Alibi solet idem, quod delide-  
 ratur in istis exemplis, adjicere: puta ταῦτα ἄριστα. Ut  
 de mul. morb.: ἦν μὲν δυνατὸν ἔπισω ἀπῶσαι ἀμφω, καὶ  
 εὐτρεπίσαι τὸ εὐβρυον, ταῦτα ἄριστα· εἰ δὲ μὴ οἶόν τε ἦ,  
 etc. Vel ἀρκεῖτω. Ut de fistulis: καὶ ἦν πρὸς ταῦτα ἀπ-  
 ἀλλάσσεται τῆς οἰκίτης, ἀρκεῖτω· ἦν δὲ μὴ, πίσαι τὸ μηκί-  
 νιον. Est et illud Hippocraticum non minus quam Atti-  
 cum genus loquendi, quo uti facit Eryximachus Plato:  
 εἴαν ἐθέλη παύεσθαι ἢ λύξ. Sed ad nos redeamus et no-  
 strum pensum. Igitur ex adscriptis Platonis verbis patet,  
 quam male hunc locum interpretes acceperint. At no-  
 stram emendationem leviter saltem confirmant libri omnes  
 meliores, in quibus non διασύρει, sed διασύρειν est exara-  
 tum. In epit. male ὑποθέσσει pro ὑποθήκῃς. Quod se-  
 quitur de irriso Agathone et scelesto Alcibiadis amore,

e.  
S.

A.

P.

Re

bar

git

de

ris

lun

ver

lar

E.

de

be

pe

dat

p.

gram

olim

Max

de

de

de


de

de

de

de

de



ex ipso Platone petat lector. Nam isti interpretes ejus Symposium legisse non videntur.

## CAPUT TERTIUM.

*Athenae Ἑλλάδος ἔρεισμα, et Ἑλλάς Ἑλλάδος, item  
πρυτανεῖον καὶ ἔστια Graeciae. νευρός pro νεβρός.  
ἐπιτρίβεσθαι. Explicantur Criticorum velitationes  
super Homeri loco ex IV. Od. Διὸς αὐλή. βα-  
θὺς αὐλῶν, ut Θῆλος ἔεργη. αὐλαί, palatia.*

Restituimus ex membranis antiquae fidei, quae desiderabantur in Athenarum encomio paulo post. Quis non legit apud veteres, Pindaro dictas esse Athenas Ἑλλάδος ἔρεισμα; Vel Apophthegmata Plutarchi, notum etiam pueris librum, consule. Ad Pindaricum elogium tacite allusit Aristides in Panathenaico, de Attica scribens in haec verba: καὶ τὸ τῆς χώρας αὐτῆς σχῆμα τοιῆτον ἐκ γῆς καὶ θαλάττης θεωρῶντι. πρόκειται γὰρ ἀντ' ἄλλης φυλακτικῆς τῆς Ἑλλάδος, τὴν γιγνομένην τάξιν ἔχουσα πρώτη πρὸς ἥλιον ἀνίσχουσα, προμήνης εἰς τὸ πέλαγος, καὶ μάλα ἐναργῆς συμβαλεῖν, ὅτι τῆς Ἑλλάδος ἐστὶν ἔρεισμα ὑπὸ τῶν κρειττόνων πεπονημένον. Idem poeta etiam alibi eam urbem dilaudat, ut Pythion. ode VII. At Ἑλλάδας Ἑλλάδα nuncupavit Athenas, non Pindarus, sed Thucydides in epigrammate de Euripide, ut placet Athenaeo: aliis aliter olim visum. Auctor vitae Euripidis: ἐτάφη μὲν ἐν ἐν Μακεδονίᾳ. νεωτάφιον δὲ αὐτῆς Ἀθήνησι γέγονεν, ἐφ' ἧς ἐπέγραψε Θεοκρίδης ὁ ξυγγραφεὺς ἢ Τιμόθεος ὁ μελοποιὸς τάδε· Μνάμα μὲν Ἑλλάς ἅπασ' Εὐριπίδα· ὅσα δ' ἴσχει Γῆ Μακεδῶν· ἢ γὰρ δέξατο τέρμα βίης. Πατρίς δ' Ἑλλάδος Ἑλλάς, Ἀθήναι. πλεῖστα δὲ Μῆσας Τέρψας, ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον ἔχει. Quod sequitur, ὁ δὲ Πύθιος ἐστὶν καὶ πρυτανεῖον τῶν Ἑλλήνων, exponi debet ex alio loco ejusdem auctoris. Nam l. VI. de Athenis ita scribit: ἦν ὁ μὲν Πύθιος ἐστὶν τῆς Ἑλλάδος ἀνεκλήρουξ· πρυτανεῖον δὲ Ἑλλάδος ὁ δυσμενέσατος Θεόπομπος. Putet aliquis, excidisse isto loco Theopompi nomen: sed non aliter ab ipso Athenaeo scriptum censeo. ἔστια autem et πρυτανεῖον idem sunt. In Graeciae urbibus erant, quae dicebantur prytanea, de quibus multa l. XV. Ibi Vestam colebant, et



publicos focos habebant. *Penates et regia* nihil ad ista. Platonis τὰ ἐν τῷ Χαρμίδῃ ἐναντιώματα, id est, *dicta contraria*, quae in ejus *Charmide* leguntur, ex eo dialogo lector cognoscet: quem librum si lectione sua dignati essent interpretes, errores suos agnovissent. Exponit quidem illa ἐναντιώματα Athenaeus, sed ita obscure, ut nemo sit recte capturus ejus verba, qui Platonis Charmidem non legerit. Scribit enim: ποιεῖ γὰρ αὐτὸν ἀσυμφώνως ποτὲ μὲν σκοποδιγιῶντα, καὶ μεθυσκόμενον τῷ τῆ παιδὸς ἔρωτι, etc. Videtur loqui de Charmide, quod est tamen falsum: nam de Socrate intelligendum illud αὐτὸν necessario. Miror, optimum scriptorem non elocutum esse planius, quod vellet: sed omnem dubitationem tollit dialogi illius lectio. ἀσυμφώνως valet non constans sibi. Nam in eadem fere pagina fingitur Platoni Socrates modo alienus ab amore et λευκὴ σάθυμῃ πρὸς τὰς καλὰς, modo succumbens formae pueri Charmidae. Tolle vero mendum doctis non deprehensum in istis: καὶ κηθάπερ νεκρὸν ὑποπεπτωκότα λέοντος ἀληθῆ. Scribendum νεβρόν. Equidem aliter nunquam legi: neque enim potest. Verum animadverti postea, esse allusum ad Platonis verba ex illo ipso dialogo: ὃς εἶπεν ἐπὶ τῆ καλῆ λέγων παιδὸς ἄλλω ὑποτιθέμενος, εὐλαβεῖσθαι μὴ κατένχῃτι λέοντος νεβρόν ἐλθόντα μοῖραν αἰρεῖσθαι κρεῶν. Haec Socrates loquitur, qui statim fatetur clare, victum se quoque amore Charmidae: αὐτὸς γὰρ μοι ἐδόκειν ὑπὸ τῆ τοιαύτε θρέμματος ἐαλωκέναί. Reperi etiam in excerptis νευρόν, quod idem est. ὡ pro β positum, ut in multis. Sic montes quidam in Sicilia aliis dicuntur **p.335.** *Νεβρώδεις*, aliis *Νευρώδεις*. Xenophontis verba sunt, non Athenaei, quae sequuntur: ὡς περ γὰρ, ὅταν Φέγγος etc. Lego mox: καίπερ τῆς Ἑλένης παράσης, περὶ τῆ κ. Apud poëtam, inquit, sermones de amore non reperias parum castos, ut apud Platonem et Xenophontem. Ac licet praesente Helena ipsa veritatis vis extorqueat etiam ab ore hostis laudationem ejus formae, cogatque in haec verba erumpere, Οὐ νέμεσις, etc.: tamen redit ad se statim, qui haec dixerat, et pronuntiat idem: Ἄλλὰ καὶ ὡς, τοιῆ περ ἔσθ', ἐν νηυσὶ νέεσθαι. Verbum ἐπιτρίβεσθαι quidam ex antiquis grammaticis exposuerunt παρορμᾶσθαι. Quod si accipiatur de impulsione ad malum, optime conveniet huic Athenaei loco: τίς ἐν τῶν νέων ἐντυχῶν τέτοις ἐν ἐπιτριβήσεται μᾶλλον, ἢ περ εἰς ἀρετὴν προαχθεῖται; Manifesto opponuntur εἰς ἀρετὴν προάγεσθαι et ἐπιτρίβεσθαι: quod translatum a corpore ad animum significat



corrumpi prorsus fierique hominem perditum. Nam qui  
 iis moribus sunt, Graecis dicuntur ἐπίτριπτοι. Sequitur  
 jam critica velitatio super Homeri loco ex IV. Od.: ubi  
 dissimulare non possum, dissentire me ab Athenaeo, et  
 Aristarchi lectionem, quam ille tanto studio conatur ever-  
 tere, veram putare, non illam alteram, pro qua pugnat  
 ipse adeo acriter. Legebat Aristarchus, et nos quoque  
 legimus hodie, sub princip. IV. ραψ.: Φράζεο, Νεσορίδη,  
 τῷ ἄῳ κεχαρισμένε θυμῷ, Χαλιῆ τε σεροπὴν καὶ δώματα  
 ἠχάεντα, Χρυσῆ τ' ἠλέντρε τε καὶ ἀργύρε, ἡδ' ἐλέφαντος.  
 Ζηνός πε τοιῆδε γ' Ὀλυμπίε ἐνδοθεν αὐλή. "Ὅσσα τὰδ'  
 ἄσπετα πολλά. σέβας μ' ἔχει εἰσορωντα. Quartum ver-  
 sum mendose editum ab Aristarcho pronuntiat philologus  
 hic, et Seleuci, veteris critici, iudicium secutus, ita  
 emendat: Ζηνός πε τοιαῦτα δόμοις ἐν κτήματα κείτοι. No-  
 bis et falsa videtur haec emendatio, et rationes, quibus  
 mox stabilitur, omnes infirmae. Prima ratio est, quod  
 versus tertius de suppellectile intelligi debeat, qua erat  
 instructa domus Menelai, non de ornamentis, quae pa-  
 rietibus ejus domus adhaerent. Cum igitur non domum  
 ipsam, sed τὰ ἐν αὐτῇ, id est, suppellectilem domus, lau-  
 det Telemachus, Seleuci, quam Aristarchi, lectio con-  
 venientior est ac probabilior. Haec Athenaeus. Sed quam  
 ista levia? Ceu vero, servata Aristarchi lectione, non  
 queat eadem servari interpretatio? Quid enim vetat, per  
 αὐλήν et palatium intelligere, et συνεκδοχικῶς omnia eo  
 contenta ornamenta? Altera ratio continetur his verbis:  
 οὐκ ἔστιν δ' ἀκόλαστον τῷ, Ζηνός πε τοιῆδε γ' Ὀλυμπίε ἐνδο-  
 θεν αὐλή, ἐπιφέρειν. "Ὅσσα τὰδ' ἄσπετα πολλά — — σά-  
 λοικον ὃν τῷ ἀτυνήθει τῆς ἀνγκνώσεως. Sensus est, lectio-  
 nem Aristarchi insolentem esse et soloecam, quia non re-  
 spondeant praecedentibus sequentia. Nam ita potius fuisse  
 dicendum: Ζ. π. τ. γ' Ὀλ. ἐνδοθεν αὐλή, "Ὅσση ἡδε ἐστὶ  
 non "Ὅσσα τὰδ' ἔστι. Sed quis non videt, arguari nimis  
 virum doctum? Nemo enim iverit inficias, posita distin-  
 ctione majore post αὐλή, recte subjungi "Ὅσσα τὰδ' ἔστι.  
 Criticorum vox est ἡ ἀνάγνωσις, ut Latine *lectio* pro scri- p.336.  
 ptura. Sequitur tertium argumentum prioribus par et si-  
 mile. Vox αὐλή, inquit, non recte usurpatur pro domo.  
 E contrario affirmamus nos, Διός αὐλήν Homerum appel-  
 lasse Jovis palatium. Sic enim loqui observamus antiquis-  
 simum poetam, et, quod imprimis ad rem facit, sum-  
 mum Homeri imitatore, Aeschylum, cujus est illud in  
 Prometheus vincto: ὅσοι τὴν Διός αὐλήν οἰχνεύσι. Obiter



observat auctor, vocem αὐλῶν apud alios quidem scriptores generis esse masculini, apud poëtas vero semper foeminini. Postea addit: ἐνδεκτέον ἔν καὶ τὸ παρὰ τῷ Ἑρατοσθένει ἐν τῷ Ἑρμῇ θηλυκῶς εἰρησθαι. — Βαθὺς διαφύεται αὐλῶν. ἀντὶ τῆ βαθεῖα· καθάπερ λέγεται θῆλυς ἐέρση. Affirmanti, poëtas semper foemineo genere dixisse τὴν αὐλῶνα, poterat objici locus ex Eratosthenis Mercurio: — Βαθὺς διαφύεται αὐλῶν. Obviam ergo it auctor, et hoc quoque similiter ait ἐνδεκτέον, accipi debere, non, ut putant interpretes, excipi: quæ monstruosa penitus interpretatio est. Nam quorsum pertineret sequens exemplum, θῆλυς ἐέρση; Non igitur verbum αὐλῶν alio genere extulit Eratosthenes, quam alii poëtae, sed in voce βαθὺς generis metalepsin usurpavit poëtis familiarem, ut dicebamus l. III. c. 32. Sic θῆλυς σολή apud Euripidem in Troad., et σολή Ἑλλην. Sic apud Pindarum in Ol. πύραι ἐπιτελεσθέντες pro ἐπιτελεσθεῖσαι. Cave confundas rationes duas diversas allatas paulo post, cur αὐλαὶ sint appellata magnatum palatia. Prior est, quia solent potentum domus loca ampla subdialia in aditu habere. Deinde sequitur altera: ἢ τῷ παραυλίζεσθαι καὶ παρακοιμάσθαι τὰς δορυφόρους τοῖς βρασιλείοις. Ab eadem causa apud Latinos appellatum est vestibulum, ut docet A. Gellius.

## CAPUT QUARTUM.

*Λίγυσις*, secta et ratio vitae. *Pindari locus emendatur.* εὐθυμία μελῶν. συνέδριον et βραλευτήριον. λέσχης λεσχηνεύσθαι. *Lex Spartaë, ut domum a convivio redirent sine lumine.* *Quoties cibum veteres sumerent.* *Officia diversa promaecondæ et τῆ δαιτῆς.* ἔντεα inde appellata. ἀλύειν. ἐπιχωμάζειν μετὰ κεραμίσ καὶ συμφωνίας. *Testarum crepitus.* ἢ δι' ὄξυβάφων μεσική, et de ea remulca.

**Τ**ὸ ἀν τῶν ἀγόνων ἐκείνων τῶν ὑπὲρ τῆ τοιαύτη τεθνηκότων ἐκ ἀταξία δόξαι τὴν ἐπὶ τῇ σερήσει τῆ πατρὸς λύπην τῇ τῆ πατρὸς εὐχαρίσει μνήμη διορθωμένην; *Leve*



mendum sententiam totam tenebris obvolvitur. Nam scri-  
 bendum est cum acutissimo Turnebo ἀνταξίως, et jungen-  
 dum id verbi cum voce διορθωμένην. Vertendum: *Quis*  
*igitur e posteris illorum, qui pro tali viro mortem oppetie-*  
*runt, non putet, doleri, quem ex obitu patris acceperit,*  
*abunde satis factum esse grata hac patris sui recordatione?*  
 διορθωσαι translatum est e foro et hominum contractibus  
 vocabulum. Ibi enim locum habet τὸ διορθωτικόν, ut do-  
 cemur in V. Nicomacheorum. τῆ δὲ θαυρῶντος πρὸς τὴν P. 957.  
 μνημην, ὃ μὲν ἐφίσησι. *Telemacho ad mentionem patris la-*  
*chrymate, Menelaus silet.* Respicit verba Homeri, qui-  
 bus ait. dubitasse Menelaum, animadverso Telemachi fle-  
 tu, sineretne illum lachrymis indulgere et suavi patris re-  
 cordationi, an de singulis pergeret illum interrogare.  
 Atque interea facit illum poëta ἐφιστάει, *sermonem suum*  
*inhibere.* Dalec. *lacrymantis fletum inhibet:* quia poëtam  
 in consilium non adhibuerat. καὶν τῆ τῆς Ἑλένης ἐπεισο-  
 δῶ, καὶκ. In epit. ἐπεισόδιον. Itaque scribendum arbi-  
 tror: καὶν τῆ τῆς Ἑλένης ἐπεισόδιον. Quid sit ἐπεισο-  
 δῶ in textura fabularum, ex Aristotelis Poët. et aliis  
 vulgo notum. Prius scribebam τῆς Ἑλένης ἢ εἴσοδος. In-  
 terea ingreditur Helena ex ipso poëta. οἴκοθεν ἔχουσα  
 τὴν τοιαύτην αἴρεσιν, *cum domi sui parentis imbuisset hanc*  
*sectam et rationem vtae.* Ita exprimit Cicero dictionem  
 αἴρεσις, cum accipitur pro moribus et institutis. Porro  
 alibi monemus, lanificii curam antiquis temporibus sem-  
 per ad puellas aut matronas pertinuisse, sive illae regi-  
 nae aut regum filiae essent, sive cujuscunque conditionis.  
 φίλος δὲ Μολισίς εὐθυμία τε μελῶν εἶην, τ. Ex praece-  
 dentibus Athenaei verbis, quam εὐθυμίαν sibi dari po-  
 stulet Pindarus, clarum est: vitam nempe intelligit, quae  
 non solum rebus necessariis non deficiatur, sed etiam iis  
 abundet, quae ad oblectationem honestam et omnium cu-  
 rarum requiem desiderantur. Non multo aliter εὐθυμίαν  
 accipit I. II. ἐν ἀπὸ πάσης, inquit, εὐθυμίας καὶ πληρώσεως  
 τὸ καυχᾶσθαι. Alia est illa εὐθυμία sive εὐεσῶ, quae in  
 sapientum libris decantatur. Longe item alia, quam vul-  
 gata hujus loci scriptura nobis suggerit. Quid enim est  
 εὐθυμία μελῶν, nisi ea voluptas, quam bonus poëta per-  
 cipit ex suo poëmate, aut certe gloria, quam illi sua poë-  
 sis parit? Hanc alibi quoque sibi optat Pindarus, ut in I.  
 Olymp.: ἐμὲ (δ' εἶη) τοσσάδε νικαφόροις ὀμιλεῖν, πρόφου-  
 τον σοφίαν κατ' Ἑλλαντας εἶντα παντᾶ. At isto loco de  
 fama nominis sui cogitasse poëtam, ne suspicari quidem



licet. Vetant enim clarissime Athenaei verba: καὶ οἶνω  
 ποσάτω χρώμενοι, ὅσος ἰκανὸς ἂν γένοιτο πρὸς εὐθυμίαν, ἦν  
 ὁ Πίνδαρος αἰτεῖται παρὰ τῆ Διός. Quid multa? Legite  
 aio Athenaeum et legi quoque debere: Φίλος δὲ Μοῖσαις  
 Εὐθυμίᾳ τε μέλων εἶην. Fingit Pindarus ποιητικῶς deam  
 Euthymiam, cui optat curae esse, id est, ut honesta vo-  
 luptate frui possit. ἔ συνέδριόν ἐστιν, ἔ βουλευτήριον, ἔ λέ-  
 σχη φιλοσόφων. *Platonis consiliarium, inquit, non est con-*  
*fessus gravium virorum, non senatorum concilium, non phi-*  
*losophorum confabulatio.* Videtur statuere discrimen inter  
 συνέδριον et βουλευτήριον, quod revera nullum est. si usum  
 auctorum spectes: si propriam vocum significationem,  
 est aliquod. συνέδριον enim latius patet: βουλευτήριον se-  
 natorum tantum est confessus. λέσχη vero antiquissimis  
 Graecis dicebatur otiosorum hominum conventus, ut fe-  
 P. 338. num et mendicorum, qui ad blaterandum congregari  
 amant. Ita Homerus, Hesiodus, Herodotus. Postea  
 de sapientum congressibus id verbum cepit usurpari. Nam  
 quas media Graecorum aetas διχτριβὰς vel ἐπιδείξεις vo-  
 cavit; antiquiores dixerε λέσχας. Inde λέσχη νεύεσθαι  
 vetus dictio pro συζητεῖν more philosophantium. Vox  
 est peregrina. ἰσὺ, λέσχη, *Sermo.* καλῶς γάρ τις τὰ  
 μεγάλα ποτήρια ἔτως ἀνόμασε. Vocavit, non autem voca-  
 venit. τίς, id est, Chamaeleon. Ejus locum habes l. XI.  
 πίνει τ' ἐκ τῆς Φιάλης ἐπιδείξει. Verba sunt ipsa Platonis.  
 τὸ ἐπιδείξια varie accipi potest, ut dicebamus l. I. c. 18.  
 Φησὶ δὲ μετὰ τῆτο τῆς μὲν δύο νυκτέζειν. At Plato, e tri-  
 bus, qui perstitierant, duobus somnum obrepfisse, Ari-  
 stophani et Agathonī. Sed prior obdormiit Aristopha-  
 nes: posterior et sub diluculum ipsum Agatho. Pone  
 τελείαν σιγμὴν post ista: ἤδη δὲ ἡμέρας ὑποφαικσης Ἀγά-  
 θων. Deinde scribe: καὶ τὸν Σωκράτη κατακοιμίσαντα ἐκ.  
 Omnia ex Platone: quem utinam interpretes consuluis-  
 sent, ut honori suo melius consulerent! παρὰ δὲ τῇ καλῇ  
 Σαπφοῖ καὶ ὁ Ἑρμῆς οἰνοχοεῖ τοῖς θεοῖς. Debemus hic  
 multa membranīs. Sapphus locum exposuimus l. II. c. 21  
 καὶ οἱ δειπνήσαντες ἀπελύοντο φωτὸς ὄντος. An potius φω-  
 τὸς ἐκ ὄντος; *Dormiunt redibant sine lumine.* Magnum hoc  
 fuerit temperantiae veterum, de qua loquitur, argumen-  
 tum. Lacedaemone ita fuisse moris, accepimus. Plu-  
 tarchus narrat in eorum institutis. Alioquin φωτὸς ὄντος  
 accipiendum cum Dalecampio pro ἔτι φωτὸς ὄντος. Quod  
 duriusculum videtur. Latini hoc dicunt *de die.* Unde  
 illa, *lavare de die, et convivium apparare de die.* Simile





est, quod dixit modo: καὶ νῦν δὴ νόμος ἐκ θυσιῶν τινῶν  
 πρὸ ἡλίας δυσμῶν ἀπιέναι. ὁσάκις δὲ τροφὰς ἐλάμβανον,  
 προειρήκαμεν ἤδη, ὅτι δὴ τρεῖς. Quaestionem hanc varie  
 tractatam invenias ab hoc scriptore. Nam quod I. I. di-  
 cebamus, nimis verum est: recitatore[m] interdum agit  
 Athenaeus, non Athenaeum, hoc est, solide doctum cri-  
 ticum. Quaestio est, quoties die heroës Homeric[i] cibum  
 fumerent. Dicat igitur clare deipnosophista, quid super  
 hoc sentiat. Enimvero ex ejus scriptis magis, quid alii  
 de ea quaestione scripserint, quam quid ei probaretur,  
 cognoscas. Major pars doctorum tres τροφὰς attribuebat  
 heroibus: ἄρισον sub aurorae exortum, δεῖπνον circa me-  
 ridiem, δόρπον sub vesperam. Alii duas tantum: ἄρισον  
 five δεῖπνον, et δόρπον. Nam apud poëtam συνωνυμεῖν et  
 ejusdem τροφῆς nomina esse δεῖπνον atque ἄρισον. Phi-  
 lemo vero quater illos comedisse contendebat, et toti-  
 dem diversas τροφὰς nominabat: ἀκράτισμα, ἄρισον, ἐσπέ-  
 ρισμα, δεῖπνον. Quid igitur Athenaeus? Mitto, quae  
 I. I.: nam illa fortasse parum integra, parum sana, et si  
 ex Eust. aliter censeas. Isto vero loco sic. Diximus,  
 ait, quot τροφὰς fumerent heroës Homeric[i]. Quot igi-  
 tur? ὅτι δὴ τρεῖς. tres nimirum. Audiamus, quae sub-  
 jecta sunt in continenti: διὰ τὸ τὸ αὐτὸ ποτὲ μὲν ἄρισον,  
 ποτὲ δὲ δεῖπνον ὀνομάζεσθαι. Planissime ista verba illorum p. 339  
 sententiam tuentur, qui bis tantum die cibum sumplisse  
 statuebant. Quippini? Nam horum veram, falsam alio-  
 rum sententiam disertim mox pronuntiatur: εἰδὲς δεῖξει  
 παρὰ τῷ ποιητῇ τρεῖς (malo τρεῖς, ut apud Eustathium,)   
 τινὰ λαμβάνοντα τροφὰς. Quomodo igitur illud stabit,  
 ὅτι δὴ τρεῖς; Vide hominis instabilitatem. Nisi tamen  
 scripserat ille ὅτι εἰδὲ τρεῖς. Quod equidem verum censeo.  
 Quare optimum scriptorem culpa[e] absolvimus. ἀμαρτάν-  
 υασι δὲ καὶ οἱ ἐφεξῆς τιθέντες τέτρας τὰς εἰχῆς. Conjun-  
 ctim ponuntur hodie in I. Od.: I. autem VII. priores duo  
 soli, tertio praetermissio. δῆλον ὡς κρεάτων λείψανα τυγ-  
 χάνοντα. Lucem fecerit magnam huic loco, qui ista  
 verba notis parenthesisos incluserit. Explicatur his, quid  
 sint εἶδχτα apud poëtam in II. propositorum versuum.  
 Mens est, facere inepte eos, qui, postquam dixit poëta  
 duobus primis versibus, apposuisse promamcondam εἶδχτα  
 πολλὰ χαριζομένην παρεόντων, tertium versum subji-  
 ciunt, quo dicitur ὁ δαιτρός multas carnes in lancibus apposuisse.  
 Nam cum ad manum est copia carniū recens coctarū,  
 nemo pridianas reliquias apponit, quas tamen hic trium



versuum contextus non solum apponi, sed etiam praeponi facit. Observemus differentiam inter ministreria promaecondae et structoris, id est, τῆς ταμῆς et τῆς δατῆς. Hic acceptos a coquo cibos mensis inferebat, illatos secabat: illa sublatas de mensa reliquias in penum condebat et promebat. Haec clara Athenaei mens, in cuius venatione viri docti meri Tiresiae. Eustathius: παρόντα βρώματα λέγει τὰ ἐν τῷ ταμείῳ ἀπόθετα, ἧτοι ἕωλα τὰ γὰρ πρόσφατα ὁ δαιτὺς παρατίθησι. λέγουσιν ἔντη, κατὰπερ αἰτία τῶν τῆς σώματος μερῶν. Lego: κατὰπερ ἀντὶα τ. *Ut quae sint opposita corporis partibus.* Quid poterat ab Athenaeo probabilius dici? Quid a nobis probabilius excogitari ad restitutionem loci hujus? Nam doctorum hominum conatus ex Phavorino emendantium refutationis non indiget. Ubi enim vestigia illius restitutionis in vulgari scriptura? ἔντεα igitur quasi ἀντῆα dicta. ε pro α, ut βέρεθρον pro βάραθρον. Sic saepe α pro ε, ut ἀεραβῆς pro ἀερεβῆς. οἱ δὲ νῦν ξενῶνας καὶ ἀνδρῶνας νομίζουσι. Lege ὀνομαζέουσι. Idem error saepius commissus: exemplum habes I. II. ἔ τύχοι τῆς πόλεως αὐτῶν ἐφαίνετο. Eclogarius praetermisit τὸ αὐτῶν. Id mendae argumentum est, ut diximus saepe. Scribo ἀλύων ἐφαίνετο, vagans cernebatur. ἀλύειν, ut ex Plutarcho novimus, duo significat. *Prae dolore animi sola loca querevere.* Ea notio ab isto loco alienissima. Item *errare atque huc illuc ferrē praee ignobilis otii abundantia.* Quomodo hic accipitur. ὠμίλει, ᾧ τύχοι. Scripti quidam ὁ τύχοι, *quomodo levissima de te.* Sed perplacet, quod est editum. ἐπινομάζων μετὰ κεραιῶν καὶ συμφωνίας. Quid hic significet mox κεράμιον, satis constare potest ex adjuncta dictione συμφωνίας et ex prisco more. Semper enim commissatores tibias vel alia musica organa secum deferebant. Antiochus ut magis se dejiceret, testas circumferebat tiliarum loco, pauperes in eo imitatus, qui fictilibus crepitaculis et vaporum figlinorum collisione soliti se oblectare inopia melioris musicae. Aristophanes Ranis: πᾶσι τῶν ἢ τοῖς ὄσρακοις Αὔτη προτῆσα; Enarrator ibi: ἀπορία λύρας ὄσρακα τινες λαμβάνοντες, ἧχον μὲν ἀπετέλεον, ἄσημον δέ. Sumpta videntur haec de Didymo, cuius ista refert Athenaeus I. XIV.: Δίδυμός φησιν, εἰωθῆναι τινὰς ἀντὶ τῆς λύρας πογχύλια καὶ ὄσρακα συγκρέοντας εὐρυθμόν τινα ἧχον ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχημένοις, κατὰπερ καὶ Ἀριστοφάνη ἐν Βατραχίοις φάναι. Hermippus comicus: Λεπάδας δὲ πετρῶν ἀποκόπτοντες, κρεμβαλίζουσι. *Lepadas saxis abscindentes*



*crepitant.* Juvenalis: — *audiat ille Testarum crepitus.* Videntur autem vetustiores soliti in hanc rem acetabulis uti, quae fictilia erant, et bacillo percussa suavem quendam sonum edebant. Haec est, quam Graeci vocant ὄξυβάφων μουσικὴν ἁρμονίαν, cujus inventorem facit Suidas Dioclem poetam comicum Atheniensem aut Phliasium. Φασιν, ait, Διοκλέα τὸν Ἀθηναῖον εὐρεῖν τὴν ἐν τοῖς ὄξυβάφοις ἁρμονίαν, ὁσρακίνοις ἀγγείοις, ἅπερ ἔκρυσεν ξυλιφίω. Postea ceperunt fabricari in usum illum acetabula ex variis metallis. Isidorus Orig. l. III.: *Tertia est divisio rhythmica pertinens ad nervos et pulsus: cui dantur species cithararum diversarum, tympanum, et cymbalum, et sistrum, acetabula aenei et argentea, vel alia, quae metallico rigore percussa reddunt cum suavitate tinnitum, et caetera hujusmodi.* Sed et Suidas auctor est, quo magis sonora essent ista vascula. solita fuisse confici ex pluribus metallis in unum confusis. ἄλλως, inquit, χαλκὸς ἤχει, καὶ ἄλλως σίδηρος, καὶ ἄλλως μόλυβδος, καὶ ξύλον. διὸ καὶ τὰ ὄξυβάφα εἰώθασιν ἐν διαφόρῃ κατασκευάζειν ὕλης, ἵνα τῇ διαφορᾷ τῶν ἀπηχίσεων τὴν ἁρμονίαν ἀποτελέσωσιν. Cassiodorus l. IV. in erudita epistola ad Symm.: *Quid acetabulorum tinnitus? Quid dulcissimi soni referam varia percussione modulamen?* Atque haec sunt, quae vocantur in musicorum organorum divisione ἔνηχα, *sonora.* ψόφος μόνον παρασκευαστικά, inquit auctor l. XIV. Fallitur enim Dalec. eo loco, confundens enecha cum pneumaticis: vertit enim quae ad sonum instantur spiritu. Magno certe errore. Dio Chryf. auctor est, Phoenices atque in his potissimum Aradios hujusmodi musica plurimum usos, qui propterea vocat Ἀραδίων μουσικὴν et Φοινίκων κρέματα. Vide illum in Tarfic. I. Hujus etiam generis fuerunt et scabilli, de quibus ad IV. Suetonii dicebamus, et κρεμβάλα, quae sine ulla operosiore harmonia ipso delectabant sono: ut hodie, quae vocantur *carcaveaux* in Galliis. Quanquam his jam ars est adhibita. Inde κρεμβαλιάζειν, id est, Hesychio interprete, κογχύλια καὶ ὄσα ἅμα συγκροτῶντας ἐρισμὸν τινα ἤχον ἀποτελεῖν τὰς ἀρχομένας. Est etiam affinis illa κρεμβλιασμεῖ species, quam vulgo pauperes et mendici in nova Roma ad divitum oblectationem et stipem eliciendam usurpabant, ut refert Chrysostomus in priorem ad Thessalon. κύλικας, ait, καὶ κισσύβια, καὶ ποτήρια τοῖς δακτύλοις ἐνεύρων καὶ περιτιθεῖς κυμβαλίζει. Postrema censeo corrupta, scriboque ἄρρυθμὸν τινα ἤχον ἀποτελεῖν τὰς ὀρχαμένας. Nitimur iis, quae auctor scribit



libro jam indicato. Caeterum κεράμιον in hoc Polybii loco nihil vetat de acetabulis interpretari: nam illa fictilia olim fuerunt. Antiphan.: Ἐξ ὄξυβαφίων κεραμίων ἐπινομεν. Et auctor ipse l. XI. ait. fuisse εἶδος κύλικος μικρᾶς κεραυέας. ὡσεὶ πολλὰς διὰ τὸ παράδοξον ἀφισαμένους Φεύγειν. Placet ἀνισαμένους, ut alii libri habent. Ita potius loqui amant scriptores. Paulo ante scribe χρυσοχοεῖσις, ut ἀργυροκοπεῖσις, per ει.

## CAPUT QUINTUM.

*Tali dorcadei. αἱ πρὸς τὰς πόλεις θυσίαι καὶ πρὸς τὰς θεὰς τιμαί. Olympii Jovis templum Athenis. Aemilii Pauli ἀγῶνες. πρέσβεων et θεωρῶν differentia. Nisaei equi. θεωρίδες vel θυωρίδες. εἴρις pro ἴρις, et similia. ὄλκια.*


Insanarum Antiochi Illustris largitionum hoc primum exemplum commemoratur: εἶδ' οὖν γὰρ τοῖς μὲν ἀτραγάλας δορκαδεῖας. τοῖς δὲ φοινικοβαλάντας, ἄλλοις δὲ χρυσιον. Tali dorcadei illi sunt, de quibus nos multa ad Theophrastum olim. Lusorios enim talos debemus intelligere, non ζωνίους, ut existimarunt eruditi homines. Citat hunc locum Eustath. ad Il. β. αψ. ξ. His autem inaequalibus muneribus similes erant illae rerum inaequalium sortes, quas solitum Augustum amicis dividere narrat Suetonius. Ad- dit: ἐν δὲ ταῖς πρὸς τὰς πόλεις θυσίαις καὶ ταῖς πρὸς τὰς θεὰς τιμαῖς. Mirifice loquitur. Nam potius dicendum videatur: ἐν ταῖς πρὸς τὰς πόλεις τιμαῖς καὶ ταῖς πρὸς τὰς θεὰς θυσίαις. An igitur ita restitui scriptura debet? Non arbitror. Est enim figurate dictum αἱ πρὸς τὰς πόλεις θυσίαι καὶ πρὸς τὰς θεὰς τιμαί pro αἱ πεμπόμεναι πρὸς τὰς πόλεις θυσίαι εἰς τὸ τιμᾶν τὰς θεὰς. Figuram vocant ἐν διὰ δυοῖν. Moris autem fuit Graecorum, non propria tantum suae urbis quemque festa agitare, sed etiam aliarum missis victimis et pretiosis donariis ornare ac concelebrare. Hae sunt, quas appellat auctor τὰς πρὸς τὰς πόλεις θυσίας. Clarius Theophrastus in notatione αὐθαδεῖας πρὸς τὰς ἑορτὰς πέμπειν, quod ibi sumus interpretati. Ita debere ista accipi, sequentia probant. Ait enim, munificentiam Antiochi circa peregrinos deos variarum ur-



bium posse colligi ἐκ τῆ παρ' Ἀθηναίοις Ὀλυμπιεῖς, ex Οἰκίῳ Ἰουὸς templo, quod erat Athenis. De hoc templo Strabo, Livius. Pausanias, alii. Sed quod tacent alii, clare docet hic Athenaeus, sumptus magnos fecisse Antiochum in exstructione hujus templi a Perseo jam inchoati. Fecere idem et alii plures viri principes, donec tandem Adrianus Imper. tentatum a multis opus et ab aliquot retro seculis manens imperfectum perfecit ac dedicavit. Sic interpretatur hunc locum. ad proditam historiam lectionem omnium librorum accommodantes: nam Dalecampii emendationem non necessariam non probamus. Quod sequitur, planum est: καὶ τῶν περὶ τὸν ἐν Δῆλῳ βωμὸν ἀνδριάντων, et statuis. quos in Deo circa aram consecravit. Etsi hujus quoque historiae aliud testimonium in scriptis veterum, quod sciam, non invenias. Dele τὸ καὶ ante ista, μηδὲν τὸν ἄνθρωπον πρ. Officit enim narrationis perspicuitati. Quod ait, ἀκίσας τὰς ἐν τῇ Μακεδονίᾳ συντετελεσμένους ἀγῶνας ὑπὸ Αἰμιλίου Παύλου, de veris, non ludicris, Aemilii Pauli certaminibus accipio: nam editos in Macedonia ludos fuisse ab Imperatore Aemilio Paulo, neque Livius dicit, neque Plutarchus, neque alius quisquam veterum, et omnino simile veri non est. Hos igitur Pauli ἀγῶνας cum audiret Antiochus, βεβλόμενος τῇ μεγαλοεργίᾳ ὠρεῖ ὑπερῆραι τὸν Παῦλον. Ita omnes codices. Ab epit. abest vox ὠρεῖ, quam equidem suspectam habeo: nam ut oratio stet, inferenda saltem particula καὶ, vel scribendum τῇ μεγαλοὠρεῖ. Sane verbum μεγαλοεργίᾳ parum Antiocho quadrat. Ita enim est: Aemilii τῆν μεγαλοεργίαν et maximas res gestas superare nitebatur Syrus ὠρεῖ, id est, opum largitione et in ludos profusione. Quos ut mature denuntiaret, ἐξέπεμψεν, ait, πρέσβεις καὶ θεωρὰς εἰς τὰς πόλεις. Misit πρέσβεις sive legatos, ut rex et more hominum, θεωρὰς autem, tanquam de re sacra. Ludos Daphnicos fuisse sacros, quis dubitat? Agitabantur enim in Apollinis et Dianae honorem. Quin etiam certum est, et ludos plerosque omnes, et lautiores etiam epulas παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τὴν αἰτίαν εἰς θεὸν ἀνεύγειν, sicut paulo ante dictum. Quid differant πρέσβεις et θεωροὶ, declarat Plutarchi locus in Demetrio. Vide l. IX. c. 13. Interpretum inanem περιεργίαν nemo eruditorum ferat patienter. Ait vero convivator in descriptione pompae, quam duxit Antiochus: τέτων κατόπιν ἦσαν ἵππεῖς Πισαῖοι μὲν χίλιοι, πολιτικοὶ δὲ τρισχίλιοι. Vocat ἵππεῖς equos cum suis ses-



foribus, sicut arguunt sequentia duo vocabula, χρυσόφάλαροι καὶ χρυσοσέφαλοι: nam hoc viris, illud equis convenit. Sed quinam sunt isti Pisani equi? Ego vero Polybium scripsisse autumo Νισαῖοι. Equi Nisaei in Media nascebantur, et in usus regum Persidis servabantur, aut ad reges alios mittebantur. Ideo videntur auctores regum proprios facere. Strabo l. XI.: τὰς δὲ Νισαίε, ἵππους, οἷς ἐχρῶντο οἱ Βασιλεῖς. Orpianus: Κάλλει δ' ἐν πάντεσσι πέλει πανυπείροχος ἵππος Νισαῖος, τὸν ἀγροῦ ἐρικτέανοι Βασιλεῖς. Ingentem fuisse illorum copiam, docet alibi Strabo, scribens, viginti horum millia quotannis mitti solita ad regem Persarum: τὰς Μιθρακίνοισι, ait, vel Μιθρακίνοισι, hoc est, ut nos interpretamur, sub illud tempus, quo factum Mithrae, Persarum deo, sacrum celebrabatur. Quis usus istorum tot equorum esset ad ludos, ex hac Polybii narratione licet colligas: nam inde vel praecipuum rompae ornamentum erat. Nisaeis opponitur hic οἱ πολιτικοὶ, *pleb. ji et domi nati*. Transvectae sunt in Antiochi pompa, sicut narratur mox, etiam *θεωρίαι βραχὺ λείπασαι τριακοσίων, mense sacrae ferme trecentae*. Scribo enim ex vestigiis lectionis Hoeschelianae *θεωρίαις*. Mensas, quarum in sacris usus, vocabant *θεωρίδας*, et *θυωρίδας*, vel etiam *θυωρίδες*, ut est apud Julium Poll., Diogenem Laërt. et Tzetzem. *Apage*, qui *poras* vertunt: errant enim crasse. Cogitemus de numero in istis: *βασιλικοὶ δὲ παῖδες παρῆλθον ἑξακόσιοι, χρυσάματα ἔχοντες*. Num enim absurdum, regios pueros traduci tantum *ισο*, cum modo dixerit, Dionysium, qui erat regi ab epistolis, misisse usque ad *κιο*. Sed propter vocem *χρυσάματων* possumus hanc lectionem tueri. Mulieres illae, de quibus scribitur, *ἐκ χρυσῶν καλπίδων μύροις ἐρῶξινον*, non pueros regios, quorum praecessit mendio, sed omnes spectatores, ut quemque illorum praeteribant, unguentis respergebant. Quae deinceps narrantur de exhibito diversi generis unguento ad unctionem, ea sic accipio. Per dies 30. spectacula varii generis edidit Antiochus, quo toto tempore unguentorum facta est omnibus, qui in gymnasium venirent lotum, a rege copia. Primis diebus quinque datum crocinum, cinnamominum et nardinum: reliquis vero diebus telinum, amaracinum, irinum, aut liliaceum sive lirinum. Nam l. X. *κρίνον* scriptum pro eo, quod hic est *σίρινόν*. Quod non aliud quam *ἶρινον*. Sic enim *εἶρις* pro *ἶρις*, *κλεῖμα* pro *κλίμα*, *λεῖκνον* pro *λίκνον*, similiaque sexcenta in antiquis libris Hesychii,



Suidae et ipsius Athenaei: ut aliquanto post *κινναμώμης* *καὶ εὐρίδος*. Sic enim et MSS. At in epit. *Ἰριδος*. Porro ait Polybius, exposita fuisse ista unguenta ἐν ὀλίγοις. Quae quidem *arcuatae* non erant, ut versum videmus, sed labra ampla ad instar magnorum craterum efficta. Ita describit Hesychius, et confirmant auctorum loci. Ex iis etiam claret, holciorum in balneis fuisse usum. In Plutarchi Alexandro junguntur ὀλκία, κρωτσοί, πτέλοι et ἀλάβητροι. Sic accipe etiam in historia Judith c. 15. Atque haec ad ea, quae de Antiocho. Transeamus nunc ad regiam vere et incredibilem in modum magnificam Ptolemaei Philadelphi pompam.

## CAPUT SEXTUM.

*Tentoria diebus festis figi solita. Oecorum Aegyptiorum forma.* ουρανισκο, et ἐρανός. μεσολευκος. περιτρώματα πυργωτά ἐ ζωτά. σύριγγ Ρίστερες Σικυωνιακοί. Σικλωνικοί. μυθικαὶ διαθέσεις. Θυρεοὶ ἀργυραῖ. νυμφαῖα. τῆς πρώτης ἐρέας. διεδροί.

**Π**ρὸ δὲ τῆ ἀρχαῖου τὴν κατασκευασθεῖσαν σκηνὴν ἐν τῷ τῆς ἀκρῆς περιβόλῳ χ. Saepe diximus, solitas olim per sol mnes publicorum festorum aut panegyrium dies extrui, quas vocabant Latini umbras, Graeci σκιαδὸς et σκηνά. Tabernacula erant in festae urbis viis aut suburbanis locis compacta excipiendis peregrinis, qui partim p.344. ad ludorum ipectacula, partim ad mercimoniorum ineunda commercia undique concurrebant. Erant etiam festa quaedam, quorum ritus tentoria jubebant figere, ubi populus, universis relictis domibus, se continebat certo dierum numero, donec solemnitas omnis esset peracta. Talia festa erant, de quibus diximus l. super. c. 9. Videtur et Alexandrinum festum, quod hic describitur, eodem ritu celebratum. Nam ea causa, nisi fallimur, fuit, cur rex ipse in tabernaculo morari necesse haberet. Hoc igitur tabernaculum describit Callixenus, priusquam pompae totius ordinem explicet. Sedes illius fuit ἐν τῷ τῆς ἀκρῆς περιβόλῳ, intra arcis septum, vel intra ambitum collis.



Utrumque significat Graecum ἀκροα, et munitum in urbe locum, id est, arcem, et quamcunque editam urbis partem, ut collem, quomodo hic malim accipere. κίονες διαστάθησαν ξύλινοι. Columnae lignae certo intervallo stitutae sunt. ἐπὶ ὧν ἐπιτύλιον κατήρμασθη τετραγώνου ὑπερσίδου τὴν σύμπασαν τὴν συμποσίαν ἐπέγη. Haec forma oeci Aegyptii, ut appellabant architecti. Vitruvius l. VI. c. 4: *In Aegyptiis oecis supra columnas epistylia, et ab epistylis ad parietes, qui sunt circa, imponenda est contignatio.* Appellat Callixenus τομπόσιον inferiorem partem tabernaculi: quod quidem amplae vastaeque coenationis instar habuit. Atque hoc solum istius aedificii ad usum pertinuit: reliqua omnia ad ornatum. αὐτὴ δ' ἐνσπετάσθη κατὰ μέτρον ἔραυλίσκῳ κοκκίνοβραφέϊ περιλεύκῳ. Hic contignatio (ἐπέγη τῆς συμποσίας) circa medium taretibus tecta est exruisi in coeli modum, coloris coccinei admodum vergentis in albedinem. ἔραυλίσκος est papilio coeli aut tholi formam referens, ut pluribus expositum nobis l. II. atque etiam alibi. Idem et ἔραυλος aliquando significat. B. Chrysothomus de Xerxe: *Τὶ δέ σοι ὁ χρυσῆς ἔραυλος ἐβέλετο, ἀλόητε;* Vocem κοκκίνοβραφέϊ tollendam censuerunt docti propter insequentem περιλεύκῳ. Sine causa, ut alibi disputamus. περιλεύκος id valet, quod diximus, vel albo praetextus. κατὰ ἑκάτερον δὲ μέρος εἶχε δοκὰς μεσολεύκας ἐν πτάσμασι πυργωτοῖς κατειλημμένας. Scribo μεσολεύκοις ἐμπετάσμασι π. Repetendum autem ex superioribus τὸ κοκκίνοβραφέσιον. *Ab utraque parte habuit ea contignatio trabes circumsectas taretibus coccineis albo distinctis (vel mediocriter albicantibus) turritis.* Cognatae voces sunt, quas in commentario de coloribus accurate explicamus, λευκός, ἑκλευκός, διάλευκός, ἐπίλευκός, μεσόμευκός, μιξόμευκός et περιλευκός. Sic autem dicta ἐμπετάσματα πυργωτῶν, quae turres pictura vel textura repraesentarent: sicut ζῳωτῶν dicuntur et βελύκων, quae animalium figuras intextas habent. τῶν δὲ κίωνων οἱ μὲν τέσσαρες ὄντων. Quatuor illae columnae, quae latitudinem designabant. At οἱ ἀνά μέτρον sunt ternae reliquae ab utroque latere longitudinis. τῶν δ' ἐκτὸς περιτύλιος ἐπεποίητο σύριγξ τὰς τρεῖς πλευράς. Id est, *utraque istas columnas aliis ad tria latera circumpositis tres quasi pyrae confectae erant, longae quidem, sed angustae.* Hoc declaratum voluit Callixenus voce σύριγξ, non quod visum Dalecampio. Infra h. l.: *τῶν κοιτῶν συνήκτο τετὴν σύριγξ κατὰ πλάτος τῆς κύρας χωρίζουσα τὴν γυναικωνίτιν.* Sicut Polybius accipit in de-

P-345.





descriptione loci cujusdam Alexandriae l. XV. ἐπὶ δὲ τῶν  
 ἀνὰ μέσον χώρων. Scrib. χωρῶν. Est enim a χώρα, non  
 a χώρος. Mox ἐν δὲ ταῖς ἀνὰ μέσον χώραις. διὰ τὴν τῆ  
 περιέχοντος αἴρος εὐκρασίαν. Obtinuit apud Graecos, ut  
 περιέχων dicatur aër. Quare vocem αἴρος tollas licet. Sed  
 cum vetustioribus locutus est Athenaeus, Aristotele,  
 Theophrasto, aliis: neque mutandum quicquam. Quod  
 ait de aëre Aegypti et coeli temperie floribus apta, no-  
 tum ex Theophrasti et Plinii testimoniis. Hujus quidem  
 iudicio *terrarum omnium accommodatissima unguentis Ae-  
 gyptus copia rosae*, l. XIII. c. 3. Sed minus odoratas esse  
 rosas Aegyptias caeterosque flores satis constat. εἰς τὸ  
 τῆς σιηνῆς ἔδαφος κατεπέπασο χύδην. Eclogarius videtur  
 legisse κατέσπασο. Ait enim: τὸ τῆς σιηνῆς ἔδαφος ἀπε-  
 τέλει πρόσοψιν λειμῶνος ἀνθεσι χύδην κατασπασθέν. Non  
 probo. πλυνες τῶν Σικυωνιακῶν ζωγράφων. Dalecamp.  
*pictorum Sicyoniorum tabulae*. Sed aliud est Σικυωνίων,  
*Sicyoniorum*, aliud Σικυωνιακῶν, vel, ut habent membra-  
 nae, Σικυωνικῶν, *similium Sicyoniis*. Ac fortasse ζωγρα-  
 φῶν scribendum, et de picturis Sicyonii generis intelli-  
 gendum. Dividebatur enim pictura in genera Helladi-  
 cum, Asiaticum et Sicyonium, cujus auctor Eumolpus  
 Sicyonius. αἱ δὲ μυθικὰς διαθέσεις. *Quaedam fabularia  
 argumenta*, id est, ex fabulari historia petita. διάθεσις  
 est *descriptio*, ut recte vertit Dalecampius. Ad l. l. Stra-  
 bonis eam vocem exposuimus. In subjecta pompae de-  
 scriptione ait Callixenus, multas in ea fuisse διαθέσεις  
 ἀποῆς ἀξίας, id est, multas rerum variarum εἰκασίας  
 dignas narratu: et paulo post de Polemone Periegeta  
 scribit. eum ἐξηγήσασθαι διάθεσιν ἐν Φλιῆντι, id est, ex-  
 posuisse argumentum tabulae cujusdam, cujusmodi erant,  
 quas Philostratus interpretatur in Iconibus. *Θυρεοὶ πε-  
 ριέκειντο ἐναλλάξ ἀργυροῖ τε καὶ χρυσοῖ*. Imo ἀργυροῖ  
 τε καὶ χρυσοῖ. Neque enim alio genere vocem θυρεὸς  
 usurpare, opinor, voluit, quam omnes alii. Aut figura  
 est πρὸς τὸ σημερινόν, et referendum ad vocem σινα-  
 σίαι. Nam revera θυρεοὶ hoc loco nihil aliud nisi θυρεῶν  
 εἰκασίαι. ἐξ ἐκτέρᾳ πλευρᾷ. Scripti melius ἐν ἐκατέρᾳ  
 πλευρᾷ. συμπόσιά τε ἀντὶα ἀλλήλων αὐτοῖς τραγικῶν τε  
 καὶ κωμικῶν καὶ σατυρικῶν ζώων, ἀληθινὸν ἔχόντων ἱμα-  
 τισμόν. Faceffit mihi negotium vox αὐτοῖς, quae referri  
 alio non videtur posse, quam ad nomen ἀντρα proxime  
 praecedens. Lego ἐν αὐτοῖς, vel παρ' αὐτοῖς, ut intelli-  
 gantur coenationes istae in antris fuisse compositae,



de queis modo est dictum, vel juxta antra et ad illorum latera. Sed in ipsis potius antris locatas arbitror, et quidem eo situ, ut se invicem respicerent. ζῶα appellat p.346 simulacra integra satyrorum et personarum tragicarum ac comicarum: alioquin erat usitatius πρόσωπα dicere, ut mox πρόσωπά τε σατυρικὰ καὶ κωμικὰ καὶ τραγικὰ. Quod addit, ἀληθινὸν ἔχόντων ἱματισμὸν, hoc vult, has personas ornatas fuisse, ut cuique earum conveniebat, vestibus veris, non simulatis. σκευὴν propriam hujusmodi personis docent nos Julius Poll. l. IV. et poëtarum interpretes. Dalecampius lectionem aliam commentus est sibi et secutus. Νύμφαι ἐλείφθησαν, ἐν αἷς ἔκειντο Δελφικοὶ χρυσοῖ τρίποδες. Lego: νυμφαῖ' ἐλείφθησαν, ἐν οἷς. Sacra Nymphis loca appellabant νυμφαῖα. De iis accipio haec verba, etsi diserte scriptum etiam in epitoma Νύμφαι et ἐν αἷς, quod quomodo exponi recte possit, non intelligo. τῆς πρώτης ἐρέας. Dalecampius emendavit τῆς πρ. ἡμέρας. Mirum, quid hominem doctum moverit. Nam tapetes τῆς πρώτης ἐρέας, id est, e lana praestantissimu, cur ei displicerent, causae non erat. Theocritus in similis pompae descriptione tapetas similiter laudat: Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω μαλακώτεροι ὕπνω, Ἄ Μίλητος ἐρεῖ, χ' ὡ τὰν Σαμίαν καταβόσκων. ὡς εἶναι δύο κατὰ κλίην, ἐπ' ἀργυρῶν διέδρων. Vocat διέδρες repositoria tripodum, quae binos simul capiebant. Sic δίφρος proprie sedile duorum capax. τῶν κυλικίων καὶ ποτηρίων. Alia lectio est κυλικίων. Id erit, vasorum potiorum, et thecis suis contentorum, et extractorum. Quid sit κυλικεῖον, exponitur l. XI. Sed non displicet κυλικίων. Mox tolle particulam καὶ ante κατασκευασμάτων. καὶ τὰ γένη μακρὸν ἐπεφαίνετό μοι δηλῆν. Scripti libri διαφαίνετό υς. Ait autem τὰ γένη, quia soliti veteres diversa poculorum genera habere quam plurima. Fidem fecerit XI. hujus operis liber.

## CAPUT SEPTIMUM.

Πομπήν πέμπειν. *Stadium Alexandrinum.* πομπή, *ferculum pompae.* αἱ τῶν πεντετηριδῶν γραφαί. *Lampades byssinae.* κανῶν, ῥάβδος et virga. *Orpheotelestae.* Vannus mystica Bacchi: item *Minervae.* λικνοφόροι *mulieres et viri.* *Macetae Bacchae.* *Smilax inter Bacchi coronamenta.* *Nysa.* ληνίσκοι et λινίσκοι *Coli.* *Alia praeterca multa.*

**P**ercurramus descriptionem regii tabernaculi: nunc ipsam pompam paulisper spectemus. Est autem πομπή traductio aut transvectio. Graeci id dicunt πέμπειν vel πομπεύειν, item πρῆρχεσθαι, παριέναι et διαφέρεισθαι, per publicas urbis vias, a loco certo in certum locum, sive eundem, sive alium. In hac narratione uterque terminus siletur, et ποῖ, et πόθεν. Suspicamur nos, profectam pompam ab illa urbis parte, ubi fuit Ptolemaeo structum tabernaculum, in ejus dei templum esse perductam, cui ille honos habebatur praecipue. Qua ducta fuerit, non praetermittitur: ἦγετο διὰ τῆς κατὰ τὴν πόλιν εἰσόδου. De hoc stadio facit Strabo mentionem l. ult. Ordo autem pompae accuratissime explicatur, et tempus, quo coepit progredi. πρώτη (videlicet πομπή, prima pompa vel primum ferculum) ἐβάδιζεν Ἐωσφόρος. Luciferum, stellam diem ducentem, in tabula expresserant: ei tabulae principem locum inter omnia pompae fercula tribuerunt. καὶ γὰρ, ait, ἀρχὴν εἶχεν ἡ πομπή, καθ' ὃν ὁ προειρημένος ἀστὴρ φαίνεται χρόνον. Quia duci coepit pompa, quo tempore oritur Lucifer. Haec satis declarant, si attendissent viri docti, praecedentia. πρώτη δ' ἐβάδιζεν Ἐωσφόρος. Par et similis ratio ejus, quod et statim sequitur: desisse pompam sub vesperi exortum; propterea agmen cluisse illius stellae simulacrum. Sic enim accipienda ista minime obscura, nisi ἐτελοκωφῶμεν, verba: τὴν δὲ τελευταίαν Ἑσπέρα συνέβαινεν εἶναι, τῆς ὥρας εἰς τῆτον συναγέτης τὸν κηρόν. Deest etiam hic nomen πομπή, ut saepissime in hac narratione. Atque in hujusmodi locis πομπή non id significat, quod ante diximus, sed res singulas in pompa transvectas, sive, ut Latini loquuntur, singula pompae fercula. Sic πρώτην vel δευτέραν ἰσονόαν Graeci, primam vel secundam historiam Latini appellant historiae partem primam aut



secundam. Sic etiam intellige, quod scribit de secunda pompa: *ἔπειδ' ἡ τοῖς βασιλέων γονεῦσι κατωνομασμένη.* Sequebatur Luciferi simulacrum ferculum divis parentibus regis et reginae sacrum. Deinde auctor multas pompὰς in unum cogit, et ait: *μετὰ δὲ ταύτας αἱ τῶν θεῶν ἀπάντων οἰκείαν ἔχουσι τῆς περὶ ἐκείνων αὐτῶν ἰσορίας διασκευήν.* **Quae** ita erant vertenda: *post has sequebantur deorum omnium* pompae (hoc est, imagines) *ornatu eo, qui historiae cujusque illorum conveniebat.* Poterat curiosus lector desiderare pleniorē descriptionem hujus partis, quae universae pompae fuit caput. Continebat enim deorum omnium simulacra, fercula, tenfas et totius veterum theologiae ad vivum expressam imaginem: superfedet tamen Callixenus narratione hac, contentus, indicasse cupido lectori, unde possit reperitare, quod hic non invenit. Sic enim ille: *τὰ δὲ κατὰ μέρος αὐτῶν εἴ τις εἰδέναι βέλεται, τὰς τῶν πεντετηρίδων γραφὰς λαμβάνων ἐπισκοπεῖτω.* Si quis, ait, singula pompae hujus scire cupit, sumat in manus tabulas illas, quibus quinquennalis ludicri Olympici solennitas depingi solet, atque eas intueatur. Quasi dicat auctor: et in ornandis deorum omnium simulacris, et in ordine, quo producta est cujusque effigies, et uno verbo in caeteris omnibus ad deos spectantibus idem plane servatum in hac Ptolemaei pompa, atque Olympiae, cum celebratur ludicrum olympicum. *πεντετηρίδων γραφὰς* interpretamur pictorum tabulas, quarum argumentum erat celebratio alicujus penteteridis. Notamus et alibi de hoc genere tabularum. Sed non sunt praetermittenda hoc loco Athenaei verba e l. XII.: *ἀφικόμενος δ' Ἀθήνησιν ἐξ Ὀλυμπίας, δύο πίνακας ἀνέδηκεν. Ἀγλαοφώντος γραφὴν ὧν ὁ μὲν εἶχεν Ὀλυμπιάδα καὶ Πυθιάδα σεφάνεσσας αὐτὸν, ἐν δὲ θατέρῳ Νεμέα ἦν καθεμένη, καὶ ἐπὶ τῶν γονάτων, καλλίαν φαινόμενος τῶν γυναικείων προσώπων.* Potest accipi γραφὴ et de libris eo argumento scriptis. Sic in Plutarchi l. de mus. simillimus locus accipietur commodius. Nam ut probet auctor, antiquissimos tibicines cecinisse in ludis *μεμελοποιημένα.* *τῆτο δὲ, inquit, δημοῖ ἡ τῶν Παναθηναίων γραφὴ ἢ περὶ τῆς μουσικῆς ἀγῶνος.* Et si autem in multis Graeciae locis *πενταετηρίδι ἀγῶνες* celebrabantur, tamen omnium penteteridum longe nobilissima fuit Olympica, quae ineunte quinto quoque anno incredibili frequentia hominum maximoque apparatu agitabatur. Quod si iudicii non fallimur, putamus, etiam istam pompam Ptolemaicam agitatum esse occasione festi

P.348. *τος γραφὴν ὧν ὁ μὲν εἶχεν Ὀλυμπιάδα καὶ Πυθιάδα σεφάνεσσας αὐτὸν, ἐν δὲ θατέρῳ Νεμέα ἦν καθεμένη, καὶ ἐπὶ τῶν γονάτων, καλλίαν φαινόμενος τῶν γυναικείων προσώπων.*

Potest accipi γραφὴ et de libris eo argumento scriptis. Sic in Plutarchi l. de mus. simillimus locus accipietur commodius. Nam ut probet auctor, antiquissimos tibicines cecinisse in ludis *μεμελοποιημένα.*

*τῆτο δὲ, inquit, δημοῖ ἡ τῶν Παναθηναίων γραφὴ ἢ περὶ τῆς μουσικῆς ἀγῶνος.*

Et si autem in multis Graeciae locis *πενταετηρίδι ἀγῶνες* celebrabantur, tamen omnium penteteridum longe nobilissima fuit Olympica, quae ineunte quinto quoque anno incredibili frequentia hominum maximoque apparatu agitabatur. Quod si iudicii non fallimur, putamus, etiam istam pompam Ptolemaicam agitatum esse occasione festi



cujusdam quinquennalis. Quod etiam arguere videtur ista Penteteridis effigies, quae inter caetera dicitur paulo post fuisse gestata. De magnificentia pompae caeterorum deorum licet facere conjecturam ex unius Bacchi chorigio abertim hic descripto. In ea descriptione scribunt libri veteres λαμπάδας φέροντες βυσσίνης, non, ut editum est, κισσίνης. De ellychnio e bysso possis intelligere. Mox vero, ἔφερον δ' αὐταὶ θυμιατήρια ἑξαπλήχη κισσίνῃσι καὶ χρυσοῖς κέωσι \* διακεκοσμημένα, exarata manu lectio habet κλίωσι, quod non minus corruptum, quam illud κέωσι. Fortasse scribendum κίοσι, ut interpretes, vel, ut censemus nos, κισσοσι. Cogita, lector ingeniose. Mihi quidem emendatio perplacet, non quia nostra est, sed quia vox κλίων huic loco aptissima videtur. Sic vocabant in operibus cujuscunque materiae exstantia a reliqua superficie ornamenta, quae quidem in longum producerentur in modum regulae. Sic Φακός dixerunt in lectis pedum et similibus operibus ornamenta quaedam lenticularis formae, de quibus plura observamus alio loco. Dixi exstantia: quae enim non exstant in longum producta, virgae appellantur. Ideo operibus textis ῥάβδος παρυφαίνεσθαι scribit Pollux. Unde virgata sagula Virgilio. Sed et ῥάβδοι, quae eminent, dicuntur: ut in illis ostreis, quae appellant Graeci τραχύοσρακα et ῥαβδωτά. Pro ἐπὶ χρυσῶν μαζονόμων est in epitoma ἐν χρυσοῖς μαζονόμοις. Deinde pro ἐν πορφυραῖς χλαμύσι inveniō in membranīs χλαμύσι. Mox non longe supple ex membranīs: Ὁραὶ τέσσαρες διεσκευασμένοι, καὶ ἐνάση φέρουσα τῆς ἰδίας κερπέας. ἐχόμενα δὲ τῶν θυμιατήρια δύο κισσῖνα. Ubi editur τετρακύνκλος πηχῶν τεσσαρεσκαίδεκα, numerum augent MSS., in quibus πηχῶν ιζ', cubitoι um 17. Corruptum est, quod statim sequitur: τῇ δὲ τετρακύνκλῳ ἱερεῖς καὶ ἱέρεια. καὶ πέρσης τελεταὶ καὶ θίασοι παντοδαποὶ καὶ τὰ λίμνα φέρουσαι. Omitto dicere, verbum deesse huic sententiae necessarium, ὠχόντο, vel ἐφέροντο, aut simile: cujus praetermissio etiam duriuscula, ferri tamen fortasse queat. Illa certe, πέρσης τελεταὶ, clamant vitium percussa. Dalecampius fecit ἐν Περσικῇ σολῇ. Ingenio, nisi fallimur, majore, quam judicio. Vestitum Persicum describunt p. 349. nobis Xenophon et conditores Alexandri rerum, etiam Plutarchus in l. de ejus fortuna. Sed κείσθω illius sententia εἰς τὸ μέσον. Etiam nostra. Censemus enim ita scribendum: ἱερεῖς καὶ ἱέρεια, καὶ Ὀρφεοτελεταὶ, καὶ θίασοι παντοδαποὶ, καὶ αἱ τὰ λίμνα φέρουσαι. Opertaneorum sa-



crorum mystae atque interpretes praecipui erant, quos vocabant Orpheotelestas, qui fere cum Bacchi orgiastis conjunguntur. Scribebam aliquando καὶ ΠερσεΦουης τελευταί. Sed id jam non placet. Nulla autem orgia aut mysteria sine vanno peragebantur, quam Virgilius vocat myllicam, Plutarchus in Alex. μουσικὰ λίννα. Multa de hac vanno scriptores. λιννοφόροι hic sunt foeminae: alibi viri, ut cum Aeschinem licnophorum ait fuisse Demosthenes. Erant et in sacris Minervae vanni. Vetus poëta apud Clementem et Plutarchum: Βάτ' εἰς ὄδον δῆ, πᾶς ὁ χειρῶναξ λεῖς, Οἱ τὴν Διὸς γοργῶπιον ἐργάτιν θεῶν Στατοῖσι λίννοις προστρέπεσθε. Macedoniam olim et *Macetiam* esse appellatam, et Macedones *Macetas*, jam vulgo notum. In proximis tamen hisce verbis, μετὰ δὲ ταῦτα αἱ Μακέται, αἱ καλέμεναι Μιχαλλόνες, καὶ Βασάραι, καὶ Λυδαί, *Macetae* peculiari significatu dicuntur Macedonicae mulieres Bacchi comites, quae, ceu Deo plenae, furere solitae, ἐνοχοὶ εἶναι τοῖς Ὀρφικοῖς καὶ τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς, ut de illis scribit Plutarchus in Alex. Vide Eustath. ad Il. ῥαψ. ξ. Smilacem inter Baccharum coronamenta recenset Callixenus, subjiciens: ἐσεφανωμένοι, τινὲς μὲν ὄφειν, αἱ δὲ σμίλαξι καὶ ἀμπέλῳ καὶ κικτῶ. De ea re tamen Plinium lege I. XVI. c. 35. Sic autem etiam Euripides in Bacchis. Nysam celebrant veteres Liberi patris nutricem, etiam M. Tullius et Plinius. Ab ea sunt appellati montes Nysae, descripti geographis in variis orbis terrarum partibus. De foemina, non de ulla urbe accipienda erant, quae sequuntur: ἐφ' ἧς ἄγαλμα Νύσσης ὀκτάπηχον καθήμενον, ἐνδεδυκὸς μὲν θάψινον χιτῶνα, et caetera. Invenio deinceps scriptum in epitoma ἐξ ἧς εἴληκετο ἄλλη τετρακύκλος. Et statim ἐφ' ἧς κατεσκευάσθη ληνός. Istud quidem perspicue verum, non, quod editur, ἐφεξῆς κατεσκε. Sic modo dictum ἐφ' ἧς ἄγαλμα Νύσσης. In eodem epitomae libro scriptum πλάτος κδ, *latitudo cubitorum 24*. ubi habet edita lectio τεσσαρεσκαίδεκα. Hoc melius dubiō procul, ut longitudinis mensura arguit. Servemus igitur, quod est editum, cum hic, tum paulo post: καὶ κρατῆρες ἐκαταίδεκα, ὧν οἱ μείζους ἐχώρουν μετρητάς τριάκοντα, οἱ δὲ ἐλάχισοι πέντε. Non assentior doctissimo viro Nicolao Sturioni, qui pro τριάκοντα restituebat τέτταρα, existimans, positum vitio λ pro δ. Verius putamus, sex fuisse horum craterum ordines, sive pemptadas, magnitudinis diversae. Primi ordinis quini crateres quinque metretas capiebant, secundae pemptadis decem,



tertiae 15, et sic deinceps ad triginta crateras usque. Callixenus, ut verbis parceret, maximorum et minimorum modum indicasse contentus, caeteros mediae magnitudinis omnes tacuit. At sequentia perspicue mendosa: p. 350.  
 εἶτα λέβητες ἕξ· βανωτοὶ εἰκοσιτέσσαρες, ἐπ' ἐγγυθηκαὶς πέτε. Quid enim est βανωτοί; Dalecampius emendabat ἄμφωτοι. Gravius, opinor, subest ulcus. Nam in βανωτοὶ inesse statuimus vocis ἄωτοι vestigia. Illud β numeri nota est. Scribo: λέβητες ἕξ ὅτα ἔχοντες (vel ἄμφωτοι), ἄωτοι εἰκοσι. Etiam illud non probo, μαζονομίαι εἰκοσιπέντε. Lego mutato genere μαζονόμια, ut semper alibi. Malim deinde: ἐσεφαναμένοι, οἱ μὲν κισσίνω, οἱ δὲ πιτυίνω. Ut paulo ante: αὐτὴ δ' ἐσεφάνωτο κισσίνω χρυσῶ. Non autem κισσῶ. Etsi legitur infra de Priapo: ἔχων ἐσφάνον κισσὸν ἐκ χρυσῆ. Sed melius ibi quoque κισσίνον. Quid est, quod vitii suspicionem in istis movere queat? ἐκ τέττε περισεραὶ καὶ Φάσσαι καὶ τρυγόνες κατ' ὄλην ἐξίπταντο τὴν ὁδόν, λημνίσκοις τὰς πόδας δεδεμένοι, πρὸς τὸ ῥηδίως ὑπὸ τῶν θεωμένων ἀρπάζεσθαι. Ex hoc antro evolabant, quam longa fuit via, columbae, palumbes et turtures, lemniscos habentes ligatos ad pedes, quo facile a spectatoribus raperentur. Lemnisci sunt taeniae angustae. Optime igitur facit vox illa ad hunc locum. Legendum tamen λιμνίσκοις, nisi et eclogarii lectionem, et consentientis etiam hic cum illo Eustathii auctoritatem insuper habemus. Hujus sunt verba: Ἰσέον δὲ, ὅτι ἐκ τέττοι κωνιότερον λεγομένα λίνε καὶ λιμνίσκος ὑποκορισμῶς, ὁ λεπτότατος λίνος· οἶον, περισεραὶ καὶ Φάσσαι καὶ τρυγόνες κατ' ὄλην ἐξίπταντο τὴν ὁδόν ἐν τινὶ πομπῇ, λιμνίσκοις τὰς πόδας δεδεμένοι. Utrum potius amplectar, non facile dixerim. Mox scribit brevior: ἐπ' ἐλέφαντος χρυσῆ κατακείμενος. Sed τὸ χρυσῆ adjecit ille de suo. Volebat enim sequentium horumce verborum facere compendium: ὁ δ' ἐλέφας σκευὴν εἶχε χρυσῆν. Subdit Callixenus: ὑπεδέδετο δὲ ἐμβάδας χρυσοβαφεῖς. Epitomae non contemnenda lectio χρυσογράμμος. Cave mutes vocem κώλων, cum dicit Callixenus: συναρίδες τράγων ἐξήκοντα, κώλων δεκαδύο. Colum inter quadrupedes non ignobile animal. Veteres membranae varie scribunt per ω vocalem modo magnam, ut hic, modo parvam, ut in VII. Strabonis: ἐστὶ δὲ τῶν τετραπόδων ὁ καλέμενος κόλος, μεταξύ ἐλάφου καὶ κριῶς τὸ μέγεθος, λευκός. Valeant igitur, qui emendant λεόντων. Hybridarum animantium novum genus exhibent hic nobis calamo exarata exemplaria, onelaphos nescio quos,



afinorum cervorumque naturam participant. Nam ubi scribitur *εραθῶν συναρθεῖς ὄντων ἐλάφων ἑπτὰ*. Huraldinus codex et aliqui etiam Italicorum habent *ὄνελάφων ἑπτὰ*.

## CAPUT OCTAVUM.

*Varia animalia ad currus juncta. ἡνίοχος et παραβάτης. Aurigarum habitus. παραναβαίνειν. Thyrsolonchi Aethiopes δωροφόροι. Ebeni Φάλαγγες vel κορμοί. κυλίκιον et κυλικεῖον. διειθέσεις. σεφαιος, σεφάνη, σεμμα. σεφανωθῆναι τεμέεσιν ἐν Δωδώνῃ. Chysorrhoeae fluvii.*

P. 351. **E**t si proprium ludicro Circensi animal est equus, sunt tamen reperti, qui alia animalia juncta in Romanum circum producerent: puta, elephantas, camelos, leones, tigres, cervos etiam, canes deinde. Haec nos in *commentario de ludis Circensibus* pluribus explicamus. Simile autem est, quod a Ptolemaeo factum narrat hic Callixenus. Ait enim, producta in ista pompa fuisse *ἄρματα καὶ συναρτίδας* elephantorum, hircorum, colorum, orygmum aliarumque plurium bestiarum. Narrat deinde, cuique currui aut bigae juvenes binos fuisse impositos, quorum alterum *παιδάριον, puerulum*; alterum *παιδισκάριον* appellat, ceu aetate et statura minorem. Sic in veris curribus, qui non ad speciem inanem instruebantur, sed ad pugnam vel cum hoste vel cum antagonista, duo semper gestabantur: alter, qui habenas tractaret, alter, qui pugnaret. Ille dicebatur e re *ἡνίοχος*, hic *παραβάτης*. Erant autem hi duo, ut conditione, sic etiam cultu diversi. Pulcherrime id expressum est a Callixeno, cum ait: *ἐπὶ δὲ πάντων τῶν ἀναβεβήκει παιδάρια, χιτῶνας ἔχοντα ἡνιοχικὰς καὶ πετάσας*. Hic erat verorum aurigarum habitus: saga circa humeros brevia, flagellum in dextra, in sinistra habenae, petasus in capite. Sequitur de vultu parabataram, sive, ut poëtae vocant, *παραβατῶν*, ut Athenienses, apobataram: *παραναβεβήκει δὲ παιδισκάρια δισκευασμένα πελταρίοις καὶ θυρσολόγχοις, κενοσημμένα ἰματίοις καὶ χρυσοῖς*. Hic vero sunt quaedam nobis animadvertenda. Omnium primum *παραναβαίνειν* positum pro *παραβαίνειν*, nisi tamen






ita potius est scribendum. παραναβάτης ~~quidam~~ certe pro παραβάτης non dicitur. Ornamenta **istorum** ait fuisse parvas peltas et θυρσολόγχας, id est, lanceas sub thyrsorum specie latentes. sive θυρσας λογχωτῆς, ut ad I. Strabonis dudum nobis expositum. Thyrsolouchum describit Justinus Mart. istis verbis: αἱ Βάνηχαι διὰ σχήματος εἰρηνικῆ τὰς λόγχας ἐν τοῖς θυρσοῖς περιφέρουσι. Epitomae auctor scribit χρυσολόγχαις perperam. Scio, posse aliquo modo defendi, quod sequitur: κεκοσμημένα ἱματίοις καὶ χρυσοῖς. Paene tamen persuasi sumus, scripsisse Callixenum ἱματίοις καταχρυσόις vel διαχρυσόις, qua voce jam usus est aliquoties. Hoc est, χρυσοποικίλοις. Porro isti parabatæ cum suis agitatoribus in duas factiones erant tributi. Nam id declarant proxima verba: ἐπήσαν δὲ συνωρίδες καμήλων ἐξ ἑκατέρω μέρωσιν τρεῖς. Et fuisse etiam certamina quaedam edita, significant obiter, quae deinceps legas: ἐσεφάνωθησαν δ' ἐν τῷ ἀγῶνι καὶ σεφάνοις χρυσοῖς εἴκοσι. Inter peregrina spectacula a Ptolemaeo in ista pompa exhibita nominantur mox et Αἰθίοπες δωροφόροι, Aethiopes donis onusti. Docti emendarunt δορυφόροι, reclamantibus antiquis membranarum, et epitoma etiam. Istorum ait quosdam tulisse ἐβένωσ κορμῶσ δισχιλίωσ. Videntur esse, quas Herodotus in Thalia Φάλαγγας ἐβένωσ, et ex illo Plinius l. XII. *phalangas* nominant. Proprie tamen κορμῶσ, unde Romanorum *gremium*, aliud, quam *palanx* vel *palanga*. p. 352. Paulo post in albo traductorum animalium commemorantur καὶ ὄλοι λευκοὶ βόες Ἰνδοί. Scriptum erat in editis: κῶλοι λευκοὶ, βόες Ἰνδοί εἴκοσι ἕξ. Ferri potest, si colorum numerus restituatur, geminatis, quae singulae posita sunt, duabus literis hoc modo, κῶλοι λευκοὶ ιβ, βόες Ἰνδοί εἴκ. Sed hoc quia mera conjectura est, placuit jure scriptam lectionem sequi. Pro πάνθηροι scribe mox πάνθηρες ex epitoma et usu auctorum. Item pro ἄρκηλοι melius ἄρκιλοι. Et pro κυλίμιον μεσὸν χρυσομάτων scribendum aliquoties κυλίμιον. Differunt enim ista, uti scimus: etsi passim pro potiorum vasorum theca, (hoc significat κυλίμιον, non *abacum*, ut hic vertitur, neque *repositorium*, ut aliquando post,) legas κυλίμιον et in hoc auctore et in aliis. διαθέσεις, in istis, καὶ γὰρ διαθέσεις πολλαὶ ἀκοῆσ ἦσαν ἄξιαι, rerum sunt simulacra et repraesentationes mirabili artificia expressarum ad decus pompae: sicut et c. 6. diximus. Porro in hac Callixeni narratione tria mihi observet lector diligens, in quibus distinguendis doctorum desiderabit industriam. Illa tria sunt



*σέφανος, σεφάνη, σέμμα.* Coronas vulgo vertunt haec omnia nullo discrimine. Atqui significare aliud *σέφανον*, aliud *σεφάνην*, declarant subjecta verba: *επόμπευσαν δὲ καὶ θρόνοι πολλοί, ὧν ἐφ' ἐνὸς ἔκειτο σεφάνη χρυσοῦ, ἐπ' ἄλλα δ' ἦν κέρως χρυσοῦν, ἐπ' ἄλλα δ' ἦν σέφανος χρυσοῦς, καὶ ἐπ' ἄλλω δὲ κέρως ὀλόχρυσον.* Dalecampius, ne cogeretur anquirere, quid differant *σέφανος* et *σεφάνη*, expeditissimam iniit viam, deletis istis, *ἐπ' ἄλλα δ' ἦν κέρως χρυσοῦν, ἐπ' ἄλλα δ' ἦν σέφανος χρυσοῦς.* Enimvero sententiam mutasset vir eruditus, si observasset, *σεφανον* quidem dici plectilem tortilemve aut cujuscunque tandem generis coronam, quae toro consistet, *σεφάνην* vero non esse torum, sed limbum aliquantae altitudinis in orbem ductum. Itaque *σεφάνη* quaedam Callixeno memoratur altitudine bicubitalis: item alia sex et quinque cubitorum. Atque ex eo murorum minae *σεφά:αι* dicuntur Graecis, non *σέφανοι*. Sic accipe semper in hac luculentissima narratione et similibus locis. *σέμμα* vero est vitæ sive lemniscus. Atque ut coronae lemniscatae (id est, ut loquitur Theocritus, *περιζωσρῆσιν ἐλικταί*), honestiores erant: sic stemmata aliis rebus circumplebantur honoris causa. Ergo ait Callixenus; *ἐφέρετο φαλλὸς χρυσοῦ, πηχῶν ἑκατὸν εἴκοσι, διαγεγραμμένος καὶ διαδοσθεμένος σέμμασι διαχρύσοις.* Quod erat diadema circum caput, hoc *σέμμα* circa phallum. Ut in lineam redeamus, scribit de Alexandro, hoc est, de vehiculo, quo Alexandri Magni simulacrum transvectum est pompaticè, ut cum Tertulliano dicam: *ὃς ἐφ' ἄρματος ἐλεφάντων ἀληθινῶν ἐφέρετο χρυσοῦς.* Moveant ista verba in animo lectoris acuti suspitionem, quasi illos elephantorum currus, quorum est ante facta mentio, non traxerint veri elephantes, sed vel equi, vel muli, vel alia nescio quae animalia in elephantum figuram conformata. Quod quia durum credere est, et, ut existimo, absurdum, scribo: *ἐφ' ἄρματος ἐλεφάντων ἀληθινῶν ἐφέρετο χρυσοῦς. Vere aureus gestabatur.* Hoc est, ex solido auro, non inauratus. Obscura sunt et, si sequimur interpretes, corrupta, quae post absolutam descriptionem pompae de coronarum divisione dicuntur: *ἐσεφανώθησαν δ' ἐν τῷ ἀγῶνι καὶ σεφάνοις χρυσοῖς εἴκοσι.* Πτολεμαῖος δὲ ὁ πρῶτος καὶ Βερενίκη εἴκοσι τρισὶν ἐφ' ἄρμάτων χρυσοῦν καὶ τεμένεσιν ἐν Δωδώνη. Quinam illi sunt, qui *ἐσεφανώθησαν*; Viri docti non alios putarunt, quam Ptolemaeum et Berenicen. Quorum sententia si itamus, lectio sic videatur concinnanda: *ἐς. δ' ἐν τῷ ἀγ. καὶ σ.*

P.353



χρυσοῖς, εἴκοσι μὲν Πτολεμαῖος ὁ πρῶτος, ἢ δὲ Βερ. εἴκοσι  
 τρισὶν. *Coronati sunt in agone coronis aureis. Ptolemaeus*  
*quidem primus viginti, Berenice vero tribus et viginti.* Sim-  
 plicius nos, ut editae lectionis verba sonant, ita inter-  
 pretabamur: *Coronati sunt in certamine coronis aureis vi-*  
*ginti e victoribus: Ptolemaeus vero primus et Berenice 23:*  
 ut τὸ εἴκοσι de personis intelligatur, non de coronis. Est  
 sane probabile, quando certatum esse dicitur, et victores  
 quosdam exstitisse, et coronas aureas nonnullis saltem il-  
 lorum fuisse donatas. Etiam illud admodum probabile,  
 in tanta hominum multitudine viginti minimum esse re-  
 pertos, qui propter singularem diverſi generis agonum  
 peritiam coronis aureis a munificentissimo regum, die  
 praesertim adeo festo, ornarentur. Absurdum vero, quod  
 sequitur, prima facie videatur, Ptolemaeum et Berenicen  
 σεΦαναθῆναι τεμένεσιν ἐν Δωδώνῃ. Nam quomodo intelli-  
 gemus, ludis iis, qui Alexandriae in Aegypto edebantur,  
 Dodonaei agri portione Ptolemaeo et Berenicae hono-  
 rem fuisse habitum? Mitto aliorum interpretationes, quas  
 probare non possum. Existimo enim, egisse Ptolemaeum  
 cum Dodonae proceribus, qui ad ludos theori publice  
 venerant, ut domum reversi agri partem Ptolemaeo pri-  
 mo et Berenicae consecrarent, eisque τεμένη curarent di-  
 canda, inque iis fana exitruenda. Quod quia sine maxi-  
 mis sumtibus non poterat fieri, ideo inter caeteras Phila-  
 delphi impensas refertur hic a Callixeno. Addit autem,  
 harum impensarum summam talentorum fuisse bis mille  
 ducentorum triginta novem, et hoc amplius minarum  
 quinquaginta: quam omnem dispensatores regiae domus  
 repraesentarint, priusquam spectacula finirentur. Hoc  
 significant verba auctoris: πρὸ τῆ τὰς θεας παρελθεῖν,  
*priusquam praeterirent spectacula sive spectaculorum dies.*  
 Interpretes pecuniam in antecessum solutam volunt futuris  
 victoribus, *priusquam accederent ad ludorum spectacula.*  
 In haec absurda praecipites eos dedit verbum παρελθεῖν  
 male acceptum. Promptae adeo solutionis causa affertur,  
 διὰ τὴν τῶν σεΦανούτων προθυμίαν. Non male hoc qui-  
 dem: nam, quod libenter facimus, cito et expedite faci-  
 mus. Non dissimulabo tamen animi sensum. Legam enim  
 lib. ns προμήθειαν, non προθυμίαν. Tanta, inquit, pro-  
 videntia regis ac reginae fuit, ut ad istos omnes sumtus p.354.  
 pecuniae, quod satis esset, mature coegerint. Haec sine  
 dubio propior causa expeditae solutionis, quam illa prior.  
 Quos autem hic appellat οἰκονόμους inter ministeria regis



Ptolemaei, alii βασιλικὸς τραπεζίτης, *regios mensarius*. Aristeus in descriptione magnificentiae Ptolemaei erga Iudaeos: ἐκέλευσέ τε τῶν διχόρων ὅσιν ἄθροον ἔσσαν ἀπομοιρίσαι τῆς ὑπηρεταίς τῶν προσταγμάτων καὶ βασιλικοῖς τραπεζίταις. Idem etiam ῥισνοφύλακας nominat custodes *arseni*, id est, fisci regii. Iosephus, apud quem tota illa historia iisdem prope verbis est descripta, dixit: τὰς Φύλακας τῶν κιβωτῶν. Scribe ἔ γὰρ ἡ τὰ Περσῶν καὶ Β. Quod dicitur de Chrysoorrhoea Nili cognomine, sic accipe, ne erres: nobile id nomen, quod variis Europae Asiaeque fluminibus datum est. si rei veritatem spectemus, uni deberi Nilo ac soli. Fluvios isto nomine invenies apud Geographos non duos aut tres, sed plures. Omnium nobilissimus is, qui Damascum Syriae praeterlabitur. Nilum quidem vulgo appellatum fuisse Chrysoorrhoeam, nemo dicit veterum: etiam non nescimus, esse, qui sic appellentur ex antiquis scriptoribus. Gregorius Nazianz. in epitapho, Athan.: Νεῖλον, τὸν χρυσοῦρρον ὄντως καὶ εὐσαχυν. Sed iam spectatum satis: nimis enim tenuit nos diu pompa regalis.

## CAPUT NONUM.

*Prou. Opera Philadelphia. πάροδος in nave. ἀκροσόλιον. Navis ὄπλα, arma. ἐσχάριον deducendis in mare navibus. ἀνάκλασις εὐγραμμος. ἀναπεπταμένα loca. πτερον et περίπτερος. εὐάεια. Valvarum ornamenta. διατοναία τοξοειδής. διατόνια. παράσειρον.*

Καὶ περὶ πάντα ἐτρεδάκει τὰ κατασκευάσματα Φιλοτίμως. De Ptolemaeo Philadelpho loquitur, cujus ita μεγαλεπήβολον ingenium fuit, ut ab eo magnifica omnia opera Philadelphia sint dicta. Philo Jud. de vita Moysis: Πτολεμαῖος ὁ Φιλαδέλφος ἐπικληθεὶς τρίτος μὲν ἦν τῶν ἀπ' Ἀλεξάνδρου τὴν Αἴγυπτον παραλαβόντων, ἀρεταῖς δὲ ταῖς ἐν ἡγεμονίᾳ πάντων ἔχει τῶν κατ' αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πάλαι πώποτε γεγενημένων ἄριστος, ἔ καὶ μέχρι νῦν τοσαύταις ὕπερον γενεαῖς ἔδεται τὸ κλέος, πολλὰ δειγματα καὶ μνημεῖα τῆς μεγαλοφροσύνης κατὰ πόλεις καὶ χώρας ἀπολιπόντος, ὡς ἤδη καὶ ἐν παροιμίᾳ εἶδει τὰς ὑπερόγκας

Q  
u  
bi  
n  
i  
ē  
g  
m  
ad  
au  
e  
det  
tes  
pre  
Gr  
stis  
des  
so.  
qua  
vii  
Ca  
apud  
lit:  
qui  
pr  
Nou  
nive  
hora  
pro:  
intra  
Ptole  
rari.  
tudini  
est.  
si mi  
dual p  
que an  
pionde  
tān ax  
v. u.  
alibi d  
τακτος  
μέγην  
μέγες τε  
κατασκευ



Φιλοτιμίας καὶ μεγάλης κατασκευῆς Φιλαδελφείας ἀπ' ἐκεί-  
 νης κληθεῖσαι. Appianus hoc illi magnificentum elogium tri-  
 buit: ὅς καὶ πορίσαι δεινότητος ἦν βασιλέων, καὶ δαπα-  
 νῆσαι λαυπρότατος, καὶ κατασκευάσαι μεγαλεργότατος. τὰ  
 δ' ἀπο τετρηρῆς μέχρι τριηρημιολίας διπλάσια τέτων. Ae-  
 gyptiaci regni opes commemorans Appianus ex Ptole-  
 maei hujus rationario, fuisse illi ait triremes ab hemiolia  
 ad penteres numero mille et quingentas. Inter triremem  
 autem hemioliam et trieremioliam qui discrimen aliquod  
 censent itatuendum, ii mihi nodum in sirpo quaerere vi-  
 dentur. ἀπὸ παρόδος ἐπὶ πάροδον. Non est *aditus* πάρο-  
 δος, sed via, quae secundum navis longitudinem in su-  
 premo tabulato patet juxta remiges eos, qui *Θρανῖται*  
 Graecis dicti. Veteres Latini *ugram* vocabant. Paulo  
 aliter videtur πάροδος accipi, cum Hieronis navis *τριπάρο-*  
*δος* infra nuncupatur. ἕψος δὲ ἕως ἀκροσόλις. Quod *ἄφλα-*  
*σον* sive *aristre* in ruyri, id in prora erat ἀκροσόλιον,  
 quanquam et *ἄφλασον* prorae tribuitur. Sunt autem na-  
 vium ornamenta et acroteria illis partibus imponi solita.  
 Caeterum navis istius dimensiones totidem fere verbis  
 apud Plutarchum legas in vita Demetrii. ἐπὶ τὸ τῆς θα-  
 λάττης μέρος αὐτῆς. Deesse aliquid, facile animadvertent,  
 qui criticas aures habebunt. Lege cum epit.: ἐπὶ τὸ  
 πρὸς τῆς θαλ. μ. πολὺς δὲ ἦν καὶ ὁ τῶν ὀπλων κόσμος.  
 Non sunt ὄπλα hic Martis arma, sed navis instrumentum  
 universum, ut etiam apud Virgilium *arma*. Utilitatem  
 horum ὀπλων declarant sequentia verba: ἀνεπλήρη δὲ τὰ  
 προσδεόμενα τῆς νεῶς μέρη. Hoc vult enim, ex ea copia  
 instrumenti nautici, quo navem instruxerat, reparasse  
 Ptolemaeum subinde, quicquid in ea navi poterat deside-  
 rari, ut fieri amat in navigiis praesertim hujusce magni-  
 tudinis: semper enim aliquid sarcendum et reficiendum  
 est. Plautus: *Negotii sibi qui volet vim parare, Navem  
 et mulierem, haec duo comparato. Nam nullae magis res  
 duae plus negotii Habent, forte si occeperis exornare. Ne-  
 que unquam satis haec duae res ornantur, Neque eis ulla or-  
 nandi satis satietas est.* Elegantius porro et magis ex usu  
 τῶν ἀκριβῶς ἐλληγιζόντων scribas: τὰ προσδεόμενα αἰεὶ τῆς  
 ν. μ. De vocis αἰεὶ significatione in hujusmodi locis tum  
 alibi diximus, tum l. sequ. c. 6. εἰς δὲ τὰς ὑπηρεσίας τε-  
 τρακοσίαις. Plutarchus: ναύταις δὲ χωρὶς ἐρετῶν ἐξηρητη-  
 μένην τετρακοσίαις, ἐρέταις δὲ τετρακισχιλοῖς. ἐπισιτι-  
 σμές τε ἐκ ὀλίγον. Scribe vel ἐπισιτισμῆ, vel ἐπισιτισμόν.  
 καθευκύνθη δὲ τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ ἐσχάρης τινός. Quae-



cunque de vocabulo ἐσχάρης dicuntur hic a viro docto, ea, ut dicam ingenue, omnia essent ἀρήτητα ἀμείνω. Eustathium adhibere in consilium erat fatius. Locum illius eruditissimi episcopi integrum huc transferemus: rem enim aperit perspicue. Ὅτι δὲ, αἶτ, ἔ μόνον κατὰ γῆς ἐσχάρηι πυρὸς ἦσαν, ἀλλὰ καὶ περιφορηταί, δῆλον ἐκ τῆς ἐπομπευσαν καὶ θυμικτήρια χρυσᾶ καὶ ἐσχάρηι ἐπίχρυσοι. Citat verba desumpta ex superioris pompae descriptione. Addit: Ἀθηναῖος δὲ καὶ ἐσχάριον παραγώγως οἶδε, δι' ἧς κατέλκονται νῆες εἰς θάλασσαν. ὅθεν ἡ ἀπερίεργος γλῶσσα παρὰ Φθίρῶσα τὸ καινὸν πλοῖον ἀπὸ σχαρίς εἶναι Φησι, βελομένη πάντως ἀπὸ ἐσχάρης εἶπεῖν. πρὸς ὁμοιοτητα δὲ ἴσως ἐσχάρης ταῖς καὶ ἡ κοινότερον λεγομένη μαγειρικῆ ἐσχάρα καὶ ἐσπύασαι καὶ ἰνώμασαι. Recte Eustathius ἐσχάριον hoc loco interpretatur machinam deducendis in p.356. mare navibus aptam. Hoc enim postulant omnino auctoris verba. Quamquam ex eo, quod addit, vulgo navem recens factam dici solitam ἀπὸ σχαρίς pro ἀπὸ ἐσχάρης, ut ipse interpretatur, non male colligas, ἐσχάριον significasse aliquando tectum subitaneum et levis operae, sub quo naves solent compingi. Sed haec conjectura tantum est, praeterea nihil. Nam isto loco ἐσχάριον non aliud est, quam quod diximus. Alibi quoque ea voce Athenaeus usus pro eo, quod *basin et compactionem et transstronium plurimum* dicit Vitruvius in descriptione testudinis machinae. Cujus cum pridem magnus Turnebus in Adversariis suis nos admonuerit, eo lectorem rejicere, quam pluribus probare malimus. Porro formam ἐσχάρης, cuius hic meminit ex Callixeno Athenaeus, ex ipso nomine licet odorari. Erat enim coagmentatio multorum asserum instar ingentis foci. habens, ut opinor, impacta ligna transversa, instar craticulae, quae Graecis ἐσχάρα. Sic in ea fossa, quae huic machinae successit, destitutae erant palangae transversae, sicut auctor narrat. Etiam Vitruvius ἐσχάρην *basin* alia in re interpretatur l. X. c. 17. Nos in Apollodori Poliorceticis, cap., quomodo oporteat turreς παροικοδομεῖν, notavimus haec verba: κατὰ δὲ τὰς ὀρθοστάτας ἀπὸ τῶν διπλῶν ἐπὶ τὰ διπλᾶ ἐπιτίθενται ἕτερα ἐύλα τετραγωνίζοντα τὸ σχῆμα καὶ τὸ κάτω σχάριον συμπληρῶντα. Sic scribitur hic locus in bibliotheca regis Christianissimi. τὸ ἀνοίχθην κατ' ἀρχὰς ἐμφράξας. Scribendum καὶ τὸ ἀν., vel εἶτα τὸ ἀν., et distinguendum post vocem praecedentem ναῦν. Sensus est, postquam navis in eam fossam deducta est, in quam fuerat mare admissum,



fuisse obturatam viam, quae patuerat mari, et aquam omnem machinis exhaustam: quibus peractis, resedisse navim super factitiae fossae palangis, ibique mansisse tanquam in statione aut navali. *μετεξηντλησε παλιη την θαλασσαν οργάνοις.* Significat, aquam maris, quae erat ingressa fossiam, haustoriis machinis fuisse translata et exhaustam. Neque enim puto assentiendum interpretibus, qui accipiunt de aqua, quae in navem intraverat. Id vero contra auctoris propositum manifesto facit, qui docere vult, quomodo super fossae palangas navis fuerit firme collocata. Hoc autem non potuit aliter, quam sublato prius mari, quod fuerat admissum, ne jactaretur et fluctuaret in fossia navis. *τέττε δὲ γενομένε, ἐδρασθήναι τὸ πλοῖον.* Supplendum, ut saepe in narrationibus, verbum *φησὶ*, vel scribendum *ἐδρασθήναι συνέβη τὸ π.* Hoc equidem verum censeo. *τὸ δ' εὖρος, ἢ πλατύτατον, τριάκοντα πηχῶν.* Latitudo, qua fuit latissima, triginta cubitorum. Contrarium interpres deceptus a vulgata lectione, *ἢ πλατύτερον.* Deinde scribe cum epitoma *μιάς ἀπέδει τεσσαράκοντα πηχ.,* non *μικρὸν ἀπέδ. τῆς ἀνακλάσεως εὐγράμμε Φαινομένης.* Refero ad rationes opticas, quas ita diligenter ait observatas, ut reflexio concinna appareret. Dalecampius legendum censuit *εὐθυγράμμε.* Ego firmatam auctoritate codicum scripturam non sollicito. Est vero certum, in iis, quae tolluntur in altum, ut in altioribus columnis et similibus, opticis rationibus cavendum esse, ne propter visus *ἀνάκλασιν* deformitas appareat. Cum enim eo res quaeque minor videatur, quo longiore intervallo a nobis spectatur, fallendus oculus est, et symmetriae laus captanda est ex asymmetria. Quod etiam in striatarum columnarum crassitudine docet observandum Vitruvius l. IV. c. 4. In optimae tamen notae membranis scriptum *ἀνακλήσεως*, quod non probamus. *μετέωρον ἄγαν ἴσασθαι.* Interpretis *περιεργία* magnam facit injuriam nobilissimo fluviorum. Auctor ait, ejus fluctus in altum saepe attolli: interpres, *allidi et irruere.* Latine parum, falso prorsus. *περίπατοι ἐγεγόνεισαν διπλοῖ.* Ambulationes fuerunt duplices in singulis trium laterum: quarum altera fuit alteri superstructa. Inferiorem vocat *κατάγειον*, quia erat similis ambulationibus, quas hypogeas vocarunt: superiorem appellat *ὑπερῶν* a situ, a forma autem *κρυπτήν, tectam*, ne quis hypaethram fuisse putaret. *πρώτη δ' εἰσίουτι κατὰ πρύμναν ἐτέταντο πρὸς ἐξεναυτιέμενα ἀναπεπταμένη κύκλω δὲ περίπατος.* Haec sunt



depravatissima. Pars membranarum pro περιπατος scribit περίπτερος. Censeo corrigendum: πρὸς τὰ ἐξ ἐναντίας μὲν ἀναπεπταμένη, κύκλω δὲ περίπτερος. Senius autem est, ingruentibus a puppi primam statim occurruite ambulationem illam superiorem, patentem usque ad alterum extremum, sine ullo obice aut septo, quod illam divideret ac breviorē redderet, protectum vero in orbem habuisse angustum. Nemo dubitat, ἀναπεπταμένη illa loca dici Graecis, quae sunt aperta et nullo obice intersepta. Talis haec ambulatio fuit. πτερον architectorum esse vocabulum, ex Vitruvio constat et Plinio l. XXXVI. c. 13. Etiam munitionis genus erat, quod πτερόν vocabant, de quo ad Polybium: varie enim eam vocem usurparunt. Sed fere de iis tantum dicitur, quae similem figuram habent aliquo modo ei, quem Graeci ταρσόν vocant. Hesy chius interpretatur ὑψηλόν, πανταχόθεν ἐξέχοι, ἢ ἐσθλὴν ἔχουσαν ἐξοχήν. Harum trium explicationum prima et secunda sunt alienae. Saepissime observavimus in doctissimis illis glossis, confusas esse duarum affinium vocum interpretationes. Is error hic commissus est: nam priores illae explicationes non explicant vocem περίπτερος, sed περίπετρος, teste ipso Hesycho, qui scribit paulo ante: περίπετρος, πανταχόθεν ἐξέχον. Tertia interpretatio ita scribenda: τὴν σελὴν ἔχουσαν ἐξοχήν. Ex huius mente igitur περιπατος κύκλω περίπτερος erit *ambulatio in orbem projectum angustum habens*. Nam ἐξοχήν apud Hesy chium quid aliud interpreteris, nisi tecti projecturam? Possuimus etiam aliter ex Vitruvio vocem περίπτερον explicare. *Peripterum* locum vocat ille, qui uno columnarum ordine cingitur: *dipiterum*, qui duplici. Itaque ambulatio περίπτερος erit, quam columnae circumvallant. Juvat, quod modo dixit, fuisse hanc ambulationem undique fenestratam et sepimentis munitam. Φραγμοῖς, ait, καὶ θυρίσι περιεχομένη πάντοθεν. Videntur singula intercolumnia suam fenestram habuisse. Sic etiam paulo post οἶκον περίπτερον cum Dalecampio acceperim: et non multo post συμπόσιον περίπτερον. Ubi clare hanc expositionem confirmat auctor, subjiciens statim: οἱ κίονες αὐτὴ ἐκ λίθων Ἰνδικῶν συνέκειντο. Ita mox, τῇ διαθήσει κατάσειρον ἄνω πάλιν, non intelligo: et videntur deesse quaedam. Θυρίδες ὑπέκειντο εὐαεῖαν παρέχουσαι. Non est εὐαεῖα, ut putant, *adeundi commotio*, sed aëris recipiendi ac luminis, ut locus fiat et luminosus et perflabilis. Neque necesse mutare in εὐαεῖα: nam εὐαεῖα et δυσαεῖα probae dictiones

P. 358.





sunt, et si ποιητικώτεροι. ἐλεφαντίνες ἔχουσαι τὰς κόσμες.  
 Bullas intelligit, et si qua sunt alia valvarum ac forium  
 ornamenta. Sed notandum sequentia verba: ἡ δ' ἐνήλω-  
 σις ἢ κατὰ πρόσωπον αὐτῶν καὶ τὰ ῥόπτρα ἐξ ἐρυθρῆ γε-  
 γονότα χαλκῆ τὴν χρύσωσιν ἐκ πυρός εὐληφασιν. *Clavi,*  
*inquit, qui in operis fronte, itaque marculi, ex aere ru-*  
*bro facti, auti similitudinem per ignem erant consecuti.*  
 πρόσωπον cape, ut in illo Pindari: ἀρχομένε δ' ἔργε πρόσ-  
 ωπον χρῆ θέμεν τηλαυγές. Vulgo dicimus in idiomate  
 nostro *frontispricinum*. Ista, χαλκὸς ἐρυθρὸς τὴν χρύσωσιν  
 ἐκ πυρός εὐληφῶς, periphraſis sunt ejus speciei aeris, quam  
 nos appellamus *lotonium*, lutei plane coloris. *ναὸς Ἀφρο-*  
*δίτης Σολοειδῆς. Templum Veneris ad similitudinem tholi*  
*factum.* Alibi plura de voce hac et figura diximus: quam  
 non recte animo ceperunt, qui verterunt, *aedes Ven. ris*  
*camerata, in testudinis rotundum fastigium desinente cacu-*  
*mine.* Hui! tot verbis opus fuit, ut unica vox Σολοειδῆς  
 exprimeretur? Quorsum vero *testudinis* nomen? Nam alia  
 figura *χελώνης*, alia *θόλας*, ut sciunt, qui Romanum Pan-  
 theum aut corporis aut animi oculis viderunt. Non diffi-  
 milis figura illius *ρομβωτῆ ὀροφώματος*, quod praecedit.  
 οἱ γὰρ κίονες αὐτῆ. Malim οἱ γέν. Quo enim illud γαρ;  
 Mox scribe: ἔχον τὴν πετροποιίαν ἐκ λίθων ἀληθινῶν καὶ  
 χρυσοῦ δεδημιουργημένην. Videamus vero sequentia: ἐπι-  
 τερπῆς δ' ἰκανῶς καὶ ἄλλο συμπόσιον ἦν, ἐπὶ τῇ τῆ μεγί-  
 στα οἴκῃ σέγγη κείμενον, σκηνῆς ἔχον τάξιν, ὡσε τῇ μὲν ἐκ  
 ἐπῆν, διατόναια δὲ τοξοειδεῖ διὰ ποσῆ τινος ἐνετέτακτο δια-  
 σήματος. ἐφ' ὧν ἀύλαϊται κατὰ τὸν ἀνάπλεον ἀλκρυγεῖς ἐνε-  
 πετάννυντο. Mendarum laetam hic segetem acutus lector  
 habet, in qua se exercent. A scriptis manu codicibus  
 frustra auxilium speres: frustra etiam ab epitoma, quae  
 haec omnia praetervolat, ut jam tum inquinata. Vitii  
 indicium vel in illis satis certum, ἐφ' ὧν. Nihil enim  
 praecessit, quo haec possint referri. Lego: ὡσε τῇ μὲν  
 ἐκ ἐπῆν ἔδεν, διατόναια δὲ τοξοειδῆ διὰ ποσῆ τινος ἐνετέ-  
 τακτο (vel ἐνετέτατο) διασήματος. ἐφ' ὧν ἀύλ. etc. Sen-  
 sum elicio hunc, oeci maximi contignationi impositum  
 fuisse coenaculum, tentorio simile. Id vero sic factum  
 fuisse, ut illi, quam diximus, contignationi nihil super-  
 structum esset: puta, nulli parietes, nullum tectum: sed  
 funes quosdam arcuatos certo intervallo fuisse dispositos p.359,  
 vel distentos, super quibus aulaea pandebant, quoties  
 usus esset. Vocabulum *διατόναια* non memini legere alibi:  
 nec satis scio, quid proprie significet. Sed *διατόναια το-*



Ξοειδῆ appellat auctor sine dubio arcus dimidiatos ex crassis funibus vel ligno factos sustinendis aulaeis, quae super illis expansa efficiebant, ut dicit auctor, caenaculi faciem tentorio similem. Fortasse διατόνια rectius scribamus: sed alio sensu, quam accipit Hesychius, qui interpretatur κρίκας. Quod diximus de funibus arcuatis, stare non potest, nisi intelligamus, fuisse eos sustentatos per ticeis aut varis, aut alia re aliqua. Deinde scribe: μετὰ δὲ τῆτο ἀλθριον ἐξεδέχεται. ἀλκρυεὶ παρασεύρω κεκοσμημένον. Ignotae significationis verbum est hic παράσειρον. Sed vel funes significat, ut explicat Dalecampius, vel aliud nescio quod ad oras veli appensum ornamentum instar praetextae aut fimbriarum.

## CAPUT DECIMUM.

*Carpentum, quo Alexandri corpus in Aegyptum est delatum.* κατεσκευάσμαι active et passive. λευκέα et ex ea funes. Ῥοδανῆ et Ἡριδανῆ nomina confusa. σῶμα pro servo. ἀνθρωπότης, vulgus hominum. Helix. De terebra observatio. Hieron et Franciscus Magnus principes Φιλόμοσοι. Horti Adonidis. κεραμίδες μολύβδιαι.

Ait eruditissimus convivor: Ἰερώνυμος ἐν τῇ κατασκευῇ τῆς ἀρμαμάξης, ἣ συνέβηκε κατακομισθῆναι τὸ Ἀλεξάνδρου σῶμα. Descriptionem hujus harmamaxae accurate persequitur Diodorus Sic. l. XVIII. Ex eo petat lector. Est enim opus sane quam magnificentum, et Alexandri corpore non indignum. Hieronymi tamen nomen a Diodoro praetermissum est, itemque ab Aeliano l. XII. Ποικ. c. ult. Ait: εἰς ὕλην μὲν ξύλων ἐκ τῆς Αἴτνης παρεσκευάσο. Sic epitoma, et ferri potest. Planior tamen sententia fuerit, si scribamus: εἰς ὕλην μὲν ξύλων ξυλεία ἐν τῆς Αἴτν. παρεσκευάσο. ἐξ. τριηρ. σκ. πλῆθος ἐξεργάσασθαι δυναμένη. Ita usurpavit paulo ante vocem ξυλεία. ὁ Φασι παγῆναι πεντήκοντα πλοίων πεντηρικῶν ξυλεία. Aut sic: εἰς ὃ ὕλην μὲν ξύλων ἐκ τ. Α. παρεσκευάσο. Paraverat. Nam et κατεσκευάσμαι et παρεσκευάσμαι tam active quam passive sumi solent. Scripsimus ex antiquis: καὶ τὴν εἰς



τὴν ἄλλην χρᾶιν ὕλην, τὴν μὲν ἐξ Ἰταλίας, τὴν δὲ ἐκ Σικελίας. Postrema in editis male desiderantur. Sequitur: εἰς δὲ σχοινία λευκίαν μὲν ἐξ Ἰβηρίας, κάνναβιν δὲ καὶ κίττον ἐκ τῆς Ῥοδανῆς ποταμῆς. Eustathius: Ἀθηναῖος ἰσορεῖ περὶ τινος, καὶ ὅτι εἰς σχοινία ἡτοιμάσατο λευκέαν μὲν ἐξ Ἰβηρίας, κάνναβιν δ' ἐκ τῆς Ἠριδανῆς ποταμῆς. εἶη δ' ἂν ἴσως δέρμα λεύκης παρόμοιον τῷ ἐκ Φιλύρας. Scribe igitur in Athenaeo λευκέαν μὲν ἐξ Ἰβ. Sic et eclogarius. Arboris λεύκης, *poruli*, librum decorticatam ad conficiendos funes appellabant λευκέαν, sicut detractam pellem leoni λεοντέην, vulpi ἄλωπεκέην, et alia id genus. p. 360. In Hesychii glossis alicubi leges: σιλλὸν λευκαίας σχοινίον. Melius idem alibi λευκέα per simplex ε, quod interpretatur σχοῖνος. Recte, si accipias pro fune simpliciter et ἀντὶ σχοινία. Nam junci speciem λευκέαν novimus nullam. Glossarum tamen auctor *spartum* λευκίαν interpretatur: nec dubium, multos jam olim per αἰ scripsisse id, nempe ea notione. Rhodani nomine intellige fluminis illius utramque ripam. ubi etiam hodie cannabis copia non tenuis. Sed fluvii hujus nomen diverse scriptum invenimus. In epitoma disertè Ῥοδανῆς. Mendose, ut palam est. In Eustathii codicibus Ἠριδανῆς. An et hoc mendose? Ita videtur mihi quidem. At voce κίττον quid faciemus? Hederae usum esse nullum ad funes nectendos, recte pronuntiant docti. Quare in excerptis et Eustathio vestigium nullum ejus verbi. *πίτταν*, opinor, scripserat auctor: quod etiam doctissimo Gesnero venerat in mentem. Picem non postremas obtinere in nautica suppellectile, omnes norunt. Ait: Ἀρχιμῆδης ὁ μηχανικός νόμος αὐτὸ κατήγγε (τὸ πλοῖον) δι' ὀλίγων σωμάτων. Dalec. *paucis instrumentis*. Imo vero *paucorum servorum opera*, ut in libris juris civilis Romanorum passim *corporum*, pro servis. Quanquam id Julio Poll. non probatur. σώματα, inquit, ἀπλῶς ἐκ ἂν εἴποις, ἀλλὰ δεῖλα σώματα. Sed obtinuisset contrarium, testatur in Ancyroto Epiphanius: εἶωθεν ἡ ἀνθρωπότης καλεῖν τὸν ἀνθρώπου ἀπὸ τῆς ἐνὸς ὀνόματος οἶον, ὅτι δεσπότης ἐστὶν ὀδοήκοντα σωμάτων. Solent vulgo hominem de nomine alterius partium, ex quibus constat, appellare: ut cum dicimus, est herus 80. corporum. ἀνθρωπότης dixit Epiph. pro vulgo homines. Sicut solent beati patres Graeci τὴν ἀδελφότητα, Latini *fraternitatem* ponere pro coetu fratrum et ecclesia. Sed non solum vulgus ita locutum: verum et eruditissimi quoque Graecorum, spreto Pollucis imperio. Harpocraton



de institutis a Solone primum Iupanaribus loquens, Νικανδρος, inquit, ἐν ἔκτῳ Κολοφωνιακῶν Σόλωνά Φησι σώματα ἀγοράσαντα εὐπρεπῆ, ἐπὶ σέγγῃ σῆσαι. Id est: *Nicander l. VI. Colophoniacorum auctor est, Solonem servas pulchras emisse, et in cella prostituisse.* Idem alio loco σωμάτεμπορον vocari docet. quem veteres, inquit, ἀνδροκάπηλον. Aristoteles, et sentiendi et loquendi recte norma, de miraculis auditis: λέγεσιν ἔτω τὰς οὐκ ἐν τὰς Γυμνησίας Ἰβηρας καταγύνες εἶναι, ὡσεὶ ἀντὶ ἑνὸς σώματος διηλυκῆ διδόναι τοῖς ἐμπόροις τέτταρα καὶ πέντε σώματα ἄρρενα. Apud Demosthenem in ea contra Euergum et Mnesibulum τὸ σῶμα, ἢ ἡ ἀνθρωπος, et τὸ σῶμα τῆς ἀνθρώπου pro eodem ponuntur. Sic etiam accipe in hoc Phlegontis Trall. loco, cujus mentem doctissimus interpres non est assecutus: ἐν ἔν σοι φαίνεται περὶ τέτων γράφειν τῷ βασιλεῖ, ἐπίσειλον κῆμοι, ἵνα καὶ τῶν σωμάτων τινὰ τῶν ἰσορῶντων τὰ κατὰ μέρος ἐξαποσείλω σοί. Vertendum erat: *Si ad principem de ea re videtur tibi scribendum, scribe etiam ad me, ut servos quosdam tibi mittam eorum, qui rem totam tenent.* Quo major esset fides miraculosae narrationi, offeruntur servi, qui tormentorum perpeffione, si opus sit, veritatem obfignent. Ergo etiam hic σώματα sunt personarum corpora, non instrumenta. Aetate b. Augustini vulgus Graecorum servos vocabat σωμάτια potius, quam σώματα. Itaque haeret pia illa anima dubitaturque, an vocem σώματα liceat de servis interpretari. Sic ille in locutionibus de Genesi: *Graeci σωμάτια servos appellabant usitatissima locutione, sed quia non σωμάτια, sed σώματα hic dictum est, non est temere confirmandum, servos significatos: fieri tamen potest, ut hoc magis sit.* Sic ille, usum loquentium potius quam scribentium spectans. Sed ad pensum redeamus. Obstat interpretationi huic Procli narratio I. in Euclidem comment. Narrat ille, deductam hanc navem non δι' ὀλίγων σωμάτων, *paucorum servorum opera*, sed unius Hieronis regis: πάντων ἅμα Συρακυσίων ἐλκύσαι τὴν ναὺν ἐ δυνάμενων, Ἀρχιμήδης τὸν Ἱέρωνα μόνον αὐτὴν καταγαγεῖν ἐποίησεν. Quomodo conciliabimus? Tam facile, quam descendit imber, cum pluit: sic nempe dici Proclo Hieronem solum eam navem deduxisse, quomodo ait Athenaeus solum Archimedes. Hic fecisse dicitur, quia faciendi rationem invenit: ille, quia honoris sui causa operi manum admovit. Quod igitur Athenaeus paucorum ministerio Archimedes usum scribit: idem et de Hierone est intelligendum. Atque hoc etfi

p.361.



non ait diserte Proclus, non tamen negat. Ait auctor: πρώτος δ' Ἀρχιμήδης εὑρε τὴν τῆς ἑλικος κατασκευὴν. Et Proclus: ἡ ἑλιξ ἐκ τῶν τοῖς πρὸ τῆς Ἀρχιμήδους πορίμῃ. Sed de helice multa viri docti, quae non repetam. Ait de clavis aeneis, quibus munita haec navis: διὰ τρυπάνων δ' ἦσαν ἔτοι ἡρμοσμένοι. Itaque etsi decem ac quindecim pondo pendebant hi clavi, quia tamen terebra terebrata erant foramina, in quae erant immittendi, crassiores sesquidigito ipsos esse non oportuit, aut circiter, nam ultra hunc modum terebra non habet explicationem, auctore Vitruvio l. X. c. 22. Ait: διὰ κλιμακῶν πυκνῶν ἢ κατάβασις ἐγένετο. *Per scalas pures, vel per multorum graduum scalias.* Nam κλιμαξ utrumque significat, gradum et scalias. Illud commoditatem descendendi indicat: hoc intervallum magnum, quod ab una contabulatione fuit ad aliam. Ait: ταῦτα δὲ πάντα δάπεδον εἶχεν ἐν ἀβακίσοις συνηείμενον ἐκ πικτοίων λίθων. Exposuimus hunc locum commentariis ad Sueton. l. I. c. 49. ubi de musivo opere notamus. Est vero argumentum principis literarum amantis, qui- que, ut ait Pindarus, ἀγλαίζονται μεσομένης ἐν αὐτῷ, quod obiter hic observatur de Hierone, qui tessellatis suae hujus navis pavimentis universum Iliadis argumentum curaverat exprimendum. Sic rex Franciscus, pater ille et Maecenas literarum ac literatorum, in cujusdam praelongae ambulationis, quae in regio visitur palatio Fontis-Eblaudi, parietibus universum Odysseae argumentum solertis pictoris penicillo spectandum exhibnit. Lege autem sic: ἐν οἷς ἦν κατασκευασμένος πᾶς ὁ περὶ τὴν Ἰλιάδα μῦθος θαυμασίως ταῖς κατασκευαῖς· καὶ ταῖς ὀροφαῖς καὶ p.362. Συρώμασι δὲ πάντα ἦν ταυτὰ πεποιημένα. Ait: ἐν οἷς κῆποι παντοῖοι θαυμασίως ἦσαν περιβάλλοντες ταῖς φυτέλαις διὰ κεραιδῶν ἢ μολυβδαινῶν. Lege διὰ κεραιδῶν μολυβδίνων, sublato ἢ. Hoc vult, institutos fuisse omnis generis hortos in ambulationibus illis: ex quibus hortis manantes plantae per laminarum plumbearum commissuras navem totam circumdabant. κῆποι sunt herbarum hortensium institutae areolae in congesta terra super navis tegmen: vel erant iis similes, quos Adonidis hortos vocant, in quibus alliosae plantae educantur intra περιφορήτας testas: cujusmodi et illa dolia erant, quorum statim fit mentio. Sic plures horti facti erant in ambulationum superficie. κεραιδῶν μολυβδίνων dixit. ut Suetonius *chartam plumbeam*: quod pluribus ibi exposuimus. Laminas plumbeas significat in speciem laterum formatas. Sic



paulo post πλίνθοι μολύβδα. Illae ipsae sunt, de quibus ante locutus est auctor, cum dixit: ταῖς ἐν μολύβδα ποιηθείσαις κεραμίσι καὶ κατ' ὃ νυχθηγηθείη μέρος προσελαμβάνετο. Et iterum: μολυβδίναις κεραμίσι ἀπεσεγγέντο.

## CAPUT UNDECIMUM.

*Perspicuitas prima virtus orationis. Attegiae et trichilae. τρόπος. ἀτλαντες. κεραία. τὰ Φατνώματα. Τοxicae. παρατρήματα, παραρτήματα, sive παραρύματα. Italia πολύδενδρος. Alia non ραυσα.*

Σαφηνειαν orationis primam ac praecipuam virtutem esse, scitum est sapientissimorum hominum. Vellem hujus venisset in mentem erudito interpreti, qui ista verba, ἐτι δὲ σκηναὶ κίττῃ λευκῇ καὶ ἀμπέλων, ita vertit, *praeterca ex alba hedera et vitibus attegiae et trichilae*. Nimis hoc quidem ambitiose. Esto, *attegias* dici pro σκηναῖς, quia poëta satyricus ea voce est usus, et quia Rufinus, auctor nimis saepe ineptus atque imperitus, σκηνοποιεῖσθαι, Josephi verbum, transtulit *attegias componi*. Barbaram tamen vocem, (Poenorum est verbum, quod etiam exstat in Dionysii periegesi Latina) Latinae praelatam esse, quis non miretur? quis non indignetur? Deinde si *attegiae* et *trichilae* sunt idem, cur posuit utrumque? Postremo cur notum et tritum usu vocabulum Graecorum duobus obscuris mutavit? Quod sequitur, ὑπῆρχον δὲ καὶ τῶν τοίχων ἐκατέρωθεν τρόποι προσωσμένοι, planius scriptam est in epitome τόποι προσωσμ. Sed hanc lectionem confutat sequens locus, ubi eadem vox iterum posita. De illo mox viderimus. Hic vero τρόπον tignum significare, non male conjicit Dalecampius, vir eruditissimus. Videtur, si mendo caret codex, artis fabrilis aut lignariae proprium esse vocabulum, ut alia multa omnium artium: quae hodie obscura esse doctissimis, amissis ejus argumenti libris, mirum non est. Veteres magistri hac in parte quanta negligentia usi fuerint, omnes sciunt. Praeter vulgo notam et pueris hujus dictionis significationem p.363. accipitur (sed cum alio accentu in libris melioribus) in



re nautica pro tortis loris, ut et Servius explicat in Homeri versu: Ἐντύναντο δ' ἔρετμὸν τροποῖς ἐν δερματίνοισι. Scholiastes Aristophanis; μεγάλοι ταῖς τριήρεσιν ὀφθαλμοὶ γίνονται, δι' ὧν τὰς κώπας ἐμβάλλοντες ἐνωπηλάτουν. ἐφράττοντο δὲ καὶ δερματίνοισι τρόποις πρὸς τὸ μὴ τριβέσθαι τὰ σκιδώματα. Hanc significationem non praetermiserunt grammatici: de ea multa Hesychius. Additur: ἄτλαντες τε περιέτρεχον τὴν ναῦν ἐκτὸς ἑξαπήχεις. Eustathius legit ἐντός. Quid sint atlantes et telamones in architectura, habes apud Vitruv. l. VI. c. 10. Sed adscribenda sunt Eustathii verba, quibus hunc locum exposuit: Καὶ ἴσως τοιαύτης ἐννοίας παρὰ τῷ δειπνοσοφισῆϊ οἱ ἄτλαντες, ἐν τῷ, περιέτρεχον τὴν ναῦν ἄτλαντες ἐντός ἑξαπήχεις. εἰ μὴ ἄρα ζώδια, ἧτοι ἀνδριάντες ἦσαν ἐσηλωμένοι πρὸς μίμησιν Ἀτλαντος. Fortasse ab eadem mente (sustinendi nempe significatione) dicti sunt apud deipnosophistam ἄτλαντες, cum ait: navem ambibant ab interiore parto atlantes senorum cubitorum. Nisi tamen signa potius sunt animalis figura, hoc est, statuae pro columnis positae figura Atlantis. De turribus istius navis refert auctor: τειτων δὲ ἐκείσῃ παρεδέδεντο κεραῖαι δύο, ἐφ' ὧν κατεσνεύασο Φατνώματα, δι' ὧν ἠφλεντο λίθοι πρὸς τὰς ὑποπλέοντας τῶν πολεμίων. Nolim κεραῖαν hic antennam latine dicere, sed tignum eminens vel projectum. Duo fuere parietibus turrium infixae tignorum capita, super quibus exstructa erant τὰ Φατνώματα, quo nomine intelligitur hic paries aut lorica crebris distincta toxicis. Appello τοξικὰς cum Symmacho et Graecis jurisconsultis fenestras longas et angustas, ad emittenda potius tela quam ad lucem admittendam factas. Hebraei, ut videtur, יַלְהָבִיטִים דְּפִרְשֵׁי, fenestras prospectus clausas, nempe ab exteriori parte, l. Reg. c. 6. 4. Frequentiam earum fenestrarum in illo pariete declarat appellatio Φατνώματος, quod verbum opus significat ad praesepis formam fabricatum: cujusmodi speciem exhibent lacunata domorum tecta. Caeterum κεραῖαις istis similes illae fuerunt, quarum mox fit mentio, etli longe alio in loco sitae. Non longe sequitur: τεῖχος δὲ ἐπάλξεις ἔχον καὶ κατασρώματα διὰ νεῶς ἐπὶ κιλλιβάντων κατεσνεύασο. Illud διὰ νεῶς interpretor secundum navis longitudinem. Sed miram sententiam haec verba continent. Quis enim credat, murum, de quo loquitur, fulcris tripodibus fuisse impositum? Cur non potius tabulato navis est superstructus? An hoc ea sine factum, ut transferri mangana simul et hic murus



possent, in quamcumque partem opus esset, manente in-  
 terea nave immota? Nam cum loco moverentur catapultae  
 et ballistae, ipsarum quoque propugnaculum, quod erat  
 istud τεῖχος, transferri oportebat. Probabilius videbatur no-  
 bis, non lorica, quae defendebat tormenta, sed machinam,  
 quae saxa et hastas jaculabatur, fuisse collocatam super  
 cillibantibus. Quare ita lectionem concinnabamus: τεῖ-  
 χος δὲ ἐπάλλξεις ἔχον καὶ κατασρώματα διὰ νεῶς κατεσκευά-  
 p.364. 50. εἶϕ' ὧν ἐπὶ κιλλιβάντων λιθοβόλος ἐφεισήκει. Hoc  
 est: murus cum propugnaculis itemque tabulata in navi  
 fuerunt exstructa: quibus imposita erat catapulta tripodibus  
 fulcris sustentata. Deinde verte ista, τριτάλαντον λίθον ἀπ'  
 αὐτῆς ὄφειλες, saxum emitrens pondo 360. Nam τάλαντα sin-  
 gula Vitruvio pendere sciunt docti pondo 120. Non in-  
 telligo, quae proxime sequuntur verba: μετὰ δὲ ταῦτα  
 παρατρήματα ἐκ τρόπων παχέων συγκείμενα διὰ ἀλύσεων  
 χαλκῶν κρεμάμενα. Et si placuit diu Dalecampii interpre-  
 tatio, cum apud Vitruvium in descriptione harum machi-  
 narum περιτρητον legerem, et alia quaedam, unde vir do-  
 ctus suam interpretationem hausit, qui παρατρήματα ver-  
 tit foramina, et τρόπος trabes. Vitruvii verba sunt l. X.  
 c. 18., ubi de ballistis et catapultis loquitur: Sumuntur  
 tigna amplissima longitudine: supra figuntur cheloniae, in  
 quibus includuntur succulae. Per media autem spatia tigno-  
 rum infecantur et exciuntur formae, in quibus excisionibus  
 includuntur capitula catapultarum, cuneisque distinentur,  
 ne in contentionibus moveantur. En tigna, en foramina,  
 hoc est, τρόπος et παρατρήματα, ut illas voces Dalec. accipit.  
 Sed non est profecto verum, quicquid veri speciem habet:  
 sicut hic accidit. Nam falsam esse docti viri interpreta-  
 tionem, dubium mihi nullum est. Obsecro, si τρόποι  
 sunt trabes aut tigna, quale dicemus esse hoc loquendi  
 genus, παρατρήματα ἐκ τρόπων συγκείμενα, foramina ex  
 trabibus composita? Non ex tignis foramina componuntur,  
 sed in tignis aut trabibus vel terebra vel aliquo alio instru-  
 mento sunt. Praeterea cum superiori de petraria machina  
 sermoni subjiciat auctor haec verba, μετὰ δὲ ταῦτα, errant  
 omnino, qui adhuc in istis de illius machinae partibus  
 tractari putant. Censem, loqui auctorem de pluteis,  
 quibus tegebatur murus ille modo memoratus. Quam-  
 obrem non παρατρήματα scribi debet, sed παραρτήματα,  
 aut παραβρύματα. Utro modo legas, nec a vulgata scri-  
 ptura longe abieris, et rem, quam diximus intelligi,  
 apte exprelleris. Posterior tamen dictio apud historicos





in frequentiore usu: quos enim Latini *pluteos* dicunt, illi *παρὰρῦματᾶ* sive *παρὰρῦματᾶ* a sine: opponuntur enim ad tuitionem: aut a materia *δέρβεις*. Quoniam vero plutei isti rei, quam defendebant, praependebantur, eleganter et *παρὰρῦματᾶ* vocari potuerunt. *ἄρτημα* est omne, quod suspenditur: *παρὰρῦμα*, quod suspenditur ante aliud, et id objectu sui tutatur. Loqui Moschionem de re pendente, evincunt manifesto ista sequentia, *διὰ ἀλύσεων χαλκῶν κρεμάμενα*. Porro pluteos ex alia re alii conficiebant: istos ait auctor *ἐκ τρόπων παχέων* fuisse *συγκειμένους*. Noli dubitare, *τρόπος* hic esse rudentes et nauticos funes, quam hujus vocis significationem supra probavimus. Ex rudentibus confiebant storeae, quas machinis praependebant. Caesar de bello Gall. l. II.: *Storeas ex funibus anchorariis tres in longitudinem parietum turris, latas 4. pedes fecerunt, easque ex tribus partibus, quae ad hostes vergebant, eminentibus trabibus circum turrem praependentes religaverunt: quod unum* p.365.  
*genus tegumenti aliis locis erant experti nullo sclo neque tormento trajici posse.* Habemus in his verbis, quidquid ad interpretationem nostri auctoris jure desideres. *τρόπος παχέος* sunt funes anchorarii, *παρὰρῦματᾶ storeae praependentes*. Consideranda nobis sunt et quae de malis nobilissimae hujus navis narrat Moschion: nam et in iis sunt, quae nos exerceant. *τῶν δὲ ἰσῶν ὁ μὲν δεύτερος καὶ τρίτος εὐρέθησαν. δυσχερῶς δ' ὁ πρῶτος εὐρέθη ἐν τοῖς ἔρσει τῆς Βρεττανίας.* Plane Dalec. assentior de priore membro: quod ille mancum una dictione judicavit, legitque *εὐρέθησαν εὐχερῶς*. Possumus et sic scribere, *εὐρέθησαν αὐτῆ, vel ἐν Σικελίᾳ.* At Britanniae nomen in posteriore membro satim ex fide? Mihi non videtur, qui sciam, insulam illam iis temporibus Graecis Latinisque hominibus parum fuisse notam, navigationem vero in Oceano oppido paucis adhuc tentatam. Legendum censeo *ἐν τοῖς ὄρσει τῆς Βρεττανίας, in montibus Brutiorum.* Eam partem Italiae sic Graeci nominant. Italiam vero nullo nomine aequae celebrant antiqui Graeci, ac propter materiae copiam. *Ἄφθονα ξύλα ἔχειν,* inquit Thucydides: *πολύδενδρον* appellat Arcestratus poeta: *εὐξύλον* Appianus: neque silet Theophrastus Histor. l. V. Cassiod. l. V. ep. 16.: *Cum nostrum igitur animum frequens cura pulsaret, naves Italianae non habere, ubi tanta lignorum copia suffragatur, ut aliis quoque provinciis expetita transmittat.* Brutiam sylvam Strabo aliique geographi describunt. Atque huic tam operosae navi inditum nomen ab optimo principe *Syracu-*



*stae.* Ita enim narrat: ὄνομα δ' ἦν τῇ νηϊ Συρακυσία. Proclus in Euclidem nominat τὴν τριαρμενον. Noster paulo post Συρακυσίαν ἢ Ἀλεξανδρίδα. Quasi Alexandriae nomen mutaverit. Cur autem Hieron induxerit in animum, tantum opus Ptolemaeo donare, ejus rei causam ita aperit Moschio: ὁ δ' Ἱέρων ἐπεὶ πάντα τὰς λιμένας ἦκε τὰς μὲν, ὡς δυνατοὶ εἴσι τὴν ναῦν δέχεσθαι, τὰς δὲ καὶ ἐπικινδύνας ὑπάρχειν, διέγνω δ᾽ αὐρου αὐτὴν ἀποσεῖλαι Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Ubi aio scribendum, vel invitis omnibus codicibus, τὰς μὲν, ὡς ἔ δυνατοί. Quam γραφὴν invenio nunc in excerptis Hoeschelianis, melioris saepe fidei, quam omnes membranae. Vertendum enim; *Cum intelligeret Hieron, omnium Siciliae portuum aliis navem hanc capere non posse, alios etiam periculo esse obnoxios, constituit dono mittendam illam esse Alexandriam ad Ptolemaeum regem.* Proclus tamen Hieronem de industria navem fecisse auctor est, ut ad Ptolemaeum mitteret.

## CAPUT DUODECIMUM.

*Illustratur Archimeli epigramma de nave Syracusana.*

Archimeli epigramma recitat Masurius, scriptum in laudem navis Syracusanae sive τριαρμενα. Non est illud quidem magnis obscuratum difficultatibus: quaedam tamen p.366 habet nobis animadvertenda. Quintum distichum est hujusmodi: Ἀσρων γὰρ ψυχῆι καρχήσια, καὶ τριαλίπτεσ θώρακας μεγάλων ἐντὸς ἔχει νεφῶν. Mirifice extollit poeta navis hujus magnitudinem et altitudinem. Ait, tantum illius esse ἐπανάσημα, ut carchesiis suis, id est, summis malis, coelum tangat, ipsum autem corpus et τὸ κύτος intra nubes condat. Amplitudinem navis declarat hac periphrasi, τριαλίπτους θώρακας. Intelligit autem triplicem contignationem, propter quam vocata est navis haec a Moschione τριπύροδος. Lege illius verba. Archimelus, ut diximus, hac periphrasi ipsum navis corpus intelligit: quod quidem ait condi ἐντὸς νεφῶν, *intra nubes.* Et membranae omnes, et epitome, et, quod caput est, sententia ipsa, tuentur hanc lectionem adversus viri incomparabilis ingeniosam emendationem ὑφῶν. Antipater de



templo Dianae Ephesinae: — ἐσεῖδον Ἀρτέμιδος νεφέων  
 ἄχρι θεόντα δόμον. Addit Archimelus: Πλείμασιν ἀγνύ-  
 ρας ἀπερείδεται, οἷσιν Ἀβύδα Ἐρέξης καὶ Σηεῖ δισσοῦν ἐθήσε  
 πόρον. Funes anchorarios navis Syracusiae comparat  
 cum funibus, quibus olim Xerxes Hellespontum junxit.  
 Respiciebat poeta Herodoti hunc locum in fabrica illius  
 pontis: ταῦτα δὲ ποιήσαντες, κατέτεινον ἐκ γῆς, σφραβλῶν-  
 τες ὄνιξι ξυλλίνοις τὰ ὄπλα, ἐκέτι χωρὶς ἐκάτερα τάξαν-  
 τες, ἀλλὰ δύο μὲν λευκολίνας θαλάμεινοι ἐς αὐτήν, τέσσαρα  
 δὲ τῶν βυβλίνων. παχύτης μὲν ἦν αὐτῆ καὶ καλλονή κα-  
 τὰ λόγον δὲ ἦν ἐμβριθέεσσα τὰ λίνεα, τὰ (vel τῶν) τά-  
 λαντον ὁ πῆχυς εἶλκε. *His factis e terra funes teienderunt,  
 fiduciam lignis torquentes. Neque, uti fecerant prius, se-  
 paratim eos collocarunt: sed bibulinis quaternis binos e lino  
 albo adiungebant. Ac crassities quidem et species talis erat,  
 sed linei validiores erant, sicut par est, cum eorum cubitus  
 unus talentum penderet.* Subjiciuntur poëta haec: Μα-  
 νύει σιβαρᾶς κατ' ἐπωμίδος ἀρτιχάρακτον Γράμμα, τίς ἐκ  
 χέρσας τάνδ' ἐκύλισσε τρόπιν. Φησὶ γὰρ, ὡς Ἱέρων Ἱερο-  
 κλέος Ἑλλάδι πάση καὶ νάσοις καρπὸν πύονα δωροφόρον,  
 Σικελίας σιαπτῆχος, ὁ Δωρικὸς. ἀλλὰ, Πόσειδον, Σῶζε  
 κατὰ γλαυκῶν σέλιμα τόδε ῥοθίων. Ait, auctorem hujus  
 navis declarari inscriptione, quae fuit sculpta in ipsius  
 epomide. Deinde illam inscriptionem versibus suis com-  
 plectitur. Ea autem fuit hujusmodi: **ΙΕΡΩΝ ΙΕΡΟ-  
 ΚΛΕΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΝ ΤΟΙΣ ΤΕ ΑΛ-  
 ΛΟΙΣ ΕΛΛΗΣΙ ΚΑΙ ΤΑΙΣ ΝΗΣΟΙΣ ΤΟΥΤΟ ΤΟ  
 ΣΙΤΗΓΟΝ ΠΛΟΙΟΝ.** Supplendum est verbum, quod  
 in inscriptionibus fere omittebant. Id autem est κατε-  
 σκευάσατο. Elegantissime vero Archimelus hanc epigra-  
 phen versibus iis expressit, quos modo adscripsimus. In  
 eorum primo ἐπωμίδα vocat maxime eminentem et con-  
 spicuum in prora aut puppi partem, ubi elogium hoc erat  
 insculptum. Omnes libri tuentur hanc lectionem: alio-  
 quin scriberem ἐπωτίδος. Prorae extrema utrimque pro- p.367.  
 minentia vocabant ἐπωτίδας. Fuit moris, modo in prora,  
 modo in puppi, et navis et tutelae nomina, ac quicquid  
 vellent aliud, inscribere. In quarto versu mendum in-  
 gens deprehendimus, cujus mirum necdum suboluisse tot  
 viris doctis, qui hoc epigramma attigerunt. Legendum  
 enim Ἑλλάδι πάση καὶ νάσοις καρπὸν πύονα δωροφόρων, non  
 autem δωροφόρον, quod nulla ratione tolerari potest. Si-  
 gnificat poeta, structam hanc navim ab Hierone, ut fru-  
 mentum Graecis insularis aliisque asportaret ac gratis di-



videret. Hoc ille vocat *δαροφορεῖν καρπὸν πλοῦα*. Sic poëtae fruges vocant, vel *εὐφρονα καρπὸν*, ut I. II. dicebamus. Nullum dubium est, voluisse Hieronem famam hanc de se per Graeciam spargi, ideoque hanc navem appellasse in elogio, quod insculptum est, *σιτηγὸν πλοῖον*. Quare etiam Moschio paulo ante sic vocavit: *Ἰέρων ὁ Συρακκασίων βασιλεὺς ἦν καὶ περὶ ναυπηγίας φιλότιμος, πλοῖα σιτηγὰ κατασκευαζόμενος, ὧν ἐνὸς τῆς κατασκευῆς μνησθήσομαι*. Cum haec dudum scripsissem, inspecta epitome Hoescheliana accuratius, inveni hanc lectionem, *καρπῶν πλοῦα δαροφόρον*. Laudo et probo: sic tamen, ut emendationis superioris nos non poeniteat. In istis, *Σικελίας σκαπτῆχος*, ὁ *Δωρικὸς*, male accipiunt nomen *Δωρικὸς*. Poëta ita expressit verba inscriptionis, ΒΑCΙΑΛΕΥC CΥΡΑΚΟCΙΩΝ. Quis nescit, Syracusanos Dofes fuisse? Neque enim vana est gloriatio illius mulierculae Syracusanæ, quae apud Syracusanum poëtam ait: *Δωρίσθεν ὄξεισι, δοκῶ, τοῖς Δωριέεσσι*.

## CAPUT DECIMUM TERTIUM.

*Λεύκωλα τῆς Κώας. Boeotia Homeri. ἐγγυθήκη. Incitega, repositorium.. Βάσεις. ὑποκητηρίδιον. προσαποφέρειν. μένειν. παρατρέφειν. Athenio, qui et Aristio. ἐπὶ τῷ τρίβωνος πορφύρα. ἐκ μισθωτῆς οἰκίας ἐξιέναι.*

**Π**αρέλιπον δ' ἐκῶν ἐγὼ τὴν Ἀντιγόνην ἱερὰν τριήρη, ἣ ἐνίκησε τὰς Πτολεμαίαις στρατηγὰς περὶ Λεύκωλλαν τῆς Κώας. Haec jam ex sua persona loquitur Masurius. *Λεύκωλλαν* uno λ melius MSS. Idem constanter retinent τῆς Κώας. Quia tamen apud geographos et historicos altum de hoc promontorio silentium, non est rejicienda conjectura Dalecampii, τῆς Κιλικίας. Plinio enim Leucolla Pamphyliæ et promontorium est et oppidum: Pamphylia autem vicina Ciliciæ. Aut scribe τῆς Κύπρου sive Κυπρίας ex Strab. Deinde scribo: *ἔπειτα δὲ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι αὐτὴν ἀνέθημεν. τοσαῦτ' ἔν καὶ περὶ τῶν νεῶν καταλόγῳ, ἔκ ἀπὸ Βοιωτῶν ἀρξάμενοι, κατελέξαμεν*. Paene pudet me hunc locum interpretari: est enim apertissimus. Sed cogit nos in planissimis saepe locis immorari inter-



pretum securitas, ne dicam supinitas. Quis credat, posse aliquem virum doctum reperiri, qui secundam Iliadis *ῥαψάδιαν* non legerit? Atqui doctissimus interpretis hanc de se opinionem posteris reliquit, qui nescierit, partem ejus p.368. libri peculiari nomine dictam *ἑῶν κατάλογον* vel *Βοιωτίαν*, quia incipit ab hoc versu: *Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως καὶ Ληϊτος ἤρχον. καὶ ἐπεὶ τὸν καλὸν Οὐλπιανὸν οἶδα πάλιν προσβαλόντα ἡμῖν.* Scrib. *προβαλόντα*, *quasi situm a nobis.* Minus recte docti *προβαλόντα.* *τις αὐτῆ ἢ παρὰ τῷ Καλλιξένῳ ἐγγυθήκη.* Locum Callixeni habes p. 300. [Lipf.]. Qui suspectam habent vocem *ἐγγυθήκη*, et emendare conantur, audiant veteres Grammaticos: *Ἐγγυθήκη σκευὸς τι· οἱ δὲ ἄγγος χωρητικὸν σκευῶν ἢ τὴν νῦν ἀγοθήκην, παρὰ τὸ ἐγγυεῖ κεῖσθαι.* Athenaeo mox *ἀγοθήκη* est aliud. Romani prisca vocabant *incitegam*, ut ad Festum suum observavit Jos. Scaliger. Insecuta aetas aliquando *repositorium*, ut Plin. l. XVIII. extr.: *Nec non et conviviiis mensisque nostris vasa, quibus esculentum additur, sudorem repositoriis linquentia diras tempestates praenuntiant.* Petronius: *Gustantibus adhuc nobis repositorium allaturus est cum corbe, in qua gallina erat.* Glossae antiquae: *Enceteria, machina lignea, qua amphora sustinetur.* Videntur usi voce Graeca *engetheca*, quae hic leviter corrupta. Non nescio, *repositorium* paulo aliter apud Plin. exponi a viris doctissimis. De *incitegis* loquitur Javolenus jurisconsultus in lege centesima dig. de legatis 3. et appellat *βάσεις.* *Ὦν Κορινθία ἄσφα λεγὰ ἐσση, ἐτ βάσεις quoque eorum vasorum collocandum causa paratas deberi, Trebatius respondit. Labeo autem id non probat, si eas βάσεις testator numero vasorum habuerit. Proclis vero recte ait, si aeneae quidem sint, non autem Κορινθία, non deberi.* Sed et hunc locum aliter docti acceperunt, de quo iudicium esto penes lectorem. ἄλλο ἐστὶ μέγεθος τὸ αὐτό. Hoc est, *emblemata*, quae possunt *incitegae* huic et inferi et tolli, tantum pendunt, quantum ipsa *incitega.* Emblemata illa sunt, quae modo nominavit, *Σατύρων πρόσωπα καὶ βουκεφάλεια.* Quid autem sunt *βουκεφάλεια*; An *huhula* capita? Vix puto: nam cur conjunxisset cum *Satyris*? De humani capitis simulacris accipio *vaegrandibus* et *deformibus*: qualia solent *platae* in nostrorum caminorum atlantibus saepe effingere, atque aliis locis inter *ridicula*. Etiam *Satyricae* personae ejus generis erant, propter τὸ ἀλλόκοτον τῆς ἰδέας, ut loquuntur Graeci. ἀνάθημα Ἀλυάττε, ἔδ Ἡρόδοτος μνημονεύει, ὑποκριτηρίδιον



αὐτὸ καλῶν. Scribendum per η in tertia ὑποκρητηρίδιον. Non est enim, ut scribant, *exiguam tribunal*, sed *quasi cratercula parva*. Sed adscribenda sunt mellitissimi scriptoris verba ad loci hujus lucem. Ἀνέθηκε δὲ, ait de Halyatte Lydo, ἐκφυγῶν τὴν νῆσον δεύτερος ἔτος τῆς οἰκίης ταύτης ἐς Δελφὰς κρητῆρά τε ἀργύρεον μέγαν, καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον, καλλητὸν, θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσιν ἀναθημάτων, Γλυκὴ τῆ Χίε ποιήμα, ὃς μῦθος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρεα κόλλησι ἐξεῦρε. σὺν ἀνδρομήκεσι λημνίσκων πιλήμασι χρυσοῖς. Et a fronte et a tergo horum verborum poni debet virgula. Pro πιλήμασι placebat scribi εἰλήμασι. Nam lemniscis convenit τὸ

P.369. εἰλεῖσθαι potius, quam τὸ πιλεῖσθαι. Appenduntur enim et circumvolvuntur coronis lemnisci. Quia tamen etiam I. XII. ita scriptum, nec variant codices, feramus hanc lectionem: et lemniscorum πιλήματα interpretemur crebram eorum interpositionem et πυκνὴν θέσιν. At χρυσῶν omnino lege, non χρυσοῖς. Et ita in XII. Capitolinus in gemina huic historia: *Coronas quinquetium datas lemniscis interpositis*. καὶ λαβεῖν τὴν κάμηλον καὶ τὸν παρεσῶτα παῖδα. L. XII.: καὶ λαβεῖν τε τὴν κάμηλον καὶ τὰ ἐπὶ τὴν κάμηλον, καὶ τὸν π. π. ὥσε προσποφέρειν πολλὰ, καὶ καταυλόμενοι πρὸς χελιδόνος πολυκρότη ψόφης. Verbo προσποφέρειν significantur apophoreta, quorum copiam domum referebant quisque convivarum. Sequentia pertinent ad temulentorum hominum domuitionem post convivia intempestiva. Sed claudit oratio, etiam si scribas, ut I. XII., καὶ καταυλαμένους πρὸς χελωνίδος πολυκρότη ψόφης. Nam omnino deest verbum. Lego sic: ὥσε προσποφέρειν πολλὰ, καὶ αὐτὰς ἀποφέρεισθαι καταυλαμένους πρὸς χελωνίδος ψόφης. Quam bene ista quadrant in homines temulentos? χελωνίς hoc loco idem opinor ac χέλυς. ὁ δ' Ἀλέξανδρος ἔτος ὧν Ἀντιόχῃ τῆ Ἐπιφανῆς υἱὸς ὑποβληθεῖς· διὸ εἶχον μῖσος πάντες ἀνθρώποι εἰς Δημήτριον. Deest verbum ἐτύγχωνε, jungendum cum participio ὧν. Vel scribendum ἦν. Et omnino διὸ, non διό. Aut accipe διὸ pro γάρ, ut initio Nicomacheorum: διὸ καλῶς ἀπεφῆναι το τάγαθόν. Nam qui putant esse illativam ibi particulam διὸ, falluntur, cum ob duplex vitium non procedat argumentatio. Porro causam odii publici, quo flagravat Demetrius, narravit Josephus I. XIII. c. 3.: ἀπεχθῶς γὰρ εἶχον πρὸς τὸν Δημήτριον διὰ τὴν ὑπερηφανίαν αὐτῆ καὶ τὸ δυσέντευκτον. ἔξιν ἔχων ἰκανὴν ἐν οἷς μετεχειρίζετο λόγοις. *Usque habens non parvum in philosophia,*



quam profitebatur. Id est, doctrinae Epicuri non mediocriter peritus. Mox distingue: συνεχώρησε, καὶ τὸν Σέφανον προσχαρισάμενος. Diogenes ab Alexandro jus tantum petierat purpurae et aureae coronae: quorum illud regiae majestatis, hoc sacerdotii in Asia fuit indicium, ut ad Suetonium notavimus. Alexander et jus concessit, et hoc amplius coronam auream dono dedit. Interpreti parum hoc visum, qui et purpuram ait datam: atqui auctor non dicit. ἔμενεν ὁ φιλόσοφος, καὶ τὴν Λυσιπιδῶν ἐπαινῶν ἐν ἐπαύσατο. μένειν hic vultus constantiam significat: nam cum Diogenem cachinnarent omnes, ille contra neque erubuit, neque indignatus est, neque aliud signum dedit commoti animi: sed eodem servato vultu, mulierculae in laudes effusus est. ὁμώνυμος Ἀθηναίω τῷ δεσπότῃ παρετρέφετο. Eleganter παρετρέφετο, negligenter alebatur, neque in spem magnam. Demosthenes de Aeschine: ἐν χορήμοις ἀλλοτριόις ἐπὶ τῷ τριταγωνισεῖν ἀγαπητῶς παρατρέφόμενον. Fuit hic nebulo binominis: non quomodo Plato, qui prius est dictus Aristocles, aut Theophrastus, qui prius Tyrtamus, aut beatissimus Paulus, qui prius Saulus: sed peculiari more omnium, qui jus civitatis fraude acquirebant. Semper enim παρέγγραφοι cives novum nomen in censum et tabulas deferebant, non illud, quo ante noscebantur. Ergo iste infans quidem, et dum servit servitutum, appellatur Athenio: postea vero Aristio appellari coepit, παρέγγραφος Ἀθηναίων πολίτης γενόμενος, ut mox dicitur. Theophrastus in notation. mor. c. de maledicentia: ὁ μὲν πατήρ Σωσίας ἐξ ἀρχῆς ἐκαλεῖτο· ἐγένετο δ' ἐν τοῖς στρατιώταις Σωσίστρατος, ἐπειδὴ ἐς τὰς δημότας ἐνεγράφη. Haec est ratio, cur istum alii Athenionem, alii Aristionem nominent, ut Plutarchus et Appianus. τῆτο μαθόντες οἱ Κεκροπίδαι. Athenienses ridet, qui hac appellatione plurimum gaudere soliti. Aristophanes: χῶραν τε πᾶσαν Κέκροπος. Enarrator: παίζει πρὸς Ἀθηναίους, Φιλεγκωμίας ὄντας. ὁ μηδέποτε ἐπὶ τῷ τριβωνος ἐωρακῶς πορφύραν πρότερον. Non negaverim, ἐπὶ τῷ τριβωνος verti posse quamdiu pallium gestaverit philosophicum. Atque ita summa hominis vilitas indicatur, qui inter scholasticos pueros sic vixerit ignobilis et obscurus, ut nemini unquam purpurato potuerit innotescere, ac ne videri quidem. Placet tamen magis, ut ἐπὶ τῷ τριβωνος interpretemur super pallio. Nam mediocris conditionis homines purpureo clavo (Graeci vocant σημεῖον) vestem ornabant, aut insita purpurea praetexebant. Hoc igitur



indignatur Athenaeus, hominem, qui nunquam fuerit περιπόρφυρος, factum repente ολοπόρφυρον. εδενός εδδὲ Ῥωμαίων ἐν τοσαύτῃ Φαντασίᾳ καταχλιδῶντος τῆς Ἀττικῆς. Id est: Cum ne Romanorum quidem quisquam tanta specie ac fastuosa pompa tantoque omnium fastidio Atticam esset ingressus. De Romanis vero hoc Athenaeus, et historiae convenienter. Semper humanius et civilius cum Atheniensibus Romani magistratus egere. Clarum in Antonio exemplum: quem narrat Appianus, Athenis cum esset, ita ille per urbem sine insignibus potestatis, duobus tantum amicis comitatum, cum totidem famulis. Tacitus II. Annal. de Germanico: *Hinc ventum Athenas, foederique sociæ et vetustæ urbis datum, ut uno lictore uteretur.* De vocabulo Φαντασίᾳ satis dictum alibi. ὁπότε Ἀθηναίων ὁ πένης. ὁπότε est quandoquidem, non interea dum. Neque διὰ τὸν βασιλέα bene vertunt praetextu regis, sed per regem, id est, regias opes. Etiam sequentia non intelligit Dalecampius, ὁ δὲ πρότερον ἐκ μισθωτῆς οἰκίας ἐξιών. Nam hoc genere loquendi paupertatem Athenioni exprobrat, qui fuerit solitus in conducto habitare. Sed mirum profecto, ἐξιέναι οἰκίας pro οἰκεῖν οἰκίαν dixisse. In poeta non esset cur miraremur, sed alludit auctor ad ἐξόδους dierum privata aliqua solennitate insignium: tunc enim domo sua exire, et inde pompam ducere honestius, quam ex conductitia. Hoc malo, quam iinceram lectionem incrustare, et hoc similive modo rescribere, ἐν μισθωτῇ οἰκίᾳ οἰκῶν. Prioribus ἐξόδοις e domo opponit mox pompaticum egressum ex Dieusi aedibus. εἰς τὴν Διευσοικίαν. Scripta lectio Διεύς οἰκίαν. Interpretes ambo Διεύς οἰκ. Nihil habeo, quod dicam de isto. κεκοσμημένην ερωμναῖς τε καὶ γραφαῖς καὶ ἀνδράσι. Quis sanus posuit unquam viros inter domus ornamenta vel suppellectilem? Scio, philosopho in Polit. inter patris familias instrumenta ceteri servos. Sed quaeram rursus: ecquis graece doctus ἀνδρας appellavit servos? Absque dubio legendum est ἀνδράσι. Statuas non solum in foris et aliis publicis locis fuisse olim positas, sed et in aedibus privatis atque atriis, Plinio magistro scimus I. XXXIV. c. 4. ἀνέμενον αὐτῆ τὴν πρόσοδον. Scribendum πρόσοδον, dum prodiret in publicum. Frequens vox ea notione in historia imperatorum. Sequitur ὁ δὲ μόλις προῆλθε.

p.371.





## CAPUT DECIMUM QUARTUM.

**M. Aquilius.** *Bastarna πεντάπηχus. μεταμφιέσαι σθαι τετράγωνα ιμάτια. Pnyx monitu deum consecrata. Iacchi vox sacra. Ἰακχον ἐξάγειν vel ἐξάδειν. τῷ θεῷ, Ceres et Proserpina. ἀνάκτορον. στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὄπλων. ἴσα βαίνων Πυδοκλεῖ. αἶβρα βαίνειν. Pythagorae conjuratio. οἱ Φρακτικοί. Gallinarum demensum. ὁ Ὀρόβιος. Graecorum mos in Latinis nominibus. Res maximae a parvis principiis. Regia vestis.*

**Μάνλιος Ἀκύλλιος ὁ ὑπατευκώς.** Recta appellatio Μάνλιος, ut apud Plutarchum et Appianum. Latinis M. Aquilius. De ejus consulatu, quem gessit collega Marii V. COS., vide in factis ad annum DLIII. De ejus triumpho, sed minore, hoc est ovatione, in anno sequente. *συνδέτην ἔχων ἀλύσει μακρᾷ Βασάρην πεντάπηχυν.* Iste fuit modus custodiae militaris: quem ex Seneca et aliis scriptoribus vir clarissimus Just. Lipsius ad III. Ann. patefecit. Barbari fere vasto et procero corpore erant. Ideo vocat Bastarnam hunc *πεντάπηχυν, altum pedes septem et semis.* Qua de re diximus ad Suetonii l. III. c. 68. *οἱ δὲ λοιποὶ μεταμφιεσάμενοι τετράγωνα ιμάτια, τὰ ἐξ ἀρχῆς πατρίδας ὀνομάζουσι.* De iis auctor loquitur, qui per Asiae urbes jus civitatis Romanae erant consecuti: quod jus etsi parcius eo tempore adhuc datum, quam sub imp. factum postea, certum tamen vel ex M. Tullii actionibus in Verrem, a non paucis, qui ambitiose petierant, fuisse impetratum. Hi ubi erant civitatem nacti, togam Romanam assumebant: cujus gestandae peregrinis jus non fuit, ut ex Suetonio constat. Istos igitur ait Posidonius, Asiam obtinente Mithridate, metu periculi Romanae civitati renuntiasse, togamque posuisse, et ad Graecanicum habitum rediisse. *τετράγωνα ιμάτια* sunt Graecorum, non autem Romanorum. Appianus Ἐμφ. l. V.: *ἀφέλειαν δὲ ιδιωτικὴν αὐθις ἐξ ἡγεμονίας, καὶ σχῆμα τετράγωνον ἔχων, καὶ ὑπόδημα Ἀττικόν.* Quod sequitur, *τὰς ἐκ ἀρχῆς πα-* p. 372. *τρίδας αὐθις ὀνομάζουσιν,* erat vertendum, *priorem quisque patriam fatentur.* In istis vero articulis alieno loco est positus, *κατακαλεῖται τὸν θεὸν βασιλέα, pro κατὰ καλεῖται θεὸν τὸν βασιλέα. ἦν ἡ Ῥωμαίων σύγκλητος ἐπισχεθῆναι πεπολιμεν. Quam Romanus senatus fecit, ut obtineret. Hoc*



est, invexit, et cujus causa est. Mirum vero, si haec non est plani hominis calumnia in Romanum nomen. Sic enim Athenas invectam ἀναρχίαν a Romano senatu dicit, quasi omnes Atheniensium magistratus ac sacerdotes iussi essent abdicare se magistratu ac sacerdotio, nullo tamen in eorum loca suffecto. Longe aliter historiae illorum temporum auctores. Strabo in his l. IX.: Παλαιῶι πικραλαβόντες αὐτές, Athenienses, δημοκρατεμένους, ἐφύλαξαν τὴν αὐτονομίαν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐλευθερίαν, ἐπιπεσὼν δ' ὁ Μιθριδάτικὸς πόλεμος τυράννης αὐτοῖς κατέστησεν, ἔς ὃ Βασιλεὺς ἐβέβητο. καὶ τὴν θεῶν χρησμοῖς καθωσιωμένην Πύρικα ἰφηρημένην τῆ δῆμῳ. Quasi edicto vetuissent Romani, ne in Pnyce convenirent cives Athenienses. Cum autem dicit τὴν θεῶν χρησμοῖς καθωσιωμένην, significat, quondam oraculo monitos esse Athenienses, ut eum locum consecrarent. Non reperies hanc sortem neque apud Pausaniam, neque in grammaticorum commentariis, ubi tamen de Pnyce scribuntur non pauca. Sed verissimum est, quod in universum de ea urbe scripsit Strabo: nullam illius fuisse partem, de qua non exstaret aliqua fabula vel historia. μὴ περιδωμεν δὲ, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν ἱερὰν Ἰακχῆ Φωνὴν κατασεσιγασμένην. De hac voce sacra Plutarch. in Themist.: ἐν τρίτῳ τῆ ἀγῶνος ὄντος, φῶς μὲν ἐκλάμψαι μέγα λέγουσιν Ἐλευσινόθεν, ἦχον δὲ καὶ Φωνὴν τὸ Θριάσιον κατέχειν πεδῖον ἄχρι τῆς θαλάττης, ὡς ἀνθρώπων οὐκ πολλῶν τὸν μουσικὸν ἐξαγαγόντων Ἰακχον. Vigesima nempe Boëdromionis mensis Iacchum deducebant cum cantu et pompa ex urbe Eleusinem. Idem auctor in Phocione: εἰκάδι ἢ Φερρὰ Βοηδρομιῶνος εἰσήχθη, μυστηρίων ὄντων, ἐν ἧ τὸν Ἰακχον ἐξ ἄσεος Ἐλευσίναδε πέμπουσι. In Camillo: τῆ εἰκάδι Βοηδρομιῶνος τὸν μουσικὸν Ἰακχον ἐξάγουσι. Ubi nihil interest, scribas ἐξάγουσι, an ἐξάγουσιν, ut in scholiis cornici: μὴ τῶν μυστηρίων εἰκάς ἐστι, (perperam vulgo ἐγκάς) ἐν ἧ τὸν Ἰακχον ἐξάγουσιν. Etli fortasse verius, in hoc et similibus locis ἐξάγειν vitiose scriptum esse pro ἐξάγουσιν. Arrianus l. II. rerum Alexandri: καὶ ὁ Ἰακχος ὁ μουσικὸς τρίτῳ τῷ Διονύσῳ, ἔχι τῷ Θηβαίῳ ἐπέδεται. Plura de hoc ritu Aristophanes in Ranis. Sequitur statim: καὶ τὸ σεμνὸν ἀνάκτορον τοῦ θεοῦ κεκλεισμένον. Dalecampius, qui non ignorabat, ἀνάκτορον esse illorum templum. In quo fugit eum ratio: tam enim fallitur, quam saepe alii etiam doctissimi viri, qui Atticum iusjurandum νῆ τῷ θεῷ vertunt *Aecaster*. Semel moneo, τῷ



**Ἰεὼ** apud scriptores Atticos accipiendum de Cerere et Proserpina: quas hoc loco intelligi, praecedens Iacchi mentio docet certissime. Quis nescit. in mentione my- p. 373.  
 sticorum sacrorum hos semper conjungi? Scio, ἀντίστορον  
 exponi ab Harpocrate ἱερὸν Διοσκύρων. Sed et Cereris  
 templum ita vocasse Athenienses, Hesychio atque aliis  
 observatum, non nescio. εἶλοντο τὸν Ἀθηναίων στρατηγὸν  
 ἐπὶ τῶν ὀπλων. στρατηγός est, qui militibus praeest, et,  
 ut Suetonii vocem usurpem, ducatum habet. Quare igitur  
 addit ἐπὶ τῶν ὀπλων; Quia seculo Athenaei στρατηγοὶ in  
 municipiis dicebantur etiam civiles et urbani magistratus:  
 ut in Actis sanctorum Apostolorum c. 16. et lege 6. §. 16.  
 item 15. §. 9. digest. de excus. tut. Non igitur simpliciter  
 στρατηγός Athenarum creatur Athenio, sed στρατηγός ἐπὶ  
 τῶν ὀπλων. Quae potestas dictaturae affinis ac prope ea-  
 dem fuit. Ἰσα βαίων Πυθοκλεῖ. Quid cogitabant docti,  
 cum rescriberent Περικλεῖ; Suidas: Ἰσα βίων Πυθοκλεῖ.  
 Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. ἀντὶ τῆς συνῶν αἰεὶ καὶ μηδὲ  
 βραχὺ ἀφισάμενος. καὶ Μένανδρος. Παρ' αὐτὸν Ἰσα βί-  
 ονος ἑταῖρα πολυτελής. Assentior Suidae, Ἰσα βαίνειν τινα  
 esse moribus atque ingenio cum aliquo conspirare. In  
 hoc tamen proverbio aliter accipiendum, pro tanto fastu  
 ac pompa incedere, ac faceret Pythocles, quod Graeci  
 σοβαῖν dicunt: vel pro vivere alicujus moribus. βαίνειν  
 a consequenti est βιοῦν. Sic ἀβρὰ βαίνειν dicebant pro  
 molliter et delicate vivere. Hesychius docte: ἀβρὰ βα-  
 ῖων, ἀβρόβιος. Aliis dicitur ἀβροδίαιτος. Sic et ἀτακτα  
 βαίνειν usurparunt pro vivere parum modeste, parum ex  
 virtute. S. Chrysostomus t. VI. p. 933.: αὕτη ἡ Φωνή  
 (vox Abrahami: sum terra et cinis) τῆς φύσεως ἀσφαλέ-  
 στατος χαλινός· αὕτη ἀτακτα βαίνειν ἔσυχχωρεῖ. καὶ ἔφη,  
 διότι νῦν ὑμεῖς ἑαυτῶν στρατηγεῖτε, προέσηκα λέγων. Scri-  
 bendum est προέσηκα δ' ἐγώ. Elegans sententia. διότι  
 vacat, omissum propterea ab eclogario. Sensus est: Nunc  
 demum, ο Athenienses, restitutum est vobis in vos im-  
 perium, ego autem dux vester sum: itaque τὸ κράτος qui-  
 dem τῆς πολιτείας penes vos erit, at ego praeivero vobis  
 ceu princeps senatus reliquis senatoribus in libera rep.  
 τὸ τῶν Πυθαγορικῶν ἀναδείξας δόγμα περὶ τῆς ἐπιβουλῆς,  
 καὶ τί ἦβ. Narratio ista occupata tyrannide ab Aristhione  
 mutilata legebatur in Athenaei codicibus vulgatis. Mem-  
 branæ multa verba utiliter suggererunt. Sed nondum  
 tamen persanata sunt omnia. Nam τὸ ἀναδείξας mendo-  
 sum esse codicem arguit, aut etiam fortasse defectum ad-



huc aliquot verbis. Alluditur ad historiam Diogeni Laërtio relatam in Pythagora. Tradiderunt quidam, affectasse eum philosophum Crotonis tyrannidem, vel, ut ait Tertullianus, Thuriorum. Aristionem exemplum istud Pythagoricorum renovasse, atque etiam imitatum esse, absque dubio significare auctor voluit verbis iis, quae praescripsimus. Respicit autem ad insidiarum genus, quo usus Pythagoras hoc moliens: quae historiae istius pars nobis hodie est incognita. Mox pro ἀλλ' Ἑρμῖππος ὁ Καλλιμάχειος scribe καὶ Ἑρμιππ. vel ἄλλοι τε καὶ Ἑρμιππος. Etiam Diogenes Hermippum in hanc rem laudat auctorem. τὰς μὲν εὐφρονῶντας τῶν πολιτῶν παρὰ τὰ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου δόγματα. Liber excerptorum περὶ τὰ Ἄρισ. Locus est perturbatus. τὸ παρὰ confirmat, quod Athenio fuit peripateticus, ac videtur per jocum dicere Masurius, egregium hunc peripateticum diversae sectae homines, quique aliud probarent, quam quod ipsi placeret, punitum ille. δορυφόρος ἔχων πολλὰς τῶν Φρακτικῶν καλεμέων. Vocat Φρακτικὸς, non quos putant interpretes, sed cataphractos milites, quorum ferrea omnis species. Eustathius Ἰλ. ν.: τὸ δὲ φράξαντες τὰς μεθ' Ὀμήρου Φρακτικὸς καὶ καταφράκτες ὀπίστας παρήγαγε. Non dubito, respexisse Eustathium Athenaei hunc locum, uti solet, cum Φρακτικὸς nominaret. Distingue sic paulo post: καὶ τὰς πύλας, τριάκοντα κατασῆσας ἐφ' ἐκάστη, ἕτ' εἰσιέναι τὸν βεβλόμενον, ἕτ' ἐξιέναι εἰς. Ita nihil opus emendatione, quae aliquando nobis visa est bella: καὶ τὰς πύλας τηρῶν, τριάκ. etc. καὶ τοσαῦτα χρήματα συνήθροισεν, ὡς καὶ φρέατα πληρῶσαι πλείονα. Tantas divitias coaceravavit, ut iis vel plures putei impleri potuerint. Accipio enim πληρῶται pro πληρῶσαι ἄν. Cur enim pecuniam in puteos conjiceret Aristio? Nisi tamen id ab illo factum desperata urbis conservatione sub extremum obfidionis tempus: quanquam id Plutarchus in vita Syllae non dicit. Ἀθηνίων δ' ἐπιλαβόμενος τῶν δογμάτων τῶν τῆ περιπάτε. Accipe εἰρωνικῶς. Ille egregius peripateticus. Sed malo ἐπιλαβόμενος, oblitus. Appellat gallinarum, non hominum, demensum choenicis quadrantem pro integra choenice exhibitum, quia legitimus modus demensi diurni erat choenix. ὁ Ὀρόβιος, στρατηγὸς Ῥωμαίων, P. Orbilius est, quem rexisse Asiam provinciam, liquet nobis ex ea M. Tullii pro Flacco. Nec tamen Ὀρβιος scripseris in textu Graeco recte. Solent enim Graeci nomina Romana sic efferre, ut Graecae originis speciem illis, si fieri



potest, inducant. Orbium hac ratione Ὀρόβιον dixerunt, quasi esset ab ὄροβος, *eruum*: sicut alia multa virorum nomina Graeca et Latina a leguminum appellationibus deducta. Hoc mihi observent tirones, cum Graecos auctores historiae Romanae legent. Multos enim eruditissimos viros inobservantia hujus rei in errorem impulit. ἀλλ' ἐξ ἰματίος τύραννος ἦν. *Sed occasione vestis tyrannidem invasit.* Erat enim similitudo magna inter sacerdotum vestes ac principum. Sacerdotis igitur insignia assumere concessus, in tyrannidis παράσημα illa vertit. Adeo parva saepe sunt rerum maximarum principia, imo vero interdum etiam ridicula: ut cum Segillianus militari joco aut verius grammaticali imperium Romae promeruit. πορφύρεν μεσόλευκον χιτῶνα ἐνδεδυκῶς. Regia haec vestis erat, et primorum quoque sacerdotum. De rege Persarum ex VIII. Παιδείας alisque locis notum. Lucianus in Pseudomanti de Alexandro Cocona plano: προεισπέμπεται δὲ ὁ Ἀλέξανδρος κομῶν ἤδη καὶ πλοκάμους καθεμμένος, μεσόλευκον χιτῶνα πορφύρεν ἐνδεδυκῶς, καὶ ἰμάτιον ὑπὲρ αὐτῆς λευκὸν ἀναβεβλημένος. Sequitur: χλαμύδα δ' ἐφεστρίδα περιβεβλημένος, *amicтус chlamyde simili trabeae.* Nam ἐφεστρίς erat equitum. Verum haec alibi.

## CAPUT DECIMUM QUINTUM.

*Expenduntur Athenaei argumenta, quibus probare nititur, falsa esse, quae de militia Socratis Plato, Xenophon et Antisthenes scripserunt. Platonis locus in Critone.*

Platonis locus de tribus Socratis stipendiis est in Apologia, ubi illius militiae memorantur. Sed in Charmide et extremo Convivio plura legas de iisdem. Meminit et in Critone. Disputationem Athenaei contra Platonem quanti faceremus, dudum indicavimus ad Diogenem Laërt. Neque est, cur nos iudicii ejus poeniteat: praesertim cum et Senecam et Plutarchum, viros gravissimos, videamus perpeffitii hujus senis militares labores commemorare: hunc in Alcibiadis vita et contra Coloten, illum in epistola CIV. Credamus et nos tantis auctoribus potius, quam uni Athenaeo: cujus equidem diligentiam in non-



nullis, iudicium in multis soleo desiderare. Ac ne sola auctoritate magnorum scriptorum tueri sententiam nostram videamur, age, auctoris diversum sentientis argumenta expendamus. Falsum est, ait ille, expeditioni Amphipolitanae interfuisse Socratem. Quo argumento autem probat? ἡ μὲν γὰρ, inquit, ἐπὶ Ἀμφίπολιν στρατεία γέγονεν ἐπὶ Ἀλκαίῃ, Κλέωνος ἡγεμένῳ, ἐξ ἐπιλέκτων ἀνδρῶν, ὡς φησι Θεκυδίδης. τῶν ἐν τῶν ἐπιλέκτων ἀνάγκη εἶναι καὶ Σωκράτην, ὃ πλὴν τριβανος καὶ βακτηρίας ἔδεν ἦν. Expeditionis adversus Amphipolim praetore Alcaco (anno 3. Ol. 89.) facta est, Cleone duce, ex electis gravis armaturae militibus, ut auctor est Thucydides. Horum delectorum militum unum fuisse oportet etiam Socratem: cui praeter pallium et baculum erat nihil in bonis. Non recte vocem ἐπιλέκτοι accipiunt, qui putant, respicere Athenaeum Thucydidis verba, quibus dicit, in expeditionem hanc non nisi germanos cives Atheniensis profectos esse. Illuc potius auctor respicit, quod ait idem historicus, ὀπλίτας omnes fuisse, id est, gravis armaturae milites, qui huic militiae nomen dederunt. Ita igitur disputat deiprosophista. In Amphipolitana expeditione nemo fuit nisi ὀπλίτης. Socrates non fuit ὀπλίτης, homo ita egenus, ut πανοπλίαν sibi parare nullo modo potuerit. Quid inde sequatur, manifestum est. Sed quis non videt, pluma levius esse hoc argumentum? Esto: sic fuerit Socrates egenus, ut arma ὀπλίτη necessaria de suo parare non habuerit. Quid? Amicos nullos habuit? Quo autem

p. 376. illa nobilis et multorum scriptis celebrata Atheniensium ὀπλοθήκη, nisi ut strenuis militibus, sed tenuis census, arma suppeditarentur? Alterum Athenaei telum est huiusmodi. Thucydides et caeteri historici ac poëtae de hoc Socratis stipendio silent omnes: ergo falsa et conficta res est. Invalidum prorsus telum et vere ἄλιον βέλος. Narrat Olori filius, Cleonem in ea expeditione mille ducentos secum habuisse milites: quorum omnium nemo unus praeter ducem nominatim indicatur. In ea turba selectorum virorum latuisse Socratem vilem et pauperem hominem, quid mirum? Sed de hoc argumentationis genere in universum pronunciat Strabo, acerrimi vir iudicii, vere et docte, nihil eo esse vanius, nihil fallacius. Sequitur de expeditione ad Potidaeam, cui interfuisse Socratem, et praemium fortitudinis inde retulisse, scribit Plato. Revincit Athenaeus, duobus itidem argumentis. Prius est auctorum silentium: qua de re modo diximus;



alterum, quod ad Potidaeam pugna nulla fuit pugnata. Haec urbs tres continuos annos ab Atheniensibus oppugnata, aegre tandem fecit deditioem. Toto eo tempore nullum memorabile praelium fuisse commissum, affirmat auctor, neque nos negamus. Sed decretoriam quidem et ὀλοσχερῆ pugnam editam esse, ne Plato quidem dicit. Saepius vero factum, ut cum hostibus manum confererent Athenienses, quis sanus dubitabit? Plutarchus hac de re: ἰσχυρᾶς δὲ γενομένης μάχης, ἤρϊσευσαν ἀμφοτέροι, Socrates et Alcibiades. Tertia sequitur Socratis militia: de qua exstat luculentum M. Tullii testimonium l. I. de divin.: *Socrates, cum apud Delium male pugnatum esset, Lachete praetore, fugeretque cum ipso Lachete: ne ventum est in trivium, eadem, qua caeteri, fugere noluit. Quibus quaerentibus, cur non eadem via pergeret, deterrerit se a Deo dixit. Tum quidem ii, qui alia via fugerant, in b. stium equitatum inciderunt.* Quae aduersus hanc militiam Socratis proferuntur, omnia sunt ἀνερμάτις, et tantum conjecturae, praeterea nihil. Omnia igitur eorum confutatione, mendam indicemus, quae latet in istis: *εἰ γὰρ καὶ τὸ Δῆλιον εἴρηκε Σωκράτης, ὡς ἰσορεῖ Ἡρόδικος ὁ Κρατήτιος ἐν τοῖς πρὸς τὸν Φιλοσωκράτην, ἅμα τοῖς πολλοῖς ἀσχημόνως ἂν ἔφευγε.* Nullam sententiam probam ex hac scriptura elicias. Scribe ἤρηκε. Demus, inquit, verum esse, quod Herodicus Cratetius tradit, Socratem inter primos Delium occupasse: statim tamen cum caetera turba illum fugisse turpiter, fatendum erit. Thucydidem lege in octavo belli Peloponnesiaci anno. Ejus sunt subjecta verba, Παγώνδε δύο τέλη περιπ., ex IV. historia. Mox autem, cum ait, *μόνος Σωκράτης βρενθύμενος καὶ τῷ ὀφθαλμῷ παραβάλλων,* ad notissimum Aristophanis versum alludit: *ὅτε βρενθύη τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς καὶ τῷ ὀφθαλμῷ παραβάλλη.* Alcibiadem praelio ad Delium interfuisse, negat districtim Athenaeus: aiunt Plato, Plutarchus, alii, quibus fidem habeo potius. Deinceps exserto brachio grave jaculum in Platonem torquet philologus Naucratica: quod cuiusmodi sit, videamus. ἐν δὲ τῷ Κρίτωνι, ait, *ὁ τῆ Μνημοσύνη φίλος Πλάτων εἰδὲ ποιήσασθαι ποτε ἀποδημίαν τὸν Σωκράτην ἕξω τῆς εἰς Ἰσθμοῦ πορείας εἴρηκε.* Platoni objicit, quod vetus dictum sustulerit: *mendacem memorem esse oportet.* Ideo per jocum appellat illum τῆ Μνημοσύνη φίλον, *divae Memoriae charum.* Vult dicere obliviosum. Ita namque accipienda et scribenda vox Μνημοσύνη. Oblitum autem sui Platonem ait,



cum negaret in Critone, Socratem ex urbe unquam pedem extulisse, nisi semel, quando ad spectaculum Isthmiorum est profectus. Non meminerat videlicet Plato, cum illa scriberet, eorum, quae dixerat alibi de expeditionibus ad Potidaeam et Amphipolim, urbes Thraciae vicinas aut Thracias. Audiamus Platonem. Verba sunt illius in Critone: ἂν γὰρ ἄν ποτε τῶν Ἑλλῶν Ἀθηναίων ἀπάντων διαφερόντως ἐν τῇ πόλει ἐπεδήμεις, εἰ μὴ σοι διαφερόντως ἤρσκει· καὶ ἔτ' ἐπὶ Θεωρίῳ πῶποτε ἐκ τῆς πόλεως ἐξῆλθες, ὅτι μὴ ἅπαξ εἰς Ἴσθμόν, ἔτ' ἄλλοτε ἑδαμόσε, εἰ μὴ ποι ερατευόμενος. Neque enim ita plurimum unus tu ex omnibus Atheniensibus in urbe maneres, nisi illa plurimum tibi placeret: qui nunquam vel ad spectaculum ullum extra urbem profectus sis, nisi semel ad Isthmum, aut usquam alio, nisi cum necessitatis aliqua iuvisti. Ita scribitur hic locus hodie in publicis exemplaribus. Quem si etiam in suis codicibus ita scriptum invenit Athenaeus, nemo illum pro sano sanus habeat. Nam Plato quidem cavere melius non potuit, ne contraria scripserit cuiusquam iure videretur. Sed omnino alterum duorum necesse. ut vel postrema Platonis verba in suo exemplari non legerit Athenaeus, vel in suis excerptis illa non adnotarit, cum superiorem locum exciperet. Saepe scriptorem hunc peccare graviter, dum suorum excerptorum fidem sequitur, neque ad fontes ipsos adit, multis locis probatum nobis satis superque. Jam in Antisthenem styli mucronem convertit auctor: in quo illud reprehenditur, quod scripsit. Socratem etiam in pugna contra Boeotos virtutis praemio cessisse Alcibiadi. Pugna adversus Boeotos ea est, quam ad Delium commissam dicebat Plato: Delium enim Boeotiae oppidulum fuit. Ex illo autem praemio palmam retulisse aut meritum esse Socratem, nemo veterum, opinor, praeter Antisthenem scriptum reliquit. Ego vero cum Athenaeo hic sentio, et Antisthenem censeo scripsisse per incogitantiam πρὸς Βοιωτὲς pro eo, quod debuerat dicere πρὸς Ποτιδαίτας. Bis enim praemio donatum Alcibiadem fuisse concessu Socratis, non fit mihi verisimile. Ait: προτέρῳ δὲ κατὰ πάντα τὰς ἰσορικὰς τῆς ἐπὶ Δῆλιον στρατείας ἢ περὶ Ποτιδαίαν, ἢς Φορμίων ἐστρατήγει. Non adscribit numerum annorum, nisi desunt haec, ἔτη η'. Sic enim res habet. Phormionis in Thraciam expeditio et Potidaeam obsessam Pythodoro praetore accidit anno I. Ol. 87. Cum ad Delium pugnatum est, Isarchus erat archon, Ol. 89. anno item I. Medium tempus anni octo.

P.378





## CAPUT DECIMUM SEXTUM.

*Προθεωρία aliquot Olympiadum ad lucem eorum, quae ab Athenaeo disputantur.*

Superiorem adversus Platonem velitationem excipit digressio, qua probare nititur Athenaeus, philosophos, qui fere viros eruditos et φιλόλογος habent despectui, in ratione temporum multa solitos peccare et turpiter hallucinari. Quod ut probet, dicta quaedam duorum nobilissimorum philosophorum, Xenophontis et Platonis, examinare instituit. Ex his duobus, qui sine ulla controversia universi gregis οἱ κορυφαϊότατοι fuere, de caeteris vult fieri conjecturam. Nam scopum suum his generalissimis verbis auctor indicat: πάντ' ἐν, inquit, ψεύδονται οἱ φιλόσοφοι, καὶ παρὰ τὰς χρόνας γράφοντες ἐν αἰσθάνονται. Nobilis sane disceptatio haec est: in qua maximi momenti res agitur, temporum recta observatio. Sapientissime enim Tatiano dictum: παρ' οἷς ἀσυνάρτητός ἐστιν ἡ τῶν χρόνων ἀναρχοφῆ, παρὰ τέτοις ἔδὲ τὰ τῆς ἰστορίας ἀληθεύειν δύναται. Quid autem viro sapienti turpius objicias, quam mendacium et falsiloquium? Ac scopus quidem disputationis hujus is est, quem dixi. Caeterum de allatis adversus Xenophontem et Platonem ab Athenaeo argumentis quid sentiendum sit, indicavimus suis locis. Quoniam vero sine inspectione fastorum caeca est omnis, quae de temporibus instituitur, disputatio: priusquam illustrare et emendare aggredimur, quae in hac parte obscura habentur et corrupta, brevem atque huic tantum dissertationi accommodatam earum Olympiadum descriptionem subjecimus, quibus de hic agitur.

## OLYMPIAS LXXXVII.

P.377.

- α. Πυθόδωρος. Phormio in Thraciam ducit exercitum militum ἐπιλέκτων, et Potidaeam pergit obsidere. Socrates inter ἐπιλέκτας mereus Alcibiadi praemium virtutis parit.
- β. Εὐθύδημος. Hipponicus, Calliae pater, dux exercitus contra Tanagraeos. Bellum Peloponnesiacum incipit.
- γ. Ἀπολλόδωρος. Plato nascitur, inquit Athenaeus. Alii p.378. volunt anno sequente.



- δ. Ἐπαμινώνδας. *Pericles moritur. Alexander rex Macedoniae obit. Perdiccas ei succedit, et regnat annos 13.*

## O L Y M P I A S L X X X V I I I .

- ρ. 379. α. Διότιμος.  
β. Εὐκλείδης.  
γ. Εὐθύδημος.  
δ. Στρατοκλήης.

## O L Y M P I A S L X X X I X .

- α. Ἴσαρχος. *Amipsias comicus docet Connum. Pugnant Athenienses ad Delium duce Hippocrate. Socrates Alcibiadem periculo eripit. Induciae annuae Peloponnesiacum bellum interrumpunt.*  
β. Ἄμυντας.  
γ. Ἀλκαῖος. *Cleone duce mittitur exercitus contra Amphipolim. In eo militat Socrates. Eupolis docet fabulam Κόλακας, mortua jam Hipponico. Protagoras fuit tum Athenis, cum paulo ante eo venisset secundum.*  
δ. Ἀρισίων ἢ Ἀγίσων. *Autolycus athleta vincit pancratio. Callias ejus niceteria celebrat. Xenophantis Convivium. Eupolis docet Autolycum. Pherecrates docet Ἄγριος.*

## O L Y M P I A S X C .

- α. Ἀρισόφιλος ἢ Ἀσύφιλος. *Protagoras Platonis dialogus hoc anno habitus fingitur.*  
β. Ἀρχίας.  
γ. Ἀντιφῶν.  
δ. Εὐφῆμος. *Agatho tragicus coronatur contra antagonistas, ejusque τὰ ἐπινίκια ἐσιᾶται apud Platonem in Convivio.*

ρ. 380.

## O L Y M P I A S X C I .

- α. Ἀρισόμνητος.  
β. Χαβρίας.  
γ. Πείσανδρος.  
δ. Κλεόκριτος.



## OLYMPIAS XCIE

- α. Καλλίας.  
β. Θεόπομος.  
γ. Γλαύκιππος.  
δ. Διοκλῆς.

## OLYMPIAS XCIII.

- α. Εὐκτῆμων.  
β. Ἀντιγένης.  
γ. Καλλίας. *Navali pugna ad Arginusas vincunt Athenienses Lacedaemonios. Archelaus regnare incipit in Macedonia.*  
δ. Ἀλεξίας.

## OLYMPIAS XCIV.

- Ἀναρχία post Pyrbodorum vitio creatum. xxx tyranni.  
β. Εὐκλείδης.  
γ. Μιλίων.  
δ. Ξεναίνετος ἢ Ἐξαινέτος. *Xenophon ἠκμαζεν, ait Diogenis Laërtius.*

## OLYMPIAS XCV.

- α. Λάχης.  
β. Ἀρισουράτης. *Archelaus rex Maced. occiditur.*  
γ. Ἴθυκλῆς.  
δ. Λυσιάδης.

## CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

p. 379.

*Expenduntur Xenophontis aliquot χρονικά ἀμαρτήματα observata Athenaeo.*

Καθάπερ ἐδ' ὁ καλὸς Ξενοφῶν, ὃς ἐν τῷ Σ. Duo chronica peccata objicit Athenaeus Xenophonti. Ea cujusmodi sunt, videamus. Prius continetur verbis hisce: ὃς ἐν τῷ



Συμπόσιω ὑποτίθεται Καλλίαν τὸν Ἰπποῦικον Αὐτολύκῃ τῷ  
 Λύκωνος ἐρώντα, καὶ νεννηκόςτος αὐτῷ παγκράτιον ἐστίασιν  
 ποιῶμενον, καὶ σὺν τοῖς ἄλλοις δαιτυμόσι παρόντα, τὸν  
 ἴσως μηδὲ γεννηθέντα, ἢ περὶ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ὑπάρ-  
 χοντα. Summa reprehensionis est, absurde Xenophon-

p.380. tem fecisse, cum ei convivio, quod propter Autolyçi  
 athletae victoriam a Calliá celebratum est, quendam inter-  
 fuisse dixerit, qui per aetatem non poterat, quippe aut  
 recens adhuc natus, aut omnino ne natus quidem. Post-  
 ea temporum ratio explicabitur, in quibus dicitur erra-  
 tum. Sed quaerendum prius est nobis, quisnam ille fue-  
 rit ἀπροσδιόνυσος conviva. Autolycum putavit intelligi  
 eruditissimus Dalecampius, non scio, quid secutus. Nam  
 Athenaeus, ut edita lectio sonat, Calliam ait fuisse. Con-  
 sidera ejus verba attente: non aliud reperies, quo referas  
 τὸ παρόντα, quam illa praecedentia, ὑποτίθεται Καλλίαν.  
 Prorsus ita tantum accipi possunt, quae adscripsimus ver-  
 ba. Sed falsam esse lectionem editam, invicto argumento

p.381. probamus nos: quia nempe falsissima haec sententia est.  
 Absurdum enim dictu, Calliam aut puerulum fuisse Ari-  
 stone praetore, (eo anno agitatam convivium illud Xe-  
 nophonteum) aut omnino ne natum quidem. Auctor  
 est Athenaeus ipse aliquanto post, Alcaeo archonte, five  
 priore anno, quam Ariston esset archon, Calliam Hippo-  
 nici patris sui aliquanto ante mortui crevisse haeredita-  
 tem. Cum haec clare mox doceat auctor, putabimus  
 illum tam insanum, ut de eodem Callia illa scriberet, τὸν  
 ἴσως μηδὲ γεννηθέντα; Porro de Autolyco interpretari,  
 quod doctis visum, non placet nobis. Magna enim et  
 violenta mutatione opus fuerit, ut ei sententiae accom-  
 modetur scriptura omnium librorum. Praeterea falsum  
 est, Autolycum necdum fuisse natum archonte Aristone.  
 Hic est Autolycus, quem refert Plutarchus, occupata a  
 Lyfandro urbe, humi prostrasse Callibium harmostam La-  
 cedaemonium, baculum intentantem: quod egregium  
 facinus magno illi postmodum stetit, occiso propterea ab  
 immanibus tyrannis. Quis vero credat, robur hoc animi  
 et παράσημα τῆς ψυχῆς in cum cadere, qui vix excesserit  
 ex ephebis? Atqui ab Aristone praetore ad annum con-  
 fusionis, quo venerunt Athenae in Lyfandri potestatem,  
 anni intercedunt vix sexdecim aut septemdecim. Expo-  
 suimus causas, cur neque in vulgata lectione, neque in  
 priorum censorum interpretatione acquiescere possimus:  
 viderint eruditi, an iudicio nostro sint acquieturi. Lego:



καὶ σὺν τοῖς ἄλλοις δαιτυμόσι παρόντα ἐαυτὸν, ἴσως μὴδὲ  
γεννηθέντα. Xenophon, inquit, in Convivio facit Calliam  
Hipponici f. Autolycom Lyconis f. amare, cui post partam  
pancratio victoriam p̄caebet epulas: atque ei convivio ait Xe-  
nophon se quoque inter cacteros convivas interfuisse, qui for-  
tasse ne natus quidem tum fuit. Diserte scribit Xenophon  
initio Convivii, se iis epulis praesentem adfuisse, quas  
describit. οἷς δὲ, ait, παραγεγομενος ταῦτα γινώσκω, δη-  
λῶσσι βῆλουμαι. Quod autem de natalibus Xenophontis  
dubitanter loquatur, nemini videri mirum debet. Nam  
et Diogenes Laërt., qui ex professo quaesivit, et alii ve-  
teres, annum, quo natus ille disertissimus scriptor, igno-  
rarunt. Quare, eo praetermissio, vigentis maxime aetatis  
et mortis tempora tantum indicat nobis Diogenes. ἡκμα-  
ζεν, ait, κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς τετάρτης (Suidas legit  
ὀγδόης) ἐννενηκοστῆς ὀλυμπιάδος. Si ponimus humani cor-  
poris florem et ἀκμὴν, ut censeo, circa annum frigesi-  
mum: colliges hinc, tempore acti convivii, quod ei de-  
scriptum est, natum fuisse Xenophontem annos decem:  
quae est illa, quam παιδικὴν ἡλικίαν Athenaeus appellat.  
Vita functum scribit Diogenes anno primo Olympiadis  
105., hoc est, septuagenario majorem. Si verum est su-  
perius ratiocinium, putem ego fatis certum: aut si quid  
mutandum, contrahendum potius hoc curriculum, quam  
ulterius extendendum. Quod quidem emendationem no-  
stram et interpretationem firmat non mediocriter. ἔσι δὲ p. 382.  
ἔτος ὁ καιρὸς, κατ' ὃν Ἀρισίων ἀρχων ἦν. His verbis de-  
claratur illud tempus, quo niceterion Autolycei convivium  
celebravit Callias. Erat, inquit, archon Aristion, sive,  
ut scribit Diodorus Sic. l. XII., Ἀρίσιων. Quod etiam  
clare mox probatur. πάλιν ὁ Ξενοφῶν ποιεῖ τὸν Σωκράτην  
λέγοντα. Transit jam ad posterius χρονικὸν ἀμάρτημα  
Xenophonteum. Summa criminationis est: Xenophon  
in Symposio dictum obscenum quoddam Pausaniae com-  
memorat, quasi pronuntiatum esset ab illo in eo convi-  
vio, quod Platoni est descriptum. Quod neque verum est:  
nihil enim tale exstat in Platonis libro: neque esse potest:  
nam Xenophontum convivium quatuor ipsis annis an-  
tecedit Platonicum. Bis igitur peccat Xenophon. Enim-  
vero geminum hoc peccatum unica responsione facile  
diluas. Nego enim tibi, Athenaeae, quod ponis tu pro  
vero ac confesso, Xenophontem respexisse Platonis convi-  
vium. Nimis enim friget ratio illa, qua mox suspicio-  
nem tuam tueris. Sed de ea paulo post. Διαμασὰ λέ-



γων. εἶγε εἰ ψόγῃς τῆ ἀφρ. Haec quoque Xenophontis verba sunt, non Athenaei, ut possint videri. Ac recte quidem Attica illa Mafa Pausaniae iudicium et sententiam confutat: Athenaeus vero I. XIII. veteres aliquot hujus generis infames militias refert. Παισαυίς γὰρ ἐκ οἴδα σύγγραμα, ἐξ εἰσῆται παρ' ἑλλῶ. It obviam objectioni, et responfionem modo allatam a nobis diluit. Non potest, ait, negari, Xenophontem illa tanquam ex Platone citare. Unde enim habeat, cum neque Pausanias scriptum ediderit ullum, neque alius quisquam Socraticorum, qui dialogos scripserunt, tales ei sermones attribuat?—En argumentum Achilleum! Quasi vero non potuerit bellum istud apophthegma Pausaniae, etiam nec scriptum, memoria hominum contineri, ac per ora virum volitare. Sic multa ex Platone affert Aristoteles, quae frustra quae- ras in libris Platoniceis. Ut illud eximium Nicomach. I. I. c. 4. de duplici via docendi. Nam quaecunque ex Platonis scriptis ad illum locum docti proferunt, diversa sunt et ἀπροσδιόνυσχ. Sed Athenaeum in hanc sententiam impulerunt haec maxime Xenophontis verba de Pausania: ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀρχαίων συγκαλινομένων. Quae verba cum aliis nonnullis, quae in illius scriptis habentur, jam olim doctis hominibus persuaferunt, Platonem et Xenophontem ὡσπερ διαφιλονεικῶντας similis argumenti libros edidisse, in quibus simultatum inter ipsos latentium vestigia essent non obscure impressa. Sed enim conjecturam hanc curioforum hominum tam facile est nobis contemnere, quam fuit ipsis proclive in literas eam referre. Addit vero noster: πλὴν εἴτε κατέψευσαι τὸ Ξενοφῶν, εἴτ' ἄλλως γεγραμμένῳ τῷ Πλάτωνος ἐνέτυχῃ Συμποσίῳ, παρεῖσθω. Contendit his verbis, duorum alterum esse verum: aut falso id commentum esse Xenophontem, aut incidisse in librum Platonis aliter scriptum, atque hodie praeferant publica exemplaria. Utrum horum potius sit credendum, de eo, inquit, liberum esto cujusque iudicium. Sic accipi debuerunt illa, εἴτ' ἄλλως γεγραμμένῳ τῷ Πλ. ἐνέτυχῃ Συμπ., quae aliter non est interpretari. Neque vero dubitare debemus, Platonem post primam librorum suorum editionem multa in melius mutasse, vel per se, vel amicorum monitu, vel denique ab osoribus suis reprehensum. Itaque ἐκ ἀπὸ σκοπῆς suspicetur aliquis cum Athenaeo, infandum illud Pausaniae dictum post editum Xenophontis Symposium ab Platone fuisse inductum deletumque. Sic soliti poëtae comici tragicique publicatas

p.383.



jam fabulas suas, quae minus placuerant, emendare, ut docuimus l. III. c. 26. Sed quid exemplum ab aliis petimus, cum de Platonis diligentia in scriptis suis emendandis testimonium veterum criticorum existet, qui divinum virum suorum correctioni esse immortuum memoriae prodiderunt, multaque post ipsius obitum reperta esse mutata et emendata? Cujus rei et Quintilianus meminit extr. l. VIII. Ἀρισίων, ἐφ' ἃ τὸ συμπόσιον υπόκειται ἀνηγμένον. Scribe, ut conitet hellenismus, συνηγμένον. Nisi quis mihi probet, ἀνάγειν συμπόσιον Graecum esse, ut συνάγειν. De quo verbo auctor admonet l. VIII. sub finem: idemque alibi saepe illo utitur. Haec Athenaeus in Xenophontem: haec nos ad Athenaeum pro Xenophonte. Deinceps ad Platonem reditur, et illius quaedam χρονικὰ ἀμαρτήματα similiter notantur. Eam igitur partem percurramus.

## CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

*Platonis χρονικὰ ἀμαρτήματα, quorum ab Athenaeo insinuat, explicantur et expenduntur.*

Ὅπως δὲ λῆρος ἐστὶ τῷ Πλάτωνι τὸ Συμπόσιον. λῆρος, hoc est, res ficta, non vere gesta. Gravius hanc vocem interpretari non debemus: neque aliud auctor voluit. Quod autem Plato in deligendis Symposii sui convivis nullam temporum rationem habuerit, non solus hic criticus, neque primus observavit, sed et alii e veteribus ante ipsum. Aristides in Apologia communi: ἐν τῷ Συμποσίῳ Πλάτων συνάγει εἰς ταῦτὸν Ἀρισοφάνην καὶ Σωκράτην καὶ Ἀγάθωνα, ἔτι μειράκιον ὄντα, ὡς Φησι. προάγει δὲ εἰς τοσῶτον τὰς χρόνας, ὥστε, et quae deinceps sequuntur. Macrobius l. Saturn., postquam aliquot Platonis anachronismos notasset, *Annos ergo coeuntium, ait, mitti in digitos, exemplo Platonis nobis suffragante, non convenit.* εἰ γὰρ ἀγράφως τι ἔλεγεν, ἀλλὰ πάνυ ἐσκεμμένως. ὡς ἐν τῷ Γοργία γράφων Φησι. Scribo sic: εἰ γὰρ ἀκαίρως τι ἔλεγεν, ἀλλὰ πάνυ ἐσκεμμένως; ὅς ἐν τῷ Γοργία γράφων Φησι. Sublata interrogationis nota periodum totam mire obscuravit. Male etiam ἀγράφως scripserunt isti imperiti



pro ἀκρίτως. Quam vocem restituumus ex praecedente  
 p.384. sententia. Dixit auctor ibi, Platonem scriptis mandasse,  
 quidquid ἐπ' ἀκρίτως γλώτταν venisset. Id nunc proba-  
 turnus, lectorem suum ita compellat. Quid? ait: dice-  
 musne, Platonem nihil ἀκρίτως, nihil inepte nec contra  
 temporum rationem scripsisse, verum omnia circumspe-  
 cte? qui quidem in Gorgia hoc scriptum reliquerit. ἀγρά-  
 φως factum esse ex ἀκρίτως, si non est verum, (neque  
 enim dari possunt in hoc genere eruditionis γραμμικαὶ δει-  
 ξεις mathematicorum, vel ἐπισημονικαὶ ἀποδείξεις philoso-  
 phorum) veri certe quam simillimum est. Nos hanc con-  
 jecturam pro vera amplectimur: cujus tamen priusquam  
 veniret in mentem, ἀγράφως λέγειν dictum putabamus  
 προαικκῶς, pro effutire aliquid temere, de quo non  
 ante cogitaveris. Proprie iis conveniat, qui, ut Tarsen-  
 ses olim rhetores, extemporalem temeritatem, (sic recte  
 Quintilianus τὴν αὐτοσχεδίαν λέξιν vocat) colebant. Aut  
 erit translatum a iudicibus, qui lites non magnae rei so-  
 lent ἀγράφως τέμνειν καὶ κρίνειν, sine scripto et de plano  
 decidere, ut loquitur Justinianus imp. Novella de mand.  
 princ. Porro prima haec Platonis accusatio in eo posita  
 est, quod inconsulte scripserit in Gorgia, regnante apud  
 Macedonas Archelao, Periclem Athenis recens fuisse  
 mortuum: cum ab hujus obitu ad initium Archelai anni  
 intercedant minimum viginti tres. Quid Athenaeo re-  
 sponderi queat, videbimus post aliqua. ἄρχοντος Ἐπα-  
 μείνονος. Ut in aliis multis, sic in praetoris hujus nomi-  
 ne magna varietas. In Diodori Biblioth. I. XII. Ἐπαμι-  
 νῶνδας nominatur. At Laërtius: Πλάτων ἐπ' Ἀμύνε γέ-  
 γονεν, ἐφ' ἧ Περικλῆς ἐτελεύτησεν. Alii Aminonem vo-  
 cant. In argumento Euripideae Hippolyti: Ἡ σκηνὴ τῆ  
 δρῶντος ὑπόκειται ἐν Θήβαις ἐπὶ Ἀμείνονος ἄρχοντος  
 Ὀλυμπιάδι πρ', ἔπει δ. Censeo verum nomen Ἐπαμύνων,  
 quod idem sonat cum Ἀμύνιας. Et ita fere epit., ubi  
 scriptum Ἐπαμύνωνος. Nam Ἐπαμείνων respuit analogia,  
 ἐφ' ἧ τελευτῆ Περικλέους, καὶ τὴν βασιλείαν Ἀρχέλαος  
 διαδέχεται. Quid audio? Anno igitur eodem Pericles fato  
 fungitur, et Archelaus regnare incipit? Diva Moneta,  
 tuam fidem! Annon enim dicebamus paulo ante, hoc  
 unicum in Platone hic reprehendi, quod Periclis mor-  
 tem ad tempora Archelai regis Macedonum transtulerit?  
 Nam (dicebat modo auctor) si nuper obierat Pericles,  
 nondum regnabat Archelaus: si rex erat Archelaus, pri-  
 dem mortuus erat Pericles. Praecessit enim Archelaum





Perdiccas, qui incipiens regnare, quo antio extinctus est Pericles, habenas regni annos viginti tres tractavit. Cum haec clarissime disputentur ab Athenaeo, quis interpretum stomacho non invidet, qui vulgatam loci hujus scripturam adeo εὐσουλῆας tulerint? Nos quidem non possumus. Licet fileant omnes membranae, affirmare tamen non dubitamus, incogitantia aliud agentis librarii omissionem esse isto loco periodum integram. Eam igitur ex ingenio, quia ex libris non possumus, restituamus. p.385.

Scribendum: Περικλῆς δ' ἀποθνήσκει κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆ Πελοποννησιακῆ πολέμου, Ἐπαμύναος ἄρχοντος, ἐφ' ἧ τελευταῖ Ἀλέξανδρος, καὶ τὴν βασιλείαν Περδίκκας διαδέχεται· ὃς ἐβασιλεύει ἕως Καλλίης, ἐφ' ἧ τελευταῖ Περδίκκας, καὶ τὴν βασιλείαν Ἀρχέλαος διαδέχεται. Quae bis posita fuerant verba, ἐφ' ἧ τελευταῖ, item illa, τὴν βασιλείαν διαδέχεται, scriba indoctus casu an consilio semel praeteriit cum integra sententia. Quoties corruptos optimos scriptores praetermissionibus hoc genus ante integravimus? Historica veritas, quod notata hic tempora, sic habet. Olympiadis 87. anno ultimo Pericles peste Athenis periit, et in Macedonia Alexander rex obiit, cui successit Perdiccas. Hujus regnum quot fuerit annorum, varie proditum ab antiquis historicis. Sed recte Athenaeus, Marfyam et Philochorum secutus, annos tres et viginti regnasse illum statuit. Quadrat hic numerus exacte cum Diodori Siculi rationibus. Scribit ille l. XII.: Κατὰ τὴν Μακεδονίαν Ἀρχέλαος ὁ βασιλεὺς ἐν τινὶ νυνηγίῳ πληγῆς ἀκρίως ὑπὸ Κρατερῆ τῆ ἐρωμένῃ, τὸν βίον μετήλλαξε βασιλεύσας ἕτη ἑπτὰ. Occisum ait Archelaum praetore Aristocrate anno altero Olymp. 95., regnasse autem annos septem. Ex eo patet liquido, coepisse hunc regnare anno tertio Olymp. 93., qui archontem habuit Calliam. Ergo etiam anno illo Perdiccas, cui succedebat Archelaus, desiit regnare. Inde si retroversum adscendas ad annum, qui Pericli vitam ademit, Perdiccae vero regnum contulit, reperies annos ipsos 23. Recte igitur probatum Athenaeo, Periclis mortem, regnante Archelao, nuperam et admodum recentem dici non potuisse. Recte et nos Athenaei codices vitiatos et defectos in integrum restituimus. Caeterum qui Platonis Gorgiam perlegerit, et eum locum diligenter expenderit, ubi de morte Periclis facit mentionem, non erit ei difficile Athenaeo respondere. Philosophi eloquentissimi verba sunt: Τί δέ; Θεμισοκλέα ἐκ ἀκρίης ἀνδρα ἀγαθὸν γεγονό-



τα, καὶ Κίμωνα, καὶ Μιλτιάδην, καὶ Περικλέα τετονὶ  
τὸν νεωστὶ τετελευτηκότα, ἔ καὶ σὺ ἀκήκοας; Disputans Pla-  
to de dicendi facultate quatuor viros in exemplum profert  
ex omni τῶν δημαγωγῶν numero: Miltiadem, Themisto-  
clem, Cimonem et Periclem: omnium horum novissimus  
obierat Pericles, annis fere viginti post mortem Cimonis,  
qui et patri Miltiadi superstes fuerat et Themistocli. Cum  
igitur dicit Plato, νεωστὶ τετελευτηκέναι Periclem, non  
hoc vult, heri aut nudius tertius defuisse illum vivere, vel  
recentem ἀπλῶς esse illius excessum, sed respectu superio-  
rum recentem esse, quando post omnes illos intervallo  
satis longo mori ei contigerit. Voces illae *νεωστὶ*,  
ac similes, nullius certi temporis determinationem habent:  
sunt enim τῶν πρός τι, et ad aliquid semper referuntur.  
Itaque modo brevius, modo longius tempus designant.  
Ad haec illud mihi cogita, Periclis eam famam, nomen  
p.386. et res gestas fuisse, ut mirari non debeas, si in animo Pla-  
tonis et aliorum gratorum civium quam diutissime quam  
recentissima vixit viguitque illius recordatio. τῆτο ἔ Σω-  
κράτης ἔ μᾶλλον κατὰ ἀνδραγαθίην. Corruptus ac lacer  
etiam hic locus. Sententia ex istis nulla, quae optima  
erit ex integrata hoc modo lectione: τῆτο δ' ὁ Σωκράτης  
ἔ δὲ ἄγνοειν ἐποίησε, μᾶλλον δὲ κατ' ἀνδραγαθίην. Scribit  
Plato. Socratem confessum in senatu, se nescire senten-  
tias rogare. Ait Athen., factum id a Socrate non per  
ignorantiam, quod nesciret in suffragia concilium mit-  
tere, sed generosi animi specimen ab illo editum, ne  
contra leges et publicam utilitatem sancire aliquid coge-  
retur. Historiam ex Xenophonte repetit auctor. Quo-  
rum autem spectat haec isto loco narratio? Ut planum  
faciat, Gorgiam scriptum a Platone post annum a Peri-  
clis excessu (quem dicit eo in libro νεωστὶ τετελευτηκέναι)  
24. Quod extrema verba probant planissime. ἀλλὰ μὴν  
καὶ ἐν τῷ Πρωταγόρῃ διαλ. Hoc est alterum Platonis  
peccatum παρὰ τὰς χρόνας. Hoc autem ait. Fingit Plato  
in Protagora, praesentem in urbe sophistam illum fuisse,  
cum id colloquium est habitum. Quod cum de poste-  
riore Athenas adventu Protagorae intelligatur, necesse  
est. habitos eos sermones praetore Amyntia, aut Alcaeo  
certe, id est, anno secundo vel tertio Olymp. 89. Plato  
tamen disputationis illius annum designat Olympiadis in-  
secutae primum, praeturam obtinente Aistyrphilo. In quo  
bis illum peccare, contendit Athenaeus. Primum, quia  
Protagorae posterior in urbem adventus aliquot annis




illum praecedit: deinde, quia propter bellum Peloponnesiacum eo maxime anno flagrans Hippias Eleus versari Athenis non poterat. *μετὰ τὴν Ἰπποκίαν τελευτην γενομένου, παρεληφότος ἤδη τὴν ἐσίαν Καλλίας.* Apparet ex ipso Platone: *ἐπεδήμει γὰρ ἄρα Πρόδικος ὁ Κεῖος. ἦν δὲ ἐν οἰκηματί τινι, ᾧ πρὸ τῆ μὲν ταμειῶ ἐχρήτο Ἰπποκίαν, νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν καταλύοντων ὁ Καλλίας καὶ τῆτο ἐκκενώσας, ξένοις κατάλυσι πεποίηκε. τῆ Πρωταγόρου παραγεγονότος τὸ δεύτερον ἔ πολλαῖς πρότερον ἡμέραις.* Triduo ante advenisse, facit Plato: *ᾧ τί λέγεις; Πρωταγόρας ἐπιδημήμας; Σω. τρίτην γε ἤδη ἡμέραν.* Sed in Athenaei textu verbum deest, supplendum nobis, si volumus rectam procedere orationem. Legendum: *τῆ Πρωταγόρου μέμνηται παραγ. Εὐπολις τὸν Πρωταγόραν ὡς ἐπιδημῶντα εἰσάγει.* Verba Eupolidis: *Ἐνδοθι μὲν ἐστὶ Πρωταγόρας ὁ Τήϊος.* Vir doctus, cum non caperet, quorsum haec spectarent, infelici diligentia usus est in exprimenda voce *ἐπιδημῶντα.* Atqui non illud quaeritur, primusne an secundus fuerit is Protagorae in urbem adventus: convenit enim inter Platonem et Athenaeum, non primo, sed iterum Athenas illum tunc visisse. Verum Athenaeus annum illum quaerit, quo sophistam inclytum iterum Athenae viderunt. Atque in hac quaestione tractanda rectam et certam methodum iniisse Athenaeum, nemo iverit inficias. *Ἀμειψίας δ' ἐν τῷ Κοινῷ δύο πρότερον ἔτεσι διδάχθῆντι.* Sic fabulam hanc nominat et Aristophanis scholiastes ad *Αἴτες*: in argumento tamen *Nebularum Κόννος* scriptum. Sed legi malim ubique *Κόννος*, ut infra l. VII. extr. et IX. init. Verum est, quod dicitur hic, Amipsiam biennio prius *Communi* docuisse, quam ederentur Eupolidi *Coluces*. Enarrator Aristophanis: *Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄσει ἐπὶ ἀρχοντος Ἰσάρχου, ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννω.* Isarchus hic praetor fuit anno I. Olymp. 89., Alcaeus tertio. *δῆλον ἔν, ὡς μεταξὺ τέτων τῶν χρόνων παραγέγονεν.* Anno videlicet 2. dictae Olympiadis, praetore Amynia. Ita inventum est Athenaeo illud, quod quaerebat, tempus. Quid ad haec responderi pro Platone queat, fateor ingenue, me nihil videre. Nam quod aliquis dicat, Protagoram, qui Archonte Amynia Athenas rediit, diuturniorem in urbe moram fecisse, ideoque nihil errasse Platonem, qui praetore Astyphilo facit illum adhuc praesentem, etsi potest fieri, ut ita sit, tamen ea responsio philosophum culpae non liberat. Diserte enim



Plato ait, Protagoram, cum id convivium agitabatur, ante tres dies tantum advenisse. *πρὸ τῶν τριῶν ἐνιαυσίων ἐπὶ Ἰσάρχῳ ἐλαφροβολιῶνος συντελεσθῆναι σπονδάς.* Harum induciarum in historia Thucydidis et bibliotheca Diodori nulla mentio. Quod propterea putem accidisse, quia breve tempus duraverunt: sicut etiam Athenaeus paulo post satis manifesto indicat. *ὁ δὲ τὸν διάλογον ὑφίσταται γινόμενον περὶ τῶν καιρῶν τῶν τούτων.* Quid igitur peccavit Plato, si sub ipsum principium induciarum Hippiam in urbem inducit? Nugae. Non hoc voluit Athen., sed ejus contrarium potius. Idem nempe commissus hic error, atque ante in disputatione de Periclis morte et regno Archelai. Desunt, inquam, etiam hic nonnulla. Lego: *ὁ δὲ τὸν διάλογον ὑφίσταται γινόμενον ἔπερὶ τῶν καιρῶν, καὶ ἕως προσφάτως ἐγεγόνεσαν, ἀλλὰ πολὺ ὑπερῶν.* λέγει γὰρ etc. Plato, inquit, facit interesse sermoni in urbe habito Hippiam: qui cum esset Eleus et Peloponnesius, belli tempore tuto Athenas ingredi non potuit, nisi forte praetore Isarcho, quando factae sunt brevis temporis induciae. Sed Plato tempus, quo fuit in urbe Hippias, aliud longe denotat: annum videlicet proximum illi, quo Pherecrates fabulam *Ἀγρίκας* docuit. Unde efficitur, archonte Astyphilo Hippiam Athenis fuisse: nam Pherecratis drama priore anno fuit editum praetore Aristione. Porro Astyphilus quintus est ab Isarcho, sub quo inducias convenisse dicebamus. Haec summa disputationis istius. Apparet vero, Athenaeum alios historicos illorum temporum habuisse, quam Thucydidem et Diodorum Siculum, qui soli ad nos pervenerunt. Illi induciarum hic memoratarum nullam faciunt mentionem: sed earum loco foedus initum narrant praetore Alcaeo in annos quinquaginta. Alcaeus autem medium locum obtinet in illo quinquennio, quod Isarchus inchoat, claudit Astyphilus. Pluribus haec nobis exposita necessario propter interpretum τὸ ἀταλαίπωρον, ne aliud dicam. *οἷος πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Ἀθήναις.* *Quales erant in fabula, quam superiore anno docuit Pherecrates in certamine Lenaico.* Scribe, ut apud Platonem, *ἐπὶ Ἀθηναίων.* Agones diversi Athenis celebrabantur in honorem Bacchi, astycus et Lenaeus sive Lenaicus. Lenaicum fuit Bacchi templum extra urbem, in ea parte agri Attici, ubi erant vineta et torcularia, vel, ut tradunt alii, ubi credebatur torcular omnium primum fuisse visum. Inde dicti agones *ἐπὶ Ἀθηναίων* vel *Ἀθηναίται*, interdum etiam *ἐπιλήναιοι.* Ver-

p.388.



terunt πέρυσι dudum. Inde illae Cimmeriae tenebrae. ἄφ' ἧ ἔστιν ἄρχων Ἀσύφιλος. Diodorus vocat Ἀρσιόφιλον, aut certe illius codices. Et qui mox scribitur hic Ἀμεινίας, apud Diodorum aliosque Ἀμυνίας quae scriptura placet.

## CAPUT UNDEVICESIMUM.

*Oraculum de Socratis sapientia. Apollo omniscius. Sors Aesopo reddita. Mater Socratis βλοσυρά. Uxor Socratis morosa. γόος lachrymae ex gaudio manantes. Musa κάτοχος. ὀπτήρεια.*

Socratem ab Apolline mortalium omnium pronuntiatum esse sapientissimum, Graeci Latinique scriptores multi, atque etiam e patribus nonnulli memoriae prodiderunt. Sed auctores primi ejus historiae, unde sumpserunt omnes alii, sine dubio fuerunt Plato et Xenophon: quorum uterque sortem Chaerephonti in eam sententiam datam refert, in sua uterque pro Socrate Apologia. Non defuere jam olim, qui non solum fidem habendam negarent summis viris in hac narratione, verum etiam ultro illos accusatum irent, quod rem fabulosam et commentitiam in literas retulissent. Hoc ipsum etiam auctor noster facit isto loco, instituta ea de re cum Platone et Xenophonte non inepta disputatione. Primum autem ipsos inter se committit, negans, de eadem re eadem scripta esse ab ambobus. Deinde adversus Platonem separatim: mox adversus utrumque in commune argumenta quaedam profert. Ait igitur: καὶ ἄλλοις δ' ὁ Πλάτων Φησί. Transit a praecedentibus criminationibus Platonis et Xenophontis, in quibus de temporibus agebatur, ad alias generis diversi, ἐν ἄλλοις, id est, in Apologia Socratis, ut jam diximus. Sequitur post allatum Platonis locum: καὶ τέτοις δὲ μὴ συμφωνῶν Ξενοφῶντι Φησί. Legendum: μὴ συμφ. Ξενοφῶντι, ὅς Φησί. Ne in his quidem congruens Xenophonti, qui ait. Subjicitur statim ecloga Xenophontis, ex illius itidem Apologia pro Socrate. Vir doctus tamen vertit: qua in re dissidet a Xenophonte. Platonis verba sunt. Non possum, quin exclamem: ἡλίκον ἐστὶ τὸ τύμμα καὶ ἡλίκον ἄνδρα δαμάσσει! Nam quot absurditates hic commissae ob p.389.



voculae ὅς omissionem? O Critica, Critica, quam aspernanda saepe proferunt, qui te aspernantur! Sed pergamus. ἀνεῖλεν, ait, ὁ Ἀπόλλων, παρόντων μηδένα εἶναι ἀνθρώπων ἐμῆ μήτε δικαιότερον, μήτε σωφρονέσερον. Dalecamp. sic: *Oraculo Deus pronuntiavit, ex hominibus, qui viverent, nullum esse me iustiores, ac magis temperantes.* Legit τῶν ὄντων μηδένα. Vera est sententia, sed emendatio falsa: quod non potuit ab eo observari, qui ad ipsum non adisset fontem. Lege: ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων, πολλῶν παρόντων, μηδένα εἶναι ἀνθρ. Respondit Apollo, praesentibus multis, neminem esse etc. Xenophontis verba sunt: ΧαιρεΦῶντος γάρ ποτε ἐπερωτῶντος ἐν Δελφοῖς περὶ ἐμῆ, πολλῶν παρόντων, ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων, μηδένα εἶναι ἀνθρώπων ἐμῆ μήτε ἐλευθεριώτερον, μήτε δικαιότερον, μήτε σωφρονέσερον. πῶς ἐν εὐλογον ἢ πιθανόν, Σωκρ. Probabilius visum Athenaeo, si quid omnino de praestantia Socratis Apollo pronuntiavit, viri iusti et temperantis testimonium ei fuisse exhibitum, ut scribit Xenophon, quam sapientis, ut tradit Plato. Etsi enim excellentissimae virtutes sūnt iustitia et temperantia: longe tamen augustius est sapientiae nomen. Quae nullo modo in eum videtur posse cadere, qui se nihil scire profiteatur. Nam e contrario vere sapientem illum demum accipimus, qui rerum omnium causas norit, neque eorum quicquam ignoret, quae humanis ingeniis sunt ἐφικτά. Propter haec Athenaeus Platonem privatim hic aggreditur, ut absurda et parum probabilia locutum. Sic autem disputat. Non est simile veri, deum omniscium pronuntiasse hominem sapientissimum, qui nihil sciret. εἰ γάρ, inquit, τὸ ἐστὶ σοφία, τὸ μηδὲν εἰδέναι, τὸ πάντα εἰδέναι Φυλότης ἀν εἶη. Si nihil scire sapientia est, omnia scire vitium est. Hinc necessaria elicitur conclusio: si Socrates, qui nihil scit, omnium est sapientissimus, Apollo, qui omnia scit, omnium est insipientissimus. Apollinis enim peculiaris gloriatio est, quod nihil nesciat. Οἶδα δ' ἐγὼ, ait, ψάμμε τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης· Καὶ κωφῆ ξυνημι, καὶ ἔλαλέοντος ἀκῶ. Respondeat fortasse Plato, Socratem iudicatum σοφώτατον, non quod nihil sciret, sed cum ob caeteram virtutem suam, tum quia plurimarum rerum cognitione praeditus. scire tamen suum putavit esse τὸ μηδὲν et inscitiam meram, comparatione verae sapientiae. Deinceps Athenaeus utrique horum philosophorum fidem elevare conatur, hanc ipsorum narrationem ut fictitiam et ridiculam exagitans. Scribe: τῶν Ἀττικῶν ἐρίων εἰ ἄλλ'



ἔσι μαλακώτερα, ἢ τῶν ἐν Βάκτροις καὶ Μήδων εἴ εἰσὶ τι-  
 νες δυνατώτεροι, restituta utroque loco particula εἰ, ut in  
 sequentibus exemplis. Cave etiam male capias proxime  
 sequentia: ὡς καὶ τὸν πυθόμενον, (ἦτοι Αἰσωπός ἐστιν ὁ λο-  
 γοποιός, ἢ ἄλλος τις) Πῶς ἂν πλατήσῃμι, Διὸς καὶ Λητῆος  
 υἱέ; χλευάζων ἀπεκρίνατο· Εἰ τὸ μέσον κτήσαιο Κορίνθῃς  
 καὶ Σικυῶνος. Praetermissae parenthesis notae fecerunt,  
 ut falsissimam sententiam animo conciperet eruditus in-  
 terpres. Verte igitur: *sicut ei, qui quaesierat, (sive is est*  
*Aesopus, fabularum scriptor, sive alius) Qui fiam αἶψες,* P. 390.  
*fili Jovis et Latoniae? respondit Apollo hominem irridens:*  
*Si iunum erit totum, qua itur Sicyone Corinthum.* Aesopo  
 editam hanc sortem fuisse, vulgo scribunt paroemiogra-  
 phi, quibus accedit comici Scholiast. ad Aves: Αἰσωπῶ  
 τῷ μυθογράφῳ χρωμένῳ περὶ πλάττει ὁ θεὸς εἶπεν· Εἰ τὸ  
 μέσον κτήσαιο Κορίνθῃς καὶ Σικυῶνος. Versum oraculi me-  
 lius ita concipias: Πῶς ἂν πλ., Διὸς καὶ Λητῆος υἱέ; Lo-  
 cus de matre Socratis est in Theaeteto, ubi de se ait ipse:  
 ὡς ἐγὼ εἰμι υἱὸς μαίας μάλα γενναίας τε καὶ βλοσυρᾶς  
 Φειναρέτης. *Mibi, inquit, mater est obstetrix generosa*  
*valde et animi ferox, Pbaenareta.* Sic vertimus hic ele-  
 gantem dictionem βλοσυρᾶ· convenienter, ut puto, tam  
 menti Socratis, quam Latinitati. Proprie βλοσυρότης est  
*torvitas*, sed alio sensu pius filius Socrates matrem suam  
 appellat *generosam* et βλοσυρᾶν, ut si vernaculo sermone  
 dicas, *c'est une maistresse femme.* Latini ferocem animum  
 appellant. De quo apte dixeris, quod Aristides vere et  
 eleganter: ἡ μεγαλοφροσύνη ἔμφυτον κτήμα τοῖς κρείττοσι.  
 Videtur Athen. in deteriorem partem accepisse hoc ver-  
 bum, qui Platoni vertat vitio, quod fecerit Socratem ma-  
 trem suam appellantem βλοσυρᾶν. Non memini legere  
 apud Platonem, quae subjiciuntur: ἔθ' ὅτι Ξανθίππη χα-  
 λεπὴ ἦν γυνή· ἣτις καὶ νιπτῆρας αὐτῆς κατέχει τῆς κεφαλῆς.  
 In Xenophontis Convivio dicitur Socrates χρῆσθαι γυ-  
 ναικῇ τῶν ἄσῶν, οἷμαι δὲ καὶ τῶν γεγενημένων καὶ τῶν ἔσο-  
 μένων, χαλεπωτάτη. De Aspasia in promptu sunt Plato-  
 nis aliorumque veterum testimonia. In ejus versibus in-  
 dicitur magni gaudii et repentini ponitur sudor: Κἄγῳ  
 ὅπως ἤκασχ, χαρᾶς ὑπο σῶμα λιπαίνω Ἰδρῶτι. Simillime  
 apud Persium: *Si tibi crateras argenti, incusaque pingui*  
*Auro dona feram, sudas, et pectore laevo Excultas guttas:*  
*laetari praetrepidum cor.* Verbum λιπαίνειν exponitur ab  
 Hesychio κλαίειν ποιεῖν· quae interpretatio non aliena est  
 ab hoc loco, ubi usurpatur pro rigare vel τήκειν. Inter-



dum de rebus fusilibus dicitur, quae conflantur in unum liquefactae, ut observabamus ad Strabonem. Etiam lacrymae saepe subitam laetitiam comitantur: quod et Sophocles et poëtae alii saepe expresserunt. Vide, si lubet, quae notamus ad I. Suetonii II. c. 58. Itaque in istis, βλεφάρων δὲ γόος πέσει ἐκ ἀδελήτως, accipiam γόος pro lachrymis: quia ut plurimum lachrymae indicia sunt et comites γόος, id est luctus. Socrati amore saucio et anxio ita praecepit Aspasia: Στέλλε πλησάμενος θυμὸν μέσση κατόχοιο, Ἥι τόνδ' αἰρήσεις ὡδῶν δεινοῖσι πόθοισι. Collige te, inquit, et luctum istum cohibe animum tuum applicans studiis musicae: quae vim habet conciliandi amicitias et firmandi. Hac illum capies, acri desiderio cantilenarum illectum. Musa κέτοχος active dicitur, ἡ δυναμένη κατέχειν, quae potest junctos continere animos amantium. Explicat ipsa proëtria, cum subjicit: τῆδε p.391. κατέχεις Αὐτόν, προσβάλλων ἀκοαῖς ὀπτήριχ θυμῶ. Hac ratione, id est, musica, illum retinebis, insinuans illi per aures expressum imaginem animi tui. Elegantissimam sententiam in longe alium sensum detorserunt interpretes, quia videre quiti non sunt, qua notione usurpetur hic vox ὀπτήριχ, quam non nego alibi significare id, quod illi expresserunt: hic vero nihil aliud est, quam quod ipsi diximus. Mox δυσσημερεῖν de eo dicitur, qui non sit in amore suo felix: non, ut putarunt interpretes, de eo, qui suam defleat calamitatem.

## CAPUT VICESIMUM.

*Aeschinis Socratici Telauges dialogus. ὁμαθῆς. Vestes forenses aliquando conductae a fullone. κώδιον. Locus e libello Demetrii Phalerci illustratus. Telesas proprium viri, et similia. στρατηγὸς νόμιμος. κάτω βλέπον animal. Boves retro pascentes. Alia non pauca.*

Veterum philosophorum plerique etiam comicos maledicentia vicerunt. Hoc et dicit philologus, et conatur demonstrare. Profert in medium Aeschinis-Socratici dialogum, cujus erat titulus *Telauges*, simili de causa inditus, ac si comici *Nebulas* appelles *Socratem*. Praecipuus enim





auctoris scopus in illo dialogo fuit, Telaugem nescio quem traducere venuste, et vitia illius ridenda omnibus propinare. Demetrius Phalereus, vel quicumque est alius auctor libelli illius eruditissimi: *εἰ ψόγας εἰκκιοψόγας εἶναι θέλοι τις, παράδειγμα τὸ τῆς Αἰσχίνου ἐπὶ τῆς Τηλαυγῆς. πᾶσα γὰρ σχεδὸν ἢ περὶ τὸν Τηλαυγῆ διήγησις ἀπορίαν παράσχοι ἂν, εἴτε θαυμασμός, εἴτε χλευασμός ἐστίν.* Ex istis non solum argumentum *Telaugis* cognoscimus, verum etiam genus ipsum scriptionis et modum. Erat enim simile scriptum satyris Latinorum poetarum, dempto metro, ridens quippe et laudanti similis verum de Telauge dicebat: nec de illo tantum, sed etiam de aliis. Nam ait noster, Critobulum Critonis f. *ἐπ' ἀμαθίᾳ καὶ ῥυπαρότητι βίᾳ* ab Aeschine fuisse ibidem licentia comica exagittatum. Graeci appellant *ἀμαθῆ* non illum tantum, qui est indoctus et literas nescit, sed eum etiam, qui est moribus impolitis et saevis atque inhumanis. Litterae enim, nisi, ut est vetus dictum, discantur *ἐπ' ἀριστερά*, humanitatem nos docent, et mores non sinunt esse feros. Sic accipiendum hic nomen *ἀμαθία*. Sequitur de ipso Telauge: *τὸν δὲ Τηλαύγην αὐτὸν ἱματίᾳ μὲν φορήσεως κατ' ἡμέραν ἡμιωβόλιον νυαφεῖ τελευτᾶ μισθόν.* Objicit Telaugi sordidam vitam et animum illiberalem. Notam illiberalitatis affert, quod forensi veste carens a fullone utendam sumere solitus sit, pactus cum illo de diurna mercede, quam debeat pendere. Saepe fullones hac fraude usi, ut traditis sibi ad poliendum vestimentis in quaestum suum abuterentur. Simillima *ἀνελευθερία* nota apud Theophrastum in Char. de eo, qui uxori suae in publicum proditurae famulas ad actum conducit. Simillima etiam, quae scribit idem venustissimus Philosophus in descriptione hominis parci. Si quis verba Aeschinis interpretari malit de veste honestiore ad festorum celebrationem, quam de forensi quotidiana, per me licet. Minus tamen probabile est, quotidie a fullone vestem conduxisse Telaugem. Addit Aeschines: *κώδιῳ δὲ ἐζωσμένον, καὶ τὰ ὑποδήματα σπαρτίοις ἐνημμένον σαπροῖς.* Sic scribendum. Describit adhuc sordidum Telaugis cultum. Ait, solitum praecingi pellibus lanatis. *κώδιον* Graecis est *δέρμα σὺν τοῖς ἐρίοις*. Pauperes et mendici ita amiciebantur, nec non operae rusticae, ut alibi dicebamus. Utebantur his etiam pro veste stragula. In Equitibus Aristophanes traducit *τὸ τῆς Κρατίνου κώδιον*. Affinia sunt *κώδιον* et *θύλακος*. Nam et *θύλακος* scortum vel pelliceum saccum significat, aut



aliud facco simile. Comicus *Θυλάκως* appellavit Persarum braccas e pellibus. Aeschines igitur ut *κώδια*, sic et *Θυλάκως* Telaugis attribuebat. Quod cognoscimus ex alio Demetrii Phalerei loco, quem adscribam, ut obiter illustrem. *χρήσονται ποτε καὶ οἱ Φρόνιμοι γελοίοις πρὸς τὰς κειρὰς, οἷον ἐν ἑορταῖς καὶ ἐν συμποσίοις, καὶ ἐν ἐπιπλήξεσι δὲ πρὸς τὰς τρυφερωτέρας, ὡς ὁ Τηλαυγῆς Θύλακος, καὶ ἡ Κράτητος ποιητικῆ, καὶ Φακῆς ἐγνώμιον, ἂν ἀναγνῶ τις ἐν τοῖς ἀσώτοις.* Lego ὁ Τηλαυγῆς Θύλακος. Non dubium est, intelligi hunc Aeschinis dialogum, de quo etiam sub libri finem ea scribit Demetrius. quae paulo ante protulimus. Verbo unico *Θύλακος* obscure indicavit totius libri argumentum, quia, ut videtur, multus fuerat Aeschines in reprehendendo Telaugis amictu. Eodem pertinet calciaminis, quo utebatur, descriptio: *καὶ τὰ ὑποδήματα σπαρτίοις ἐνημμένον σαπρούς, et calceamenta gestantem contextu e funiculis corruptis ac nibili.* Alibi exponimus hunc locum ubertim. Pone *τελείαν σιγμὴν* post vocem *σαπρούς*, et sequentia sic scribe: *καὶ Τελέσαντα τὸν ῥήτορα ἢ μετρίως διαγελῆ.* Qui non animadverterunt, vocabulum *Τελέσαντα* aliter hic accipi debere, quam vulgo usurpetur, mentem auctoris videre non poterant. Est vero *Telesus* proprium nomen alicujus oratoris vel rhetoris inepti, cujus imperitiam castigaverat ridendo Aeschines. Sic autem Graeci multa participia modo praesentis modo indefiniti temporis in propria nomina verterunt, cujusmodi sunt ista, ut de multis pauca referam: *Araros* (ἀρχαῖος enim), *Alexamenus*, *Dexamenus*, *Tisamenus*, *Cassimeneus* (reperies apud Parthenium hoc nomen), *Sozomenus*, *Eramynon*, *Paraballon*, et *Parabrycon*, *Symphorosa* martyr. *Telesanti* affinia nomina erant *Telesis* et *Telestes*. In sequentibus postquam dixit auctor, Aeschinis dialogum, cui erat index *Callius*, vituperationem et irrisum continuisse duorum celeberrimorum sophistarum, *Prodicī* et *Anaxagorae*, quorum priore *Theramenēs* erat usus magistro, posteriore *Philoxenus* et *Ariphrades* *Arignotī* frater, subjungit: *Θέλων ἀπὸ τῆς τῶν δηλωθέντων μοχθηρίας καὶ περὶ τὰ Φαῦλα λιχνείας ἐμφανίσαι τὴν τῶν παιδευσάντων διδασκαλίαν.* Novum et insolens auribus meis loquendi genus ἢ περὶ τὰ Φαῦλα λιχνεία. Sed puto, aliter scriptum prius fuisse. Imo vero legendum est omnino: *ἀπὸ τῆς τῶν δηλ. μοχθ. καὶ περὶ τὰ Φαῦλα σπαρδῆς καὶ λιχνείας ἐμφαν.* *Prodicī* et *Anaxagorae* tres discipulos nominarat et exagitarat Aeschines, *Theramenem*, *Philoxe-*

P.393.




num, Ariphradem: ea sine, inquit Athenaeus, ut ex discipulorum moribus de praeceptorum doctrina fieret iudicium. In quo fecisse Aelchinem improbe, negare non possumus. Neque enim aequum aut fas est, ut τὰ τῶν ἐμιλητῶν ἀμαρτήματα τῶν προσηκότων sint κατηγορήματα, sicut praeclare adversus Platonem disputat sophista Aristides in ea, quam vocavit κοινήν ἀπολογία. Caeterum ex comicis et aliis scriptoribus Graecis nota sunt eruditum istorum diversi generis vitia. Theramenes, cognomento Cothurnus, varius, inconstans et versipellis: Philoxenus non gulosus, sed gula mera et ingluvies: Aripgrades testimonio Aristophanis in Equitibus nequam, impurus et infando Lesbiorum morbo infamis. Omnia haec verbo indicavit Athenaeus. μοχθηρίαν refer ad Theramenem, τὴν περὶ τὰ Φαῦλα σπεδὴν ad Ariphradem, λιχνείαν ad Philoxenum. Ita nobis semper Musae faveant, ut haec emendatio est vera, certa et necessaria. Mox etiam scribe: καὶ περὶ τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας σπεδάσαντα. De Alcibiade loquitur. quem testantur historici et poëtae omnium mulierum fuisse virum. Non longe post sequitur: τῆτοις γὰρ τοῖς ἀνδράσι ἔδειξ ἀγαθὸς σύμβελος εἶναι δοκεῖ, ἔ στρατηγός, ἔ μῖμος, ἔ σοφιστὴς ἀξιόλογος, ἔ ποιητὴς ἀφέλιμος, ἔ δῆμος εὐλόγιστος. Ut hic mendum suspectarem, duo nos admonuere. Nam et epithetum suum deesse voci στρατηγός, praecedentia et sequentia demonstrant apertissime, et mimos recenseri inter gravissimas personas, quis ferat aequo animo? Ne dubita, inesse mendum huic loco. Scribo ἔ στρατηγός νόμιμος. *Nemo istis videtur dux legitimus.* Vel ἔ στρατηγός Φρόνιμος. *Dux prudens.* Sed malo νόμιμος, neque aliter scriptum auctori. Sic eam vocem Augustus usurpat in epistola ad Tiberium: *Jucundissime, et ita sum felix. vir fortissime, et dux νομιμώτατε.* Socratis cum Pistone thoracopoeo colloquium relatum est in literas a Xenophonte Comment. l. III. Sed ille Πισίαν vocat, non Πίσωνα. Eod. l. habentur et sermones cum Theodota habiti. Et errat deipnosophista, si, ut habent omnia exemplaria, scripsit ἐν δευτέρῳ Ἀπομνημ. Sed est fortasse ex scriptoris culpa, qui β posuit pro γ. Scribe etiam τερατολόγων τινῶν φύσεων, non τερατολογιῶν. In secundo Parmenionis versu, Σκυθισὶ Φωνεῖ, ἔδὲ κόππα (vel, quod est idem, κάππα) γιγνώσκων, exprimitur hominis ebrii stupor, qui et rationis et linguae usum amisit. Itaque licet Graece doctus aut Graecus, Scythice, id est, barbaramente loquetur: licet

p. 394.



callens literarum, nesciet legere, ac ne literas quidem noscet. In tertio, *Κεῖται δ' ἀναυδὸς ἐν πλῆθι κολυμβήσας*, scribit abbreviator *ἀναυδός*. Non invenuste, imo, ut ego quidem censeo, venustissime. Inest enim allusio ad utricularios et pithaulas, quos necesse est manere mutos, si in eorum organis soni instrumenta fuerint corrupta. In quarto corrige operarum erratum *Φαρμάκιων* pro *Φάρμακον*. De animali, quod *κάτω βλέπον* vocatum est, cum alii, tum Aelianus l. VII. c. 5. in H. A. Quantum autem memoriae Athen. fidere debeamus, docent, quae scribit de bobus retropascentibus: quorum ait nullum historicum praeter Alexandrum Myndium fecisse mentionem. *τῆτο*, inquit, *ἄπισόν ἐσιν, εἰδενός ἐτέρῃ ἐπιμαρτυρήντος ἰσορικῆ*. Id vero falsissimum. Omnium auctorum, qui boum *ὀπισθονόμων* et, ut loquitur Aristoteles, *ἀνχωρέντων πάλιν πυγηδόν*, meminerunt, antiquissimus, quod sciri possit hodie, Herodotus est. Illius fidem secuti sunt Aristoteles de part. anim. l. II. c. 17., Pomponius Mela. Pli- nius l. VIII. c. 45. et, opinor, quicumque alii de iis aliquid scripserunt.

FINIS TOMI I. PARTIS III.



---

## Sunttu bibliopolii Schäferiani prodiit

HENR. CAR. ABR. EICHSTÄDTII Quaestionum Philo-  
logicarum Specimen. 1796. 4.

Continentur hoc Specimine:

- Cap. I. Imitationis poëticae observatio quem usum praefet Critico. Virgiliana Theocriti imitatio. Ex ea Theocriti locus, et Propertii ex Theocrito et Bione, restituitur. Obiter H. Homericum in Apollinem versus emendatur.
- Cap. II. Pertractatur nobilissimus Theocriti locus in Epithalamio Helenae. Νύξ nusquam pro Σελήνη, neque Nox pro Luna. Ἄναξ de utroque Deorum sexu. Pindari locus explicatus. Ἀνιέναι intransitive ponitur. Verborum τρέχειν, θέειν, currere, exquisitae et rariores significationes.
- Cap. III. Absolvitur locus de Virgiliana imitatione Theocriti. Henrico Stephano aliquot emendationes vindicantur.
- Cap. IV. Concinnitas Theocriti in componendis carminibus. Versuum intercalarium aequalis collocatio. Utraque ex observatione Eidyllii I. et VIII. depravatissima loca restituuntur. Ἀπταίνειν et ἀπταίνῃν, verba rariora.
- Cap. V. Alius Eidyllii VIII. locus tentatus. Lacrumae et moeror in nuptiis. Χάρις, χαρίζεσθαι, χάριτας ἀποδοῦναι, gratia, dare, porrigere, obsequi, morigerari et similia de nequitia Venerea. Μίτραν κατὰθεῖναι.



Cap. VI. Ulcus in Eid. II. nudatum. E Sapphus Oda-  
rio glossema expulsum. Χλωρός. Θάψος.

Cap. VII. Theocriti locus in Eidyllio IV. emendatus.  
Particula *άν* vel *κε* potentialem optativum semper  
comitatur; a subjunctivo abesse potest. Homeri et  
Theocriti quidam versus ex hac norma restituantur.

Cap. VIII. Mnafalcae et Macedonii Epigrammata quae-  
dam emendantur. Tentatur locus Euripidis in Ele-  
ctra. Parcarum varia nomina: *παρθέναι*, *παρθένοι*,  
*κακοπάρθενοι*, *τρεις ἀδελφαι*, tres sorores. *Κόρη* de  
Proserpina. *Ξάλνειν* et *ἀμύσσειν*, etiam de lacrumis.  
Sirenum imagines ad luctum declarandum adhibitae  
tumulisque impositae.

